



BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
33 H
23










# D. DIONYSII CARTHVSIANI DE FIDE CATHOLICA DIALOGION, IN LIBROS VIIJ. PARTITUM.

Horum Argumenta ſequens pagina indicabit.

# ORNATISSIMO

DOCTISSIMOQ; VIRO D. FRANCISCO Craneueldio Nouiomag. I. V. Doctori & Caesaris consiliario consultissimo, F. Theodoricus Loer à Stratis, Carthusianorũ in Colonia Vicarius, S. D.



Onge verissime sensit, quicunque tandem is fuit vates, Vir ingenio doctrinaq; praestantissime, qui solos eos felices & extreme beatos existimabat, qui generosos aliquot amicos sibi reperissent. Nullus enim thesaurus, nulla possessio tam est firma & tuta, quę nõ aut interuerti, aut subueri iniuria aliqua valeat. At cum quo iura semel sacratissimę amicitię recte coierũt, hoc per oẽm vitę nostrę decursum & tutissime & felicissime in quibusuis etiam negocijs, non solum vti, sed & frui possumus. Vulgatum enim apud Ro. historicum prouerbium est, Amicitias immortales esse debere, inimicitias mortales. Quo significatum est, ipsam demum veram dici posse, cum nulla iniustitia in omne vsque æuum perdurat. Quanuis autem non is sit amicitię finis, vt lucrosa vtilitate & sordida alter ab altero iunetur. id enim magis cauponantium quàm honeste se amantium opus esse, recte existimari debet, habet tamen ipsa liberalitatis tanquam fontes quosdam, è quibus quod in rem communem facere putatur, sine inuidia hauriri licere par est. Ex his etiam fontibus consiliorũ & voluntatum consensus emanat, quo nullũ certius amicitiæ vinculum, non iniuria Cicero parens omnis eloquentiæ, & maximus amicitiæ assertor, esse dixit. Hæc igitur

*iure omnibus rebus anteponitur, quæ facit vt ipsi inter se ipsos omnibus anteferant. Sed quorsum hæc vir absolutissime? aut quid apud te de amicitia multa dissero, quem nec vllo vnquam beneuolentiæ aut familiaritatis officio mihi deuinxerim? Verum quando Hesiodus vates, quem post Homerum Græcia semper plurimi fecit, pudorem viro egēti admodum inutilem esse scribit, perfricta fronte tandem aliquando aperiam, quod hucusque perculsus & nominis tui amplissimi & omnigenæ eruditionis fama facere erubui, ac impotentem meam cupiditatem, qua hactenus ambiui, vt in albo tuorum amicorum me referres, expromam. Porrò cum nulla ratio sit, cur tantum bonorum contingere mihi debeat, ad voluntatem meam me transfero: quæ quoniam nullam liberalitatem, propter vitæ meæ cōditionem polliceri potest, sola in obsequiis & officiosa clientum gratitudine erga te explebitur. Non autem miraberis vir doctissime, cur tantopere in tuam familiaritatem me insinuare cupiam, si paucis liceat exponere quibus animi corporisq́; dotibus passim bonos omnes & studiosos in amorem tui pertrahas. Quid enim abest tibi, quod ad consummationem viri boni & eruditi facere potest? An ingenium, quod etiam si non à pueris honestissimarum artiū studiis excoluisses, tam erat viuidum & vndecūque absolutum, vt per id solū ad vsum rerū vel nullo studio peruenire potuisses. Nunc autem (tantū abest vt non excolueris) nihil est literis & authorū libris cōprehēsum, quod assiduitate & indefatigabili lectionis opera nō excusseris. Quid enim extat vspiam in Grammaticorum superstitiosis quæstionibus & cōmentariis, quod exacta diligentia nō sis perrimatus, etiā si Fabius magnus author, inter virtutes Grammatici ducat aliqua nescire? In rationali autem disciplina, quoniam inter cæteras facillime ad quoduis studiorum genus recte intelli-*

*telligendum palmam obtinet, tantum studij posuisti, quantum ad professionem, in qua cum maxima & nominis & famæ gloria consenescere decreuisti, satis superq; fuit.* Et *nisi* Rhetoricæ *gnarus esses, quanam ratione nobis tanta dicendi virtute tam præclara ingenij tui monumenta reliquisses? vt non iniuria homines literati, ac studijs doctrinisq; dediti, te hominem natum ad dicendi singularē quandam facultatem prædicare non dubitent?* Nec *mathemata, tametsi magis commēdationes doctorum sunt, quàm artes ad magnas professiones pernecessariæ, negligenda tibi putasti. Alioquin qui fieri posset, vt circulum disciplinarum absoluisse dicereris?* Et *tamen certum est vel te solum propemodū in nostra esse* Germania, *qui ex ea re laudem verissimam merito tuo auferas. Sed omnibus his artibus parce admodum hoc seculo tribueretur, nisi perfecta iuris ciuilis cognitio accessisset, quæ, posteaquam in ea facultate ingenij & memoriæ documēta dedisses, ad summum honoris fastigium te euexit.* Excitatus *enim eruditionis tuæ fama* Carolus Cæsar *potentissimus & idē maximus, amplissimæ dignitatis præmia tibi dedit, non postulanti, (vt in cōcilium* Mechliniēse *cooptareris) sed recusanti. Ibi vero quā præclare & supra omnem expectationem te ipsum gesseris, ex aliorum malo, & facundiorum præconijs id discas: non enim longa fert encomia epistolarum conditio, quæ solo multis hoc nomine placet, quod breuitate soleat esse contenta: quamobrem ad linguarum cognitionem propero.*
Hic *mirari satis non possum industriam singularem & ingenij præstantissimi vires, qui duas, vt apparet, difficillimas linguas,* Græcam *simul &* Hebraicam, *angusto temporis spatio, sine præceptoris opera edidiceris, nec edidiceris modo, verum quod paucissimis & rarissime contingere solet, ad arcana, quæ istis continentur linguis, &* Latinis

*hominibus ignota sunt, te met introduxeris. Gloriatur alibi D. August. quod sophisticé per se didicerit. miramur Hippiam, quod mechanicas & quęstuarias artes aliquot sine vllius pręceptoris adminiculo adeptus sit: sed quid hoc ad eos, qui peregrinas linguas inter ignaros, idq; ex mutis magistris hauriunt? Sed nec istud omnino credi poßet, nisi in transferendis insignibus aliquot libellis, ipse testimoniū luculentißimum de te dedißes. Non enim hic dicam, quanta fuerit Craneueldij inter literatos & industrios fama, cum Xenophontis commentarium de dictis & factis Socratis, nostris hominibus legendum offerres. Illa verò quanto magis amplificabitur, cum Basilij Theologi multa, quędam etiam Eutropij, quę hactenus intacta fuerunt, videbimus? De eruditione autem tua si pluribus agerem, verear ne me ipsum in Labyrinthum conijcerē, ne de reliquis virtutibus tuis pro merito quicquā dicere poßim. Quē enim castiorē, quē moderatiorē, quē ornatiorē Craneueldio non modo nostra Brabantia vidit, sed aut sperando vnquam, aut optando cogitauit? Hoc pudor virgineus, hoc vitæ morumq; integritas, hoc pia denique religio fecit, vt te non aliter ac heroa aliquem ac perfecti hominis exemplar mortales omnes suspiciant & venerentur. Nemo est, qui non sibi Craneueldium amicum exoptet: felicem illum omnes habēt, qui se in notitiam tātum tuam insinuarit. Ex quo numero cum & ego sim, vir absolutißime, quicūque de humanitate tua nihil diffidendum mihi persuaserint, D. Ioannes Roboschius, Louanij Carthus. Theodor. Suallenbergius, vir in bonis literis exercitatißimus, & meorum amicorum intimus, filioli autem tui pædagogus pater, aliquando vt in parte aliqua amicitię tibi adhæreā. Quanuis enim nulla literatura prędit⁹ sim, quanuis nec opibus, nec huius mundi gloria pręlustris, non tamen committam, vt pœniteat clientulum,*

vn-

*vtinam amicum ausim dicere, reperisse.* Nunc *autem cum in edēdis* D. *Dionysij hominis sanctissimi & doctissimi monumentis totus sum, volui tibi nominatim aliquid ex illius operibus dicare, cum vt haberes meæ erga te beneuolentiæ monumentum & pignus aliquod, tum vt pietatem sanctissimi viri tibi notam facerem.* Nam *de compositione & stylo, quæ in hoc authore ieiuna sunt, quid pertinet dicere? cum nullus tam nasutus sit, qui seculi vitiū nō agnoscat, hominis verò excuset?* Superest *nunc hoc vnum, quod sub finem epistolæ mihi rogandus es, ne conatum audaciamq; meam sinistre interpreteris: quod si feceris, nihil mihi in vita suauius accidisse dixero.* Vale D. *doctiss. & meus erga te affectus fac apud te locum inueniat.* Ex *Carthusia nostra* Colon. *pridie* Kalend. August.

1534.

a 4 IN-



¶ INDEX ARTICVLORVM, HOC EST, omnium q̃ his octo Dialogorum libris pertractantur.

Liber primus continet Articulos 19.



Liber II. continet Articulos 16.



3. De

Liber III. continet Articulos 27.

8 Disputa-

Liber sextus habet articulos 30.



16 De

24 Testi-

Liber octauus continet Articulos 22.

IN TERTIAM REGVLAM SANCTI FRANCISCI, in gratiam D. Francisci Craneueldij, huic operi annexam, Enarratio.



DE OBEDIENTIA superioribus pręstanda Tractatus (cuius exordiũ est: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Rom. 13.) cõtinet Articulos 10. quorum series, quia locus hic non capit, videatur à folio 687. ad finem vsque.

D. DIO-

# D. DIONYSII CARTHVSIANI DE FIDE CAtholica Dialogion, octo libris partitum.

## ¶PROOEMIVM.



MAGNA & mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens, iustę & verę sunt oēs viæ tuæ rex sanctorum, quis non timebit te, & magnificabit nomen tuum? quoniam tu solus pater es. Tu enim domine creasti omnia, & propter voluntatē tuam creata sunt. Tu solus omniū dominaris, & in ditione tua cuncta sunt posita, q̄niam tu solus æternus & independens es, cui nulla deest nobilitas. Digne te inuenire non possum⁹, nec est inuestigatio sapientiæ tuæ. ¶Porró omne verum omni vero consentaneū est, nec potest esse verum cui veritas cōtradicit. Propterea quicquid christianæ fidei quæ vtiq; diuinæ autoritati innititur dissonat, falsum esse necesse est, nec potest supernaturalis atque theologica veritas naturali aut philosophica ratione confundi. Ideo diuinus Apostolus Galatis scribens. Licet inquit, angelus de cœlo euangelizet vobis præterq̄ euangelizauim⁹ vobis anathema sit. Veritas nempe quemadmodum beatissimus Augustinus disseruit propter seipsam, non propter annūciantem, siue hominem, siue angelum, acceptanda seruandaq; est. Vnde immobi-

Psal. 133 Psal. 90 103. 110: Eccle. 11 Ierem. 10 Psalm 32 148. Ester, 13 Iob. 37 Isai. 40 R. Agricola. Galat. 1. Augusti. Galat. 5.

Galat.5. lem euangelicæ veritatis firmitatem demonstrare volens felix Apostolus reperiuit: Sicut prædixi, inquiens, & nunc iterum dico, si quis vobis euangelizauerit p̄ter id quod accepistis, anathema sit. ¶ Veruntamen cum duplex sit sapientia: quarum vna per reuelationem, alia per naturalem inquisitionē innotuit, sit quoque magna (vt videtur) dissentio vtriusque, inuestigandum iam est, quæ harum stabiliori sit fundamento innitens, & si vna aliam vincere subiugareque possit. Vt autem & hæc, atque similia euidentius fieri quæant, in processu per modum dialogij disputatio fiet inter theologum & philosophum, proponente & defendente theologo quod fidei est, philosopho autem quod naturalis ratio dictat.

## ¶Exordium assertionis theologi. Articulus.I.



ERBVM autem crucis pereuntibus quidem stulticia est, his vero qui salui fiūt virtus dei ē. Scriptū est enim: Perdā sapientiā sapientiū & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens, vbi scriba, vbi conquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus deum per sapientiam, placuit deo per stultitiā prædicationis saluos facere credentes Quoniam & Iudæi signa petunt, & Greci sapientiam quęrunt: Nos autem prædicamus Christum crucifixū,

1.Cori.1. Isa.29. Abdie.1. 1.Cori.1. 1.Cori.3. 1.Cori.5. 1.Cori.1.

Iudæis

Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stulticiam, Ipsis autem Iudæis vocatis & Grecis, Christum dei virtutem & dei sapiētiam. ¶Philosophus. Quid sibi vult exordium istud quod cum nullla ratione fulciatur, inane videtur: Siquidem multa asserere & nihil probare vanum opinor. Et quemadmodum m meus ait Auerrois, Leuitatis est his assentire, quę probari non valent ¶Denique cum oīs sapientia omnisque prudentia sit de numero bonorum honorabilium, secundum meum Aristotelem, quomodo asseris eam reprobandam atque perdēdam. Insuper cum sapientia sit diuina possessio secundum Aristotelem, & causa prima sic creans scientiam, vt in libro de Causis quidam de nostris fatetur, irrationabile est quod dicis, Perdam sapientiam sapiētium. Præterea similitudo est causa amoris. Cum ergo deus sit sapiens & prudens, ipse sapientes nō abiicit nec prudentes contēpnit, sed idcotis atque simplicibus eos præfert ¶Veruntamem malo audire à te quidnam uelit hæc tua doctrina, q̄ multa arguere, anteq̄ sciero qd velis inducere ¶Theologus: Nos sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam autem non huius seculi, nec principū eius, id est, philosophorum, sed loquimur sapientiam dei in ministerio, quæ abscondita est, q̄ prędestinauit deus ante secula in gloriam nostram quā nemo principū huius mundi cognouit. Sed antequā rationes tuas absoluam, desiderio tuo satisfacere volo. Optas quippe, si rite concepi, vt tibi demonstrem quid vtique documenta mea prætendant.

Auerro.
Arist. li. i. de aia.
Idem.
Isa 29
Abdie. 1
Iob. 16
Sap. 7
.1Cor. i. 2.

 ¶Philosophus.

¶ Philosophus. Hoc iam ardentius cupio q̃ ante, quoniam hæc tua quæ iã profaris eloquia, presumptuosa mihi videntur. Quod enim nobis te eaten⁹ præfers in sapiẽtia tua, morale nõ arbitror. ¶ Theologus. Quicunq; de aliqua materia disputare cõtendunt, nisi in aliquibus primis principijs conueniant, stulte laborant: Etenim vt Aristotiles tuus testatur. Contra negantem prima principia, disputandum nõ est. Vt ergo fructuosa sit disputatio nostra, videamus q̃ nam sint in quibus cõuenimus, & tunc demum videbimus quid rationabilius sit in his in quibus dissentimus. ¶ Philosoph⁹. Placet valde quod dicis: age ergo, omnis sapientia atq; scientia principia habet ex quibus conclusiones eius deducuntur. Ideoq; omnis naturalis sciẽtia ex primis principijs per se naturaliter cognitis, elicitur atque dependet. Sed & singulæ artes singula habent principia, quæ in arte seu scientia illa præsupponuntur, & hæc principia particularia ad prima principia reducũt, in quibus vltimata resolutio sistit. ¶ Primo igitur apud me principium est, ꝙ primis principijs contradicere stultum est. ¶ Secundo quod omne verum omni vero consonat, quia vero non opponitur nisi falsum. ¶ Tertio quod principium naturaliter notum vel ex primis principijs directe et necessario sequens, ineuitabiliter concedendum est. ¶ Quarto quod naturali rationi nunq̃ contradicẽdum est, quando secundum lumen naturale recte discurrit, vt pote dum demonstratiue procedit. Ex his reor quod nil concedi debeat quod naturali rationi

Aristo. li. primo phisicorũ

rationi

rationi non consonat & quod extra naturalem ordinẽ rerũ nil fieri possit. ¶Theologus. Omnia hæc quæ velut principia habes tecum concedo: Sed q̃ ex eis intulisti, nil esse concedendum quod naturali rationi non patet, & extra naturalem entium legem & ordinem nil effici posse, prorsus vtiq; nego: an vero rationabiliter, demum clarebit. Nunc aũt tibi ostendam qualis sit sapientiæ meæ conditio: Est em̃ ipsa theologica dicta, & supernaturalis atq; diuina, quoniam non ex naturali ratione, sed diuina reuelatione innotuit, nec ex principijs per se notis, sed ex fide procedit, nec innititur probatiõi, sed autoritati, non humanæ, sed diuinæ. Habet quoq; quędam velut prima principia, quæ in ipsa prę̨supponuntur, non vt per se nota, sed sicut soli diuinæ autoritati innixa: hæc aũt principia duodecim sunt, quæ duodecim articuli fidei appellantur.

¶ Interrogatio philosophi circa prae inducta. Articulus .II. Philosophus.

VT cerno sapientia tua omnino alterius naturæ est à sapientia mea, non enim humanitus inuenta est, neq; naturalis ratiõis indagine, sed ut asseris, diuina reuelatiõe: neq; innititur principijs per se notis, sed autoritati æternæ veritatis. Fateor & certissime noui, quod diuina increataq; veritas sit vniuersæ veritatis mensura à qua omnino impossibile ẽ falsa doceri. Vnde nec ambigo q̃n omnia quæ doctrina tua complectitur, verissima sint, si à deo sint atq; autoritate stabiliantur illius, qui secundum meum Auerroim est agens infallibi

le & non errans. Sed vnde hoc sciam quod doctrina tua diuinitus fluxit? Sunt enim & aliæ sectæ doctrinæ tuæ contrariæ, quæ & ipsæ à deo institutas se astruunt, quibus tamen non consentio, quoniã naturali rationi directe repugnant. ¶ Denique nequaquã videtur quod sapientissimus deus, qui vnicuique prouidet & influit secundum propriam capacitatem, homini legem donauerit supnaturalem, sed naturalem duntaxat. ¶ Theologus, duo vt video tibi ostẽdẽda incũbunt. Nunc enim scire vis quibus argumentis, signis vel euidentijs pateat quod Christiana theoria à deo manauit. ¶ porro paulo ante quæsisti de ipsa sapientia quæ esset & quid ipsa intenderet. Et ad hæc duo respondebo, ordine quem ipse elegeris. ¶ Philosophus, vtilius mihi apparet vt prĩo edisseras de ipsa sapiẽtia intẽtiõeque eius, & quoniam in nulla scientia proficere quispiã valet nisi in primis aduertat quæ sint scientiæ illius principia, ex quibus totus scientialis processus elicitur. Propterea duodecim illa sapientiæ tuæ principia, quæ duodecim articulos fidei appellasti, propone & pande.

¶ Responsio theologi ad quæstionem philosophi de articulis fidei. Articulus. III. ¶ Theologus.

MAgna via proficiẽdi est ordinatus modus discendi. Quęstio quoque sagaciter mota, dignam meretur responsionem Quia igitur ordinate procedis & sapienter inquiris, efficaciter sapienterque tibi respondere par est. ¶ Primus ergo fidei christianæ articulus est. Vnum esse deum.

Secundus

Secūdus, eundē in psonis esse trinū. Tertius, oīa à deo esse creata. Quartus est de iustificatione q̄ ad gratiā ptinet. Quintus est resurrectio mortuorū. Sextus, remuneratio meritorꝫ. Alij sex articuli sunt, de humanitate filij dei: vtpote de ipsius incarnatiōe, cōceptiōe, natiuitate ex virgine, passione, sepultura, resurrexione, descensu ad inferos, ascēsu ad cęlos, & aduētu ad iudiciū omnis carnis: horꝫ pūctorū q̄dā sub vno cōprehendūtur articulo, quorꝫ videlicet vnū non supaddit alteri specialē ac nouā in cōprehensibilitatis rationē, quemadmodū passio, mors & sepultura. Et si q̄ sint alia talia his fidei nostrę articulis, & oībus q̄ sequūtur ex eis, multo certius atq; īmobilius credimus, q̄ vos vestris principijs assentiatis. Nā ꝑpter eorꝫ credulitatem nulla tormēta horrēt fideles, millę́q; mortes ꝑpessi sunt. ¶ Pręterea ꝑpter intellectualē naturā, natura sensibilis atq; corporea instituta est, intellectualē aūt naturā creator omnipotēs essentialr bonus, liberalis & pius ꝑpter seipsum instituit, q̄tenus eū videret, amaret, eoq; frueretur, & in ipso īmediate felicitaretur. Hic aūt finis omnis creati intellectus supnaturalis est, ad quē ex puris naturalibus nulla creatura ptingere valet. Itaq; q̄tenus fini correspōderēt, ꝓportionarētur q; media, oportebat vt darētur homini supernaturalia media, quibus finem creationis suæ attingat. ¶ Hæc vero sunt fides & gratia, atque cætera spiritus sancti dona: & hæc est Christianæ sapientiæ intentio, reducere hominem ad principium suum, vnireq; eum vltimo fini.

Luc. I. 2.
Matt. 27
Isaia. 53.
Iohan. 19
Matt. 28
Acto. i
Iohan. 5.
Gene. 9.

¶Denicp quoniam humana natura in prothoplasto parente viciata est, & damnationi seu præuaricationi verę beatitudinis facta obnoxia, icirco liberatore saluatoreq́ꝫ eguit, qui eā redemptā ad felicitatem amissam reduceret: & hic est Christus, cu-
.i Cor. i. ius crux reprobis subsannātio est, vti in exordio dixi, hic quippe vnigenitus dei existens, à deo patre
Isai.83 in mundum misericordissime missus est, factusq́ꝫ
.i. Pet. 2 homo, & mortem (quam non meruit) pro nobis ferens,
Matth.i5 patri pro iniquitatibus nostris satiffecit, & ab
2 Cori. 5 æterna morte mundum eripuit: hunc ergo deū verum & hominem confitemur & credimus, ꝑ nobis in mundo conuersatum, passum, & ascendisse
Phili.3 ad cœlos, hinc quoqꝫ rediturum, vt iudicet orbem
.iPetr:24 in æquitate, ad cuius aduentum omnes resurgent,
Act.3 & resumptis corporibus, prout in p̄senti gesserūt,
Iob.19 recipient. Et ibunt fideles & boni in vitam cęlestē,
Eph:4 infideles, vero in gehenne tormenta. Porro sine fi-
2Thi.4 de impossibile est aliquid boni & meretorium effi-
acto.i7 ci. Ecce ad id ꝙ postulasti, compendiose respondi.
2Cor.5. ¶Admiratio sup inductis, Artic. IIII. Philosophus.
Matt.25
Hebr.ii. QVicunqꝫ sapientiæ amator est, non iam dūtaxat vera, sed falsa quoqꝫ cum tranquillitate sine perturbatione æquanimiter audire debet: nedum iræ ardore aut impatientiæ passionumq́ꝫ fumo mens eius obruitur, à veritatis contemplatione impediatur. Quamuis igitur ea quæ asseris plurimum mihi displiceant, & nedum incredibilia, sed & irrationabilia videant, æquanimiter tn̄ ea me audire oportet, quatenus ordinatius ea

discutiam

discutiam atque impugnem. ¶Theologus. Non miror o philosophe, quod sapientiæ meæ incomprehensibilis altitudo te deijcit, & ad contemptũ inducit. Nempe cum ille meus diuinissimus Paulus Athenas venisset, at illic discipulis tuis hanc theoriam insinuasset, Stoyci, cæteriq; philosophi obstupefacti, dixerunt: Noua quædam infers auribus nostris. Et denuo: Quid inquiunt vult semiuerbius iste dicere, Nouorum dęmoniorum annunciator esse videtur. Verumtamen prius intellige, & sic loquamur. Sępe equidem videtur aliquid mirabile atque spernendum, quod rationibus eius auditis credibile certũq; efficitur. ¶Philosophus. Ita prorsus est, sed omnibus hominum legibus sectisq; trãscursis, non reperio tam admirabilem legem uel sectam, vt ista quam approbas. Vnde & cunctis sectis incredibilior mihi facta ẽ, propter quod ei credere leuissimum reor, si non efficacissimis euidentissimisq; argumẽtis firmetur. ¶Theologus. Equo animo esto, & veritatem lucidissime cernes. Testimonia nanque mea credibilia facta sunt nimis, & secundum multitudinem incomprehensibilitatis eorum, multiplicata sunt argumenta ipsorum. Nã quo Christiana assertio incomprehensibilior est, eo diuinitus multiplicius confirmata est, quemadmodum si sustines me, auditurus mox es. ¶Philosophus. Nunc ergo absolue, si vales, rationes quibus superius probabam non esse decens, vt aliquid à deo hominibus sola fide credendum tradatur. Dixi quippe leuitatis esse, his quæ ratio non capit, assentire

assentire. Adieci postremo q cũ diuina sapiẽtia ordinatissima sit, nulli influit nisi prout natura sua capax existit, & ideo naturali legi debet homo esse contentus.

¶ Responsio theologi ad obiectiones philosophi. Articulus. V. ¶Theologus.

Auerrois com: TEmerarius ille tuus Auerrois in cõmento suo super de cœlo & mũdo à tribus hominibus, Moyse, Iesu, & Mahumeto, vniuersum mundũ deceptũ disseruit, eo quod aliã legẽ q̃ naturalẽ docuerit. Sed ego iam tibi ostendã falsitatẽ ipsius, & quod leuitatis non sit assentire Christianæ
Arist, li. 3 de anima theoriæ. Nosti nãq; ni fallor, Arestotele tuo testante quod ad cognitionẽ diuinorũ intellectus se habet humanus, quẽadmodũ ad lumẽ solis noctuę visus.
Arist. li 2 metaphisices Et sicut Auerrois tuus fassus est. Sicut se habet materia prima in ordine entiũ, sic se habet rationa-
auerrois. lis anima in genere intellectualiũ substantiarũ: Vnde innotescit, quod intellectuale lumẽ in homine debilissimũ est. ¶Igitur si lumĩe gratiæ, ipsaq; fide non illuminetur & cõfortetur lumẽ naturæ, paucã & debilẽ habebunt homines diuinorũ notitiam, & hæc ipsa nec certa erit apud omnes neque ĩmobilis, pſertim cũ inter summos Philosophos tanta cõsistat de deo, atque incorporeis, opinionũ diuersitas, vnde vulgus nil certũ agnosceret, quia cui ampli⁹ adherendũ sit, ignorabit. ¶Porro cognitio ista naturalis de diuinis, non nisi studiosis & exercitatis atque subtilibus hominibus certa esse potest.

Cum

Cum ergo paucissimi tales sint, paucissimi diuinorum agnitionem haberent, nisi fides daretur, quæ propter infallibile suum fundamentum, cunctis fidelibus certam atque inconcussam notitiæ veritatem impenderet. ¶Præterea præsentis vitæ cognitio cum sit imperfecta, non est vltimata hominum beatitudo, sed est via ad cognitionem perfectam atque felicem. Omnium vero hominum vnus est finis, ac vna felicitas, sed ad eundem finem omnes pertingere nequeunt, si in via discordent & errent. Vniuersis ergo hominibus necessarium est vt idē de deo atq; diuinis sapiant, si ad eādem beatitudinē conscēdere debent: tanta aūt vniformitas sine fide luceq; gratiæ impossibile extat, vnusquisq; em̄ in suo sensu abundat, & ratio nostra mutabilis ē, vaga & debilis. Deniq; ad sensum elucescit quanta sit philosophorum diuersitas, nō solum de deo sed de intelligentijs quoque ac animabus humanis. Oportunum est ergo vt omnes in vnum fidei lumen concurrant, idemq; sentiant, nec suo quisque innitatur ingenio, sed infallibili æternę veritatis stabilimento. Sunt & aliæ rationes cur fidem hominibus tradi decebat, vt videlicet per hoc homo deo totaliter secūdum intellectum subderetur atque per hoc amplius mereretur, quia assentire ei quod ratio per seipsam intelligit, meritorium non est, sed naturale. Insuper cum iam superius dictum sit, posteriusq; probandum, quod finis hominis supernaturalis sit, ideo supernaturali lege opus erat, quæ ad huiusmodi finem perduceret.

Athanasius.

Philoso.

Quod

Quod autem leuitatis non sit fidei adhærere, agno sces, cum ea audies, quibus tibi ostendam Christia nam legem à deo donatam. Nec indecens est à deo supernaturalem legem præstari, cum finis id po stulet, & in hoc maior diuinæ munificentiæ libera lissima plenitudo reluceat, dum incerta & occulta sapientiæ suæ tam supereffluenter nobis commu-
Psam. 50 nicat. Denique per hoc deo similiores efficimur, & ad futuram beatitudinē in præsenti ordinamur. Nec rursus verum est, quod homo supernaturaliū donorum capax non sit, quoniā in omni natura creata est quædam obedientialis potentia, qua beneplacito creatoris ad nutum obediat, & per lumen opemque gratiæ, intellectualis creatura super seipsam prouehitur, & omnium diuinarum influxionum capax efficitur. Hæc vero in sequentibus lucidius patebunt.

¶ Approbatio philosophi dictorum theologi. Articulus. VI. Philosophus.

FOrtiter vt intueor ô theologe sapientiæ tuæ honorem defendis, & multis mihi iam rationibus persuasisti, quemadmodum mihi necessarium decensque fuerit homines fide iuuari & instrui. Vnde fateor, non me rationabiliter amplius huic puncto contradicere posse: Sed quoniam perfectio responsionis tuæ me ad sequentia misit, quã asseris non ex leuitate, sed condignis ex causis fidē Christi à tuis esse receptam, ideo ad ea declaranda te transfer, quibus elucescit à deo legem Christianam esse impensam. ¶ Theologus: Hoc iam diligē

ter

ter agendum est, & vt id euidentius fiat, ad primũ quæro à te: Cum fides nostra tam incomprehensibilis sit, & lex vitæ Christianæ tam ardua, vtpote carnales voluptates, omnemq́ꝫ seculi põpam, præ omnibus legibus prohibens, & ad incessabilem pœnitentiæ cõpunctionem inducens, nonne vehemẽter miraris, quemadmodũ vniuersus pene mũdus ad talem fidẽ talemq́ꝫ legem induci valebat. ¶Philosophus. Nil magis admiror, præsertim quoniam tot tantiq́ꝫ potentes & principes ac sapientissimi viri, etiam in naturali philosophia edocti, ad eas induci valuerunt: ¶Theologus. Secundo interrogo te: Nonne quo doctrina rarior, mirabilior, incomprehensibiliorq́ꝫ consistit, eo homines ad ipsius difficilius inducuntur assensum, pluribus quoq́ꝫ rationibus fortioribusq́ꝫ argumentis opꝰ est vt recipiatur, nisi forte per violentiam aut magicam illusionem homines vel compulsi aut decepti acquiescãt. ¶Philosophus. Istud ad experiẽtiam cõstat verum esse, aliter enim vt dixi leuitatis esset his credere. ¶Theologus. Credis fidem Christianam ab illis talibusq́ꝫ hominibus predicatam per mundum. quemadmodum Christiana narrat hystoria ¶Philosophꝰ. De hoc te audire volo, & tunc demum consultius respondebo ¶Theologus. Omnium Christianorũ hæc una assertio est, ꝙ à discipulis eius quem colũt paucis uiris, qui & apostoli dicti sunt, & simplices & illiterati atq́ꝫ ignobiles erant pene omnes, vtpote piscatores, fides Christiana diffusa edoctaq́ꝫ sit, non violentia armorum, neq́ꝫ subtilitate verborũ, Matth. 5

cum

cū viri illi pauperrimi, atq; impotentes ac ideo te extiterint, nec aliud q̄ paupertatē, mundiq́; contēptum ac simplicitatē docuerunt, quemadmodum vsq; ad præsens doctrina eorū eiusdemq; sectatores testantur. ¶Philosophus. Fortassis confinxerūt Christiani huiusmodi illos fuisse tales ut per hoc fides eorum magis à deo esse putetur, & nō ab hominibus adinuenta. ¶Theologus. Oportet Christianū & ab his qui foris sunt habere testimonium. Igitur per infideliū scripta dicta stabiliam, lege Iosephum Iudæorū hystoriographum, lege Phylonē sapientissimū Iudæorū, & ex eorum dictis agnosces quod dico. Insuper nonne tuis Auerrois principes Apostolorū vilissimos vocauit piscatores, atq; indoctos? Nonne simplicitatem euangelistarū nostrorum sæpe irridet Porphirius? Porro si apostolorū scripta inspicias, clarissime cernes, q; neq; eloquentiæ neque Philosophiæ subtilitatibus intēdebant, imo magis eas tanq̄ inanes spernebāt. Sed & ipse mēdacissi. atq; impijss. Christi innimicus Mahumetus, apostolos nostros viros dealbatos & diuinitus fatetur instructos. Si vero suspicaris q; à magistro suo magicis artibus erant imbuti, hoc hinc clare falsum videtur, q; non nisi vnius veri dei cultum docebant, q; idolorū culturā & tēpla destruxerūt, dæmonūq; manifestabāt atq; perimebant fallacias. Quod insuper huiuscemodi illusiones magicas omnemq; cōuentionē cum dæmone sub æternæ salutis periculo vitandas disseruerunt. ¶Philosophus. Fateor q; licet deceptorijs artibus aliqua forsan

I. Tim. 3
Ioseph⁹.
Philoso.
Auerrois
Porphi.
Acto. 16.

san doctrina inanis hominibus persuaderi posset, non tamen opinor eam sic diffundi durareq; posse, vti fides Christiana diffusa est atque durauit, nisi per continuationē talium fraudū ac signa mendacia. Igitur si veri Christiani talia eatenus horreant, nec dæmonum ope vtantur, sed eius duntaxat quē colunt, non video cur negare debeam apostolos tuos tales fuisse vt asseris. Si enim nobiles & potentes atque eruditi viri fuissent, non est verisimile q; se ignobiles & simplices in scriptis suis fuisse docerent. Sed iam quid ex his intendis elicere.

¶Prosecutio disputationis theololo gi. Articulus VII. ¶Theologus.

EX concessis ergo à te propositum meum ostendam, nam cum fides Christiana omnem intellectum transcendat, nullo modo si rite consideras ad ipsius consensum mundus induci valebat, nisi per ea que & ipsa omnem naturalem rerum legem, virtutem & ordinem supergrediuntur, quemadmodum sunt suscitare mortuos, statio solis in cœlo, quæ non nisi ab omnipotenti deo fieri posse certum est. Intellectus quippe humanus nequaq̄ assentit veritati ignotæ, p̄sertim cui ratio naturalis cōtradicit, & q̄ nullatenus cōprehēsibilis est in p̄senti hac vita, nisi p proportiōata inducat̄ argumēta: nā sicut media ,pportionātur fini, sic p̄missæ correspōdissent conclusioni. Quoniā ergo deo coopāte, & p̄dicationē apostolos cōfirmāte sequētib[9] signis huiusmodi q̄ alius nullus valet efficere, fides nr̄a p̄dicata susceptaq; ē, palā q; vera sit atq; diuina.

Matt. 9. Marc. 5. Luc. 7 8 Ioan. 11 Iosu. 10 Mar. 16 Ioan 5

¶Philosophus.

¶Philosophus. Vnde mihi ostendis tam admiranda fecisse apostolos, que vt arbitror fieri nequeunt.
¶Theologus. Iam concessisti quia quo doctrina est rarior & incomprehensibilior, eo fortioribus & itē euidētioribus eget argumētis, vt approbetur & recipiatur. Si igitur negas hęc diuina facta miracula, per quæ ad fidem mundus conuersus à nobis cēsetur, restat ut aliud assignes quo ad fidem homines persuasi sunt. ¶Philosophus. Cum secundum præhabita, nec per violentiam, nec per eloquentiā, nec per subtilitatem naturalium rationum, nec per
Articu. 6 magicam artem, hoc factum sit, non inuenio quod assignem. ¶Theologus. Audi & aliud: Quādo causa in suo effectu resplendet, probatur causa per effectum. Quoniam ergo mundi conuersio ad tam incomprehensibilem fidem ac arduam legem te teste summe miranda sit, in ea tanq̄ in effectu omnia diuina relucent miracula, quibus conuersum ad fidem asserimus mundum. Ideoq́ necesse non est mirabilia illa iam denuo fieri, quoniam in effectu suo videntur. ¶Philosophus, Sic esse assentio. ¶Theologus. En ab exordio nascentis ecclesiæ vsque in diem præsentem, potissimum tamen annis circiter quadringentis in principio fidei grauissimas crudelissimasque persecutiones pertulit populus Christianus à tyrānis atque hæreticis, sicut infinita martyrum milia, quorum vsque in pręsens habētur reliquie contestantur, quibus Christiani humana virtute, nec resistebant neque resistere poterunt. Et nihilominus quo erat rabies persequētium maior atque

ꝙ crudelior, quo plures trucidabãtur inauditis sup plicijs, eo ipsa fides magis inualuit, & populus fidelis vehementius creuit: donec tandem ipsum quoq; Rom. imperiũ fidei colla submitteret. Nũc vero qñ armis hæreticis & paganis Christiani resistunt sæpe parũ proficiunt, sæpe vincuntur, sæpeq; fugiunt, potissime quia in armis confidunt, nec fideliter viuunt. Quomõ igitur hoc contingit, nisi Christo protegente legẽ quã tradidit? ¶Philosophus. Profer si quid amplius habes. ¶Theologus. Si sapiẽter consideras quicũq; proprium honorẽ quærẽtes legem fallacem statuerunt, ea ad quę homines facili us induci poterant proponebant atq; spondebant, vtpote quæ intellectum non multũ transcendunt, & appetitui placent, ac homini dulcia sunt, quẽad modũ in cęteris legislatorib⁹ falsis, & in Mahumeto conspicimus. Non enim alta aut difficilia edocet, sed carnales voluptates admittens, atq; in earũ dẽ abundantia felicitatẽ summã constituens, libidini itemq; luxuriæ habenas dissoluit, nec per miracula legem suam firmauit, sed per rudem ruralẽq; populum quem primo decepit, armis & bellis sibi homines subdidit, & vti in suo Alchorano est scriptũ, noluit de⁹ vt miracula faceret, sed in virtute armorum se promissum asseruit, quod vtiq; genus signorum nec tyrannis nec latronibus deest. ¶Philosophus. Verisimile est quod nullus præsumit ea docere quæ nequit stabilire, probare atq; ostendere, & si homines sibi allicere nititur, ea ni fallor proponit ad quæ amplius inclinantur, sic tamẽ vt per ta

lia quod intendit assequi quærat. T. Quomodo igitur Christus Iesus quē colimus, tam incomprehensibilem fidem ac arduam legem omnē intellectum excedentem. appetituiq; ac libertati summe difficilē aduexit, si non supernaturali virtute agnouit posse se easdem firmare, & ad eas homines introducere? P. Considerationem istam non reprobo. T. Negare non potes quin ad martyrū confessorumq; tumbas multa miracula fiant, neq; in tāto honore mortuorum cadauera haberentur, si non tam celeberrimis coruscarent miraculis, mirificante deo sanctos suos, quia nec aliquos canonizat ecclesia, nisi qui signis honorantur à virtute diuina. Et cur quidam p̄ alijs tam famosissimi sunt, nisi quoniam amplioribus à deo approbātur miraculis. Quomodo ergo viuunt vbi viuunt, si sic viuant vbi occisi & mortui sunt? Sed hæc argumenta de præteritis loquuntur. Ecce ó philosophe etiā nūc quoq; mirabilissima in ecclesia fiunt, q̄ si quis non credit, oculis cernere potest, & nunc vsq; non cessauit diuina benignitas infinita agere signa. P. duo mihi occurrunt quæ obijcere possum. Primo, quia vt Auicēna meus testat, miracula in causas naturales reducuntur. Rursus quia vt Christus tuus fatetur, & Christiani vt audiui id asserunt, reprobi signa magna imo & vera miracula facere possunt. Qualiter igitur per id quod malis cōmune est, fidem tuam astruis?

¶Solutio obiectionum philosophi.
Articulus. VIII. Theologus.

ET teipsum requiro philosophe, approbas in hoc

hoc Auicennæ doctrinā, q dicit p virtutē motoris cęlestis fieri posse miracula. P. Experiri volo qd sentias & sciētię tuæ subtilitatē audire desidero. T. Nō iā dūtaxat à theologis, sed à philosophis q̄q in hac parte cōtradicit Auicēnę: Nā cū cęlū sit q̄si instrumētū intelligētię mouētis, nil potest intelligētia i hūc mūdū imprimere, nisi p motū cęlestē Deniq; vt ait Auerrois Tāta est habitudo intelligētię ad orbē, q̄d motor solis, lunā mouere nō posset. Nil ergo agūt motores cęlestes, nisi p motus cęlorū. Vñ ad solā cōceptionē eorū nō seqt̄ effectus in inferiori materia, vt asserit Auicēna. Pręterea ex falso fūdamēto pcedit ista positio, qa Auicēna opinatus est formas naturales esse omīno ab extra, vz ab intelligētia ipsā q inferiorū materiā ab ea fore creatā, q̄d & philosophi negāt, cū creare nō sit nisi actus infinitæ potentiæ Ph. Approbo q̄ dicis, quia & solēnes philosophi tibi cōsentiūt. T. Qd aūt secūdo adducis posse à malis scdm nos miracula fieri, q̄d tēpore Antechristi potiss. fiet, ita absoluitur: Nā & magi Pharaonis virgas verterūt in serpentes, & tpe antechristi vera miracula ab impijs dæmonū potestate cōtingent, & iā deo permittente effici q̄unt, q̄ tū non sunt perfecta miracula scdm verā rationem miraculi, sed talia solū facere mali possunt ad quę se naturalis uirtus aliquo modo extendit. Nā cū occultas rerū virtutes & semina dæmones noscāt, easdem colligere applicareq; valent ad certa passiua, vt aliquid præter consuetū naturæ modū proueniat, quod nihilominus natura per naturalem successum & ordinē potest:

Auicēna.

Aristo. de celo & mundo.

Auerroi

Auicēna.

Exodi. 7
Apoca. 13
20

Quemadmodũ per putrifactionẽ naturalẽ virgæ in serpentes mutantur: sed fides etiam per talia stabilitur quæ nulla naturali virtute neq; industria fieri possunt, vt est suscitari mortuos, & alia multa quę nunq̃ à malis veraciter effici valent, sed in prestigijs tantum, quæ & ipsa diu durare non queũt.
Ibidem. Et hæc est prima differentia, qua Christiana miracula à cæteris discernuntur. Verũtamen signa Antichristi mendacia dicuntur, quia ad fallendum ordinabuntur. ¶Secũdo quoq; discernuntur, quia signa sanctorũ vtilia sunt, vt infirmos curare. Signa vero prauorum de vanis & inutilibus sunt, vt reddere hominem stupidum, seu volitare per aerem. Rursus, modus agendi in istis omnino diuersus ẽ, quoniã boni diuinam clementiam pie reuerẽterq; implorando signa efficiunt. Mali vero diliramentis quibusdam vtuntur, vt quod se cultris incidũt, nec facta sua ad mores honestos adducũt. ¶Philosoph⁹. Sufficiẽter respõdes, sed adde quod restat.

¶ Disputatio Theologi contra Philosophum, q; per naturalẽ rationẽ saluari nõ possunt, q̃ sensibiliter apparent & fiunt. Arti. 9 Theologus.

SI itaq; naturali lege contentus fidem non recipis, necessariũ tibi est vt eorum omnium quæ fiunt naturalem rationem assignes, & ad naturales causas omnes effectus reducas. ¶Philosophus. Ita est. ¶Theologus. Purus Philosophus seu naturalis, dæmones esse non admittit: Sed dęmones esse experimentaliter constat, quia & eorũ auxilijs quidã manifeste vtuntur atq; cum ipsis pactũ cõponũt

cõponunt, sicq; quod optant consequuntur & faciunt. Cogeris ergo naturalem ratione͂ relinquere & fide͂ consulere. ¶ Philosophus. De hac re inter meos dissentio est. Platonici quippe dæmones esse cõcedunt, eosq; diffinientes dicunt, quod sint animalia corpore aerea, mente rationalia, animo passiua, tempore æterna. Peripatetici aũt omnino hæc negant nec concedunt esse substantias intellectuales huiusmodi quibus naturalis ratio magis assentit. Ideoq; ó theologe, omnia quæ dęmonibus ascribis, ego occultis quibusdã cœlorũ influe͂tijs, vel naturalium rerum secretis virtutibus tribuo, quia miranda inest rebus potestas ad inperscrutabiles effectus, ¶ Theologus. Cum motibus cœlorum aut rerum virtutibus nullus pactum cõponit aut loquitur, sed ad sensum agnoscimus quosdam scelератissimos homines cum quibusdam spiritualibus substantijs pactũ inire, sic vt repente ditentur, aut mulieres dementent, aut ignorata denuncient. ¶ Amplius aũt, vides & audis si vis quosdam subito ame͂tes fieri, insensatos ac furiosos. & quod ideota varijs loquitur linguis, quas ante nõ didicit neque nouit, vbertim ex vno ore plurime simul voces ꝓmũtur, etiam diuersarum linguarum. Videres que͂admodum homines per Christianorũ exorcistas ab omni sanentur insania, quomodo anteq̃ liberant, torqueantur, pallescant, intumescãt, quomõ in eorum corporibus dæmon interroganti respondeat: & nunc se in pede nunc in manu, nunc in lingua esse demonstret, quomodo per sacramenta ecclesiæ

 cõpescatur

compescatur & eijciatur. ¶Philo. Horũ naturalem rationẽ nõ video. ¶The. Non ergo tibi sufficit lex naturalis. ¶Philo. Anteq̃ tñ legi me tuæ subijciam prius ad Stoijcos fugio, nec me fidei assertionibus subdam, donec Stoijcorũ quoq; improbes dogma ¶Theo. Etiã concesso illo quod tñ verũ non est, q̃ dęmones vt Platonici astruũt aĩalia essent corporea aerea, non tñ reddi potest ratio naturalis quomõ p̃ homines loquantur, atq; in nomine Christi eijciant. Nam secundum omnem philosophiæ doctrinam, determinatę formę & actus itemq; motores, determinata requirunt passiua: videlicet determinatas materias, potentias atq; mobilia. Corpus autẽ humanum ad rationalem animã determinatũ est, nõ ergo esse potest dæmonis instrumentũ secũdũ ordinẽ naturæ, sed dumtaxat secundũ ordinẽ culpæ. Præterea, cũ dæmon sit naturaliter superior homine cogi non potest ab eo nisi virtute alicuius diuini, per quod superior dęmone homo efficitur: hoc aũt est sanctitas mẽtis, quã à Christo Christiani sortiũtur vel ipsa virtus Christi in sacramentis suis ac verbis contenta: vnde in expulsione dæmonum virtus Christi ac sanctitas semper resplendet. ¶Philo. Secũdũ diuinũ meũ Platonẽ & Stoijcos, ordo dæmonũ triplex est. Sunt enim qdã boni, qui Cathodęmões dicti sunt, & hominibus in bonis persuasores adiutoresq; sunt. Sunt quoq; quidã mali Cacodæmões dicti, qui malorũ instigatores ac punitores cõsistũt Calodæmones vero summo deo assistunt. Igitur secundum hanc philosophiã inconueniens non est

secundum

secundum ordinem virtutis, & culpæ, dæmones in homines sic & sic imprimere. ¶Theologus. Nunc Peripateticos prorsus relinquis, & Aristotelem nõ imitaris. ¶Philosophus. Quid enim? Nonne & Platonis philosophia famosa subtilisque est? Si ergo per eam argumenta tua euado, nullum absurdum est. Theologus. Fateor tibi quia in hac parte philosophia eius mihi amplius consonat, & fidei vicinior est, quia per eam cito tibi probabo multa quæ fidei sunt, omnino facilius quam ex Peripateticorum sententijs. Nos quippe similiter triformem asserimus intellectualium substantiarum ordinem quarum quædã bonæ sunt, & administratorij spiritus appellãtur, hoĩmq; custodiæ deputantur in bonis. Ceteræq; sic deo assistunt, vt foris non exeant. Quædã autẽ malæ sunt, quas dæmones cõmuniter dicimus, licet dæmon dici possit õnis intellectualis substantia, quia à Dyanion nomine greco, quod latine sonat intellectus, dæmon vocatur. Igitur ex hac positione tua ô Philosophe, primo constat humanas animas ĩmortales esse, & post vitam pñsentem secundum merita sua à deo præmiari. ¶Philo. Hoc philosophiæ non derogat, quia & Auicẽna & Epicurei idipsum admittũt, quia & naturalem fœlicitatem post hanc vitam admitto. Sed per hoc mihi probare non vales fidem esse necessariam, quoniam ad naturalem finem naturalia sufficiũt media. ¶Theologus. Dæmones cum pessimi sint, non insidiantur errori, nec inuident falsis Cur ergo christianis tã incessabiliter aduersanĩ et ĩuidẽt

Math.12. Lucæ.11. si Christianorũ fides falsa est atq; erronea, si supernaturalis felicitas non est, non egent conatu ne assequamur eandem. Deniq; dæmon dæmonẽ non expellit, nec falsitas falsitatem. Ergo si lex Christiana praua est atq; erronea, qualiter perfecti eius cultores tam manifeste & experimẽtaliter dæmonibus imperant, prævalent, eosq; expellunt, & ipsorum cultum ac templa vndiq; perimunt, & ipsos tanq̃ nihilum spernunt, & hęc quidẽ vera esse negare nõ potes, cum sensui constent. P. Compulisti me ante à Peripateticorũ doctrina recedere, nunc vero me cogis admittere, quod dæmonib⁹ cõtraria sit Christiana religio, & per hoc quod sancta sit, vera atque diuina. Sed deprecor te edissere mihi, nonne iniquis atq; gẽtilibus dæmones aduersantur? T. vtiq;, quatenus vel piores fiant, vel ne ad fidem cõuertantur: sed bonis & sanctis multo inuidiosius, itẽq; subtilius insidiantur. Verũtamen, non magis quã permittũtur exequi possunt. P. Pagani, & magi, ac pessimi, dæmonibus vt dicitur imperant, quẽadmodum de Mahumeto quædam leguntur, & vt asseris, sceleratissimi Christiani cũ eis pacta componunt. Non ergo ex dominio super dęmones, fidei tuæ virtutem sanctitatemq; efficaciter ostendisti. T. Nos in nomine Christi & virtute fidei eius dæmonibus dominamur; illi vero non dominantur eorum, sed primo se eis subijciunt, sicq; demũ deo iustissime permittente, dæmones eis obediunt, vt eos decipiant, & errorem confirment. Si aũt per religiosam ac puram diuini nominis inuocationem

mali

mali dæmonib⁹ imperarēt, recte obijceres. P. Con
tradicere nequeo.

¶Disputatio The cōtra Idololatras. Art. 10. Theo. Ioan. 16.

NVnc vero si tibi crucifixum colere ridiculosum apparet, intueamur quid melius sonat. Dicere quod filius dei patri coæternus & cō Iohan. 1. substantialis, humanitatem in vnitate personæ assumpsit sine maiestatis derogatione, quatenus per Roma. 1. Hebræ. 1. mortem crucis quā non meruit, sed ex inęstimabili charitate pro nobis sustinuit, vniuersum mundū .1. Trin. 7. ab æterna morte redimeret, deoq́ꝫ patri reconsiliaret: Coloc. 1. vel asserere colendos esse Iouem, Saturnū, Vulcanum, Typhonem, Liberum, aliaq́ꝫ deorum quos tui colunt portenta. Non erubescis de patricidio in cestuq́ꝫ Iouis, qui & patrem occidit vel occidere nitebatur, sororemq́ꝫ violauit. Pudeat te fugæ Saturni atqꝫ deuorationis liberorū nequissimæ. Verecundare de Typhonis insidijs. Et quid necesse est deorū vestrorū reuoluere crimina? Ille semen fudit in terram, ille in proprium, deseuijt sexū, & quod in alijs lex dirissima nece vlciscitur, dij vestri plus cæteris peregere. Quomō ergo his diuinitatis honorē ascribitis, qui præ cæteris iniquiores fuere? Aut leges errant, aut dij vestri, nisi forte illis duntaxat male agere licet, qui cæteris vitæ exemplum esse debent. P. Homines in deos translati non sunt, nec honorant dij propter facinora, sed propter vtilitatem quam hominibus aduexerunt, & prouidentiam qua eis singulariter prouiderunt & profecerunt. T. Quicquid boni quis dicat aut doceat, si ipse nequiter vi-

uit

uit,magis ad vituperium ei cedere debet secundum rectam censuram,q̃ ad honorẽ,nec diuino honore dignus est qui prudentiã suam turpissima vita contaminat. An dijs vestris licuit quicquid libido suggessit? Non confunderis super raptu Iouis,atq; concubitu mulierũ ac puerorum? ¶Praeterea honor est
Iohan.8. exhibitio reuerentiae in signum virtutis,qui autem aliquid habet ab alio,& nõ recognoscit eum à quo quod habet sortitus est,neq; illius,sed propriã gloriam quaerit,is vtiq; valde ingratus est,nec est ei tãquam virtuoso honor impendendus,sed est velut ingratus spernendus. Sed si diuinum aliquid in hominibus fuit,hoc esse non potuit nisi participatiõe eius,qui naturaliter et à seipso deus est. Hic autem vnus dumtaxat est,vti tibi ostendam post pauca. Cum ergo dij tui huius veri dei noticiam non habuerint,nec ad eum prouidentiam suam & bonitatem retulerunt,sed ad seipsos,constat q̃ ingrati caeciq; erant,superbi & vani atq; blasphemi,tanq̃ si miles honorem debitum regi,sibi quaerat impendi.
¶Philosophus. Si ergo eos colere nefas est,ingrati omnino erimus beneficijs,prouidentijsq; eorũ, Deniq; ipsi et post mortem consiliũ itemq; auxiliũ prębent suis cultoribus,itaq; inuocãdi sunt. ¶Theologus. Gratiarum actio potius debetur principali opifici,q̃ instrumento: & rursus nihil honoris praestandum est ei,qui sub potestate superioris cõsistit, nec tamẽ suo superiori obedit, quantũ ad id quod non obedit. Velut si Baro imperatori non pareat, honorandus non est,secundum q̃ inobediens. Cũ igitur

igitur dij tui vero deo ingrati fuerit, nec ei⁹ legi paruerint, ipsi cōtēpnēdi sunt, et summo ōniū diuinarū bonitatū fonti, vero deo, dūtaxat gratiæ referendæ sunt, q nō ab aliq̄ quicq̄uā participat, sed ex proprijs diuitijs cūcta bona distribuit. Porroq̄d asseris deos tuos hoīb⁹ ꝓdesse posse, atq; obesse, simpliciter falsum est: cū sibijpsis ꝓdesse nō possunt, neq; apostolis apostolorūq; successorib⁹ resistere quibāt Imo ipsi in inferno eternaliter ardēt. Verūtn̄ ꝓpter scelera idololatrarū, deo ꝑmittēte, dæmōes subīde hoīb⁹ in illorū forma apparuerūt, nō vtiq; ob aliū finē, nisi ad stabiliendū errorē. Proīde nō de oībus futuris dæmōes respōdere sufficiūt, sed tantū de his q̄ ex naturalib⁹ causis vel cōiecturis seu dispositiōībus rerū scire possunt. ¶Ph. Cū infideles christianorū ecclesias, terras & bona sæpius destruūt, potestne illis Christus resistere? The. Vtiq;, sed ꝓpter fideliū peccata illa permittit. ¶Philosophus. Ita aio & deos, quia ab hominibus offensi erāt, talia in sui perniciem permisisse ad tempus, licet valerent resistere. ¶Theo. Iam intuere differentiā, christus ecclesiā suā nūq̄ in toto periclitari relinquit, sed cū eā in ꝑte destrui sinit, hoc ipsum electis suis ꝑnūciat, causamq; euidēter insinuat, & correctiōe pacta eādē citо reformat, quēadmodū de repatiōe atq; amissiōe terræ sctē vberti euenit, & in plurimarū extirpatiōe hæresiū frequēter innotuit. Sic aūt de dijs tuis esse ꝓhibere nō potes. Sed ꝑcor te vt cōpendiosior fiat disputatio nr̄a, explana qd de deorū cultura sentias, quē etiā ordinē, libertatē q̄in ipis cōsistere opineris?
Assertio

¶Assertio Philosophi de dijs ac deorum ordinibus. Articulus.XI. Philosophus

VNiuersi qui de deo loquuntur, hinc diuinã proprietatem accipiunt, vtpote quod id quod deus vocatur in causalitate & prouidẽtia cęteris præeminet. Propterea ea in entibus deos asserimus, quorum est vniuersalior causalitas atque prouidentia excellentior. Cõstat prĉterea quod in his duobus principatũ sortiãtur cœlorũ motores, Primo quidem intelligentię. Secundo autem animæ orbium atque stellarũ. Tertio ordine secundum Platonicos dæmonibus asscribitur diuina appellatio. Et quarto animabus eorum qui in terris adepti sunt diuinitatis participationem. Quinto quidem naturalium statuas animatas, deosque putarunt, Sexto elementa propter vtilitatem ipsorum. Septimo Trimogistus & alij quidã opinantes deum esse omne quod est, tanquam videlicet sit omnium formale esse, atque intrinsecus actus omnia ponebant esse deo plena deificata & latria veneranda. ¶Porro platonici ideales
Plato separatasque formas quas vniuersalia vocant, in primo deorum ordine falsi sunt. Veruntamen O theologe non omnes positiones has approbo cum quędam à philosophis sufficiẽter destructæ sint, vt ẽ illa de Ideis Platonis, illa quoque Trimegisti, quoniã deus vtique non est esse alicuius formale, sed est purus actus, ac esse tantum in se subsistens. Elementa insuper cum inanimata sint, colenda non sunt, sed animas bonorum ac heroicorum virorũ, vt Hectoris & Romuli cum cęteris intellectualibus substantijs

tijs, inter deos reponere par est, quippe quæ ad feliciorem translatæ sunt statum. Enimuero de planetis ac cœlis ait Plato: O dij deorum quorũ pater opifex'q; ego. Aristoteles quoq; in sua methaphisica testatur, ꝙ corpus cœleste ratione suæ animæ est causa omnium formarum huius mundi, & ratione sui corporis causa omnium inferiorum corporum. Et denuo: oportet, inquit, hunc mundum contiguũ esse lationibus superiorum, vt tota eius virtus inde gubernetᷓ. Nõ imerito ergo cœli & sydera atq; planetæ dij censentur, cum ab eis hic mundus regatur atq; dependeat. Nam & cessante motu cœlesti, omnis mox motus cessaret, cum secundum Aristotelem ipse sit quasi vita quædam omninm inferiorũ. Plato in Thimeo. Arist lib. 8. Metap Arist, lib. 1, Metha. Pla. i Thi

¶ Destructio positionis huius, & ꝙ soli deo sit exhibendus latriæ cultus.

Articulus. XII. Theologus

SEcundum Aristotelem tuũ O P. deus est actus purus, & secundum Platonẽ ẽ bonitas pura, & quemadmodum omnes eorum sectatores fatentur, deus est ens simpliciter perfectum, cui nulla deest nobilitas, ideo natura eius omnino incircũscriptibilis est. Porro omnis natura post eum est admixta potentiæ, & finita atq; in certo genere posita P. hec omnia vera philosophia demonstrat. T. Cũ igitur infiniti atq; finiti nulla consistat proportio necessario sequitur ꝙ omne ens post summum deũ ab eius perfectione in immensum deficiat P. hoc consequens est T. Quo autem alicuius maiestas ꝑstantior est, eo sublimior veneratio eam decet P. Aristode Regi. Pri Pla. de de Arist, 2, li Methop. Idẽ, 1. lib. MethoP

vtiq;

vtiq;. The. Adoratione seu cultu latrie non est veneratio dignior. P. hoc omnes fatentur. T. Ipsa ergo soli vero deo exhibenda est,& nullatenus creaturæ,cui debetur honor in infinitum decliuior, sicut & dignitas eius est infinitæ inferior. Iniquissimũ ergo est creaturas pro deo colere. P. Rite concludis, quod altissima debeatur vero deo veneratio,sed cũ nõ habeat vt videtur prouidentiam immediatam nisi de rebus cœlestibus, dispositio vero huius sensibilis mundi cũ lationi atq; virtuti cœlorũ & eorũ qui mouent eos, prorsus subdita cõmissaq; sit, sunt quoq; & hæc causæ secundæ secundario venerãdæ atq; vt dij colendæ T. Omnes orbes cœlestes, planetæ & sydera, ipso suo motu & ordine famulatũ suum ostendunt, & cum motoribus suis comparãtur ad primam causam sicut instrumenta ad causam principalem, sicut media ad finem, & sicut effectus ad causam independentem. Quicquid autem dignitatis & excellentiæ in instrumento effectu'q; est, ad principalem causam est referendũ, & ei asscribendum. Si ergo splendor & decor superiorum corporum aut elemẽtorum, humanas mentes in admirationem cõmouit, in effectibus & obsequentibus standum non erat: sed ad creatoris summi'q; principis gloriam referenda cuncta fuerũt: Ideoq; non immerito omnis creatura ingemiscit super idololatrarum peccato, dũ sibi impẽditur, quod soli deo debetur. Præterea cum instrumenta recte disposita non agant nisi secundum derectionem architecti, nec cœli, nec sydera neq; motores eorũ aliter age-

re possunt, q̄ secundū diuinæ legis eis à creatore p̄fixæ atq; impresse tenorem, nec cursum suum vari are aut influentiam immutare valent, Nullo ergo modo inuocandi colendiq; sunt cum hoc nihil pro sit. Nec verum est quod ais diuinā prouidentiā non vniuersa complecti P. Anteq̄ disputemus de hoc, Responde ad id quod tibi oppono: Videmus in ter renis principatibus, quod non solum regi, sed fami liaribus quoque ipsius, præsertimq; præcipuis, vt pote ducibus atque baronibus honor ab om̄i vulgo impenditur, inclinant ceruices, genuaflectunt, & quicquid reuerentiæ possunt, exhibent eis qui re gi subditi sunt. Cum ergo motores cœlorū, ipsiq; orbes ac astra, primi principis ministri & cooperatores consistant, & post eum in diuinis proprietatibus eminentiores, quomodo diuino honore non digni censentur? Præterea vti iam tetigi, non vtique decet nos diuinis beneficijs esse ingratos: Cum ergo allatio solis sit eorum q̄ vitam nostram sustētāt, videlicet omnium terræ nascentium atque animatū causa, ipsiq; orbes in inferioribus incessabiliter agant & influant, si eis cultum nullum impendimus, prorsus ingrati videmur. Adhuc aūt secūdū Aristotelem meum, Dijs, parentibus, ac magistris non potest exhiberi equalēs. Oīno ergo uenerādi sunt dij. Aristo.li. 9.Ethicorum

¶ Solutio rationū q̄s induxit p̄hūs. Arti.13. Theo.

SI præinducta vere consideras, rationes tuę O P. nō utique contra me, sed pro me militant: Nēpe cū separatę substātię q̄s tu intelligētias, ego aūt angelos nūcupo, admistratorij spūs sint: Hebræ.i

nos

nos vtiq; venerationem eis prestamus, solempnizatq; ecclesia eorum memoriā, inclinamus, genua flectimus, atque deuotissime eos precamur. Precamur inquam nō adoramus, veneramur non latrie, sed dulie cultu, non vt ipsi nos sua virtute iuuent, sed vt à summo rege omnipotēteq; deo opē nobis acquirant, appellamus eos nō deos, sed ministros. Non quiescimus in laude ipsorum, sed quicquid excellentiæ sortiti sunt, primæ omnium causæ asscribimus. Enimuero argumenta tua fortia essent, si intelligentię inferiorum rerum creatores essent, et in eis nostra beatitudo consisteret, quemadmodum multi Peripateticorum opinati sunt, sed cum secundum probata atq; probanda ita non sit, sed dumtaxat secundum philosophiam, sint naturalia agentia primę causæ supposita ac instrumētalia, diuinus honor, seu latrie cultus ipsis nullatenus exhibend' est. Nec dona naturalia sunt eorum beneficia, sed dei. Non enim ex eorum liberalitate procedūt, sed ex diuina munificentia, eis instrumentaliter cooperantibus. Vnde nec eis ingrati sumus, sed eorū cultores deo ingratissimi sunt, a quo bona cūcta emanant, gloriam creatoris ad creaturas peruersissimę retorquentes. ¶ Porro eatenus tam angeli q̄ hoīes nobis honorandi sunt, inquantū ad finem nostrū qui est ipsa dei fruitio adiuuare nos valēt. Et quoniam ob hanc causam intellectuales substātias gētiles non honorauerunt, ideo errauerunt ponentes sibi finem in medio. Sic quippe et ministri terreni regis vt arguis a vulgo honorantur, in quantum ad cōmune

ad commune bonũ politicum quod eſt pax, apud regem cooperantur, non autem in quantũ ſunt velut regis inſtrumenta,/ſic enim & in ordine ponũtur ſeruorum, alioquin et inanimata honoranda forent, cum eorum miniſterio nobis neceſſaria procuremus. Inſuper ipſa tua obiectio non mihi, ſed tibi/reſiſtit. Nam & ſi regis miniſtri honorãdi ſunt, ſpeciales tamẽ honor regi debetur quem exhibere miniſtris nepharium eſt. Nephandiſſimi igitur ſunt qui adorationem ſeu latriam ſoli altiſſimo debitã obſequẽtibus creaturis impẽdunt. Amplius à quo ſingularia eminẽtiſſimaq; bona ſuſcepimus, ſpeciali cultu colendus eſt. Sed etiã ſecundum Peripateticos tuos, omes eſſentiales bonitates, videlicet eſſe, viuere, intelligere à ſolo primo principio ſunt per creationem, ſed à cauſis ſecundis per informationẽ Primo ergo principio ſpecialis cultus qui latria dicitur rite tribuitur. ¶Adhuc autẽ cum latria ſit perfectiſſimus cultus nulli debetͣ niſi propter ſeipſum Cum ergo ſolus deus ſit eſſentialiter bonus, et ab eo cætera, ipſe ſolus propter ſe ipſum colendus eſt, quod eſt latrie honor. Nec debetur creaturis honor niſi alterius ordinis, qui dulia à grecis appellatur. ¶Preterea, nullus ſapiẽs in deum ſibi eligit qui ſibi in neceſſitatibus ſuis ſuccurrere nequit. Omnis autem creatura eo ipſo quo ex nihilo eſt, egena eſt, nec ſibi nec alijs ſufficiens, niſi diuina manutenentia conſeruetur, in nihilum tendens, ſicut & Ariſt. & Auicenna ſcripſerunt, quomodo ergo ipſa pro deo colenda inuocandaq; eſt? P. Efficaciter mihi re

Mat. 20.

Sap. 2.
2. Cor. 3.
Ariſtote.
Auicẽna.

spondisti & ostendisti, quia soli vero deo qui nullius eget impendenda sit latria, dummodo id quoque demonstres, quod ipse actuum humanorum prouidentiam curamque habeat. Demum & id audire desidero quid de coelis sentias, an veraciter secundum fidem tuam animata sunt.

Psalm. 15

¶ Quód deus prouidentiam habeat de actibus hominum;

Articulus Decimusquartus.

¶ Theologus.

Arist. lib. 10. Ethi. Plato in Thimeo.

ECce in libro Ethycorum Aristo. ait, quod homo contemplatiuus atque theoricus est amantissimus deo, non autem eum amaret deus nisi & eum & opera eius agnosceret, eique insitam mercedem tribueret. Denique quid tam indecens tamque iniustum, vt diligentem & honorantem non amare nec honorare? Cum ergo deus benedictus, sanctissimus atque iustissimus sit, ipse vtique eos qui se tota mente & viribus diligunt atque coram eo sollicite ambulant, diligit & honorat, ab impijs eos secernens & diuidens. Adhuc autem quicquid in luce diuinae essentiae splendet, deus intelligit, quicquid autem diuinam bonitatem aliquo modo participare imitarique potest, in diuina natura resplendet: quoniam per hoc res creatae in deo sunt, quod eius essentia est earum exemplar. Sed nil adeo vile est, quod non aliqualiter diuinam bonitatem participet, cum ipsa sit omnis essentiae & bonitatis origo. Itaque non iam dumtaxat hominum & omnium quae eis accidere possunt, verum & vniuersorum quomodolibet existentium per

Math 22
Deut. 6.
Mich. 6.
Proue. 8.
Math. 25
Psal. 93.

1. Cor. 4.

fectam noticiã habet deus: & ne hoc mireris Philosophe, nam infinita quæ nec sunt nec erunt, ipse simplici visione cognoscit, eo ꝙ infinita eius bonitas, infinitis modis & gradibus cõmunicabilis fit: P. Quomodo ergo peccata & mala, negationes priuationesq; agnoscit, in quibus nil diuinæ perfectionis relucet? T. Qui cognoscit vnũ oppositorũ, cognoscit & reliquum. Priuatio quoq; agnoscitur per oppositum habitum, & negatio per affirmationẽ. Deus igitur quoniam res creatas earumq; bonitates ac perfectiones cognoscit, mala quoq;, itemq; defectus ipsarum intelligit. P. Derogare mihi videtur dignitati & puritati diuini intellectus, si hæc vilia atq; ĩmunda agnoscere asseratur. T. Cũ diuinũ esse incircũscriptibile sit, omnia vtiq; penetrat, nec tamen ab aliquo inquinari potest. Si itaq; res ipsæ diuinum sibi præsens esse inquinari nequeunt, quomodo earum noticia diuinæ sapientiæ lucem indignificaret aut offuscaret, imo cum diuina sapientia simpliciter perfecta sit, restat vt eius intuitũ nil prorsus subterfugere valeat, præsertim cum deus omĩa in seipso conspiciat, æternaliter & immutabiliter. Præterea in libro de Causis dictum est, quòd causa prima creat scientias Quicquid ergo in scientia intelligentiæ continetur, in diuina mente clarius patet. Porro ad diuinam iusticiam pertinet, vt bona agnita approbet atque remuneret, mala autem reprobet atque puniat. Deus igitur hominum prouidentiam atque curam habet, & ipsos discernit ac iudicat. P. Amplius tibi dissentire non valeo. The.

Hebr. 4

Psal 138

Aristo. l de caus.

Sunt alia multa quibus idem demonstrari potest, vtq; rationalis anima à deo immediate creata est, atq; similia quæ posterius forsan occurrēt. P.Quid sentis de animabus cœlorum.

¶Quid de animatione cœlorum ac syderum secūdum catholicam fidem sentire oporteat.

Articulus.15. Theologus.

Hebre.2. CVm fides ambiguitatis admixtionem non sufferat, sed firmissima sit, de his quæ ad fidē pertinent dubitare non licet. Cum ergo do-
Augusti. ctor, imo et lingua ecclesię gloriosissimus Augusti. super Genesim atque in suo enchiridio hanc quæstionem incertam habeat neq; determinet, sed sub dubio deserat, constat quod ad fidem non pertinet siue cœli animati dicantur, siue non. Nihilominus
Thomas magnus ille Theo, atq; preclarus Philoso, sanctus Thomas, super secundum sententiarū scribit, q; secundum fidem cœli animati non sunt, adijciens q; idololatria hinc sumpsit originem, q; homines ali quid viuum cœlis, itemq; syderibus inesse arbitrati sunt. Verūtamē in libris suis quos postea edidit cō
Idem. sultius locutus est. Ait ergo in prima parte summę,
Arist.li.2 q; sicut de animatiōe cœlorum inter Philosophos,
Basilius. sic inter Theologos quoq; dissentio sit. Plato nāq;
Damasc. & Aristo. cū suis cœlos animatos ponebant, Anax
Hieroni. agoras vero ideo ab Athenis pulsus est, quoniam
Ecclesi.1. dixit aliud non esse solem nisi lampadem ardentē. Cōformiter inter theologos Basilius & Damasce. cœlos astruūt non esse animatos, cuius oppositum videtur sentire Hieronimus super illud ecclesiastis,

lustrans

lustrans in circuitu pergit spiritus. Origenes autē & rabbi moyses cœlos aperte animatos fatentur. Porro in summa contra gentiles Thomas manifeste testatur, nil pertinere ad fidem quicquid horū dicatur. P. Quia ergo quæstio ista fidem non tangit, amplius de ea disputare non conuenit. Origene Rabbi Moses. Thomas

¶Quód statuæ quas colūt idololatre animatę nō sunt. Articulus. 16. Theologus.

SEd iam quid de statuis ô Philosophe sentis? Cōstat nempe quia hominibus prestent respōsa & vocem emittant. Nūquid & ipse animate censende sunt? P. De hoc Hermes sic ait. Quemadmodum cœlestium deorū factor est deus, sic eorū qui in templis coluntur deorum fictor est homo, qui humana proximitate contenti sunt. Statuas inquit animatas dico sensu & spiritu plenas, futurorumq; præscias, de somnis ac aliis multis prædicentes, hominibus imbecillitatem facientes, eosq; curātes, læticiam atq; tristitiam pro meritis dantes. T. Hanc fuisse opinionē Hermetis nō ambigo. Quoniam August. de Ciuitate dei hoc asserit. Sed est ne vera positio ista? P. Cum loqui & respondere sint actus vitales, non videntur posse prodire a statuis nisi per animam, quoniam anima est principium vitæ & motus. T. Secundum firmissimas demōstrationes Aristotelis tui, non sunt eiusdem rei duę formæ substantiales, nec recipit aliquid nouam formam substantialem nisi priorem, si quam habuit, deserat. P. Hoc vniuersi Peripatetici docent. T. In formatione statuæ non destruitur forma auri vel Hermes Augusti.

cupri, imo manet vt ante, sed fit dũtaxat mutatio secundum accidentalia atq; figuram. Non ergo introducitur noua forma substantialis in eã, nec animata veraciter perhibetur. P. Vnde ergo causantur operationes illæ vitales. T. Non dubium quin à dæmonibus. P. Cum dæmon sit immaterialis intellectus, nec habens organa ad vocis formationẽ necessaria, quomodo per statuam loqui potest? The. Tam angeli q̃ dæmones propter subtilitatem, dignitatem atq; industriam suæ naturæ super corpora Iferiora dominiũ habẽt, eaq; multiformiter mouent, & quod agit anima per plura, faciunt ipsi per pauciora, verũtñ non omnino cõuenit eis locutio vniuoce sicut & nobis. Preterea nihil agit vltra pro-

Sapien. 5 priam speciem, gradũ & ordinem, quõ ergo homo deum fingere potest? imo si est homo fictor tẽpli deorum, est vtiq; dignior eis. Non ergo eos colere debet: & palam quia qui eos colunt, non eos colũt, sed dæmones: quemadmodum scriptum est, quoniam omnes dij gentium dęmonia. Rursusq;: Simulachra gentium argentũ & aurũ, opera manuũ ho-

Psal. 95. minum. Os habent & nõ loquentur. Non enim ip-

Psal. 113. si loquuntur, sed spiritus patris eorum, qui colunt eos, id est dyaboli, qui homines ita decipere ꝓpter

Hermes. peccata ipsorum iuste à deo permittitur. ¶Porro si tanta esset virtus eorum vt asserit Hermes, nunq̃ à Christi discipulis sic destrui potuissent atq; comminui. P. volebam audire te. Sciebã equidẽ quia nec naturalis ratio in hac parte Hermeti consentiat, neq; omnes gentiles sibi concordant.

Inuectio

Inuectio Theologi contra Philosophum.
Art,XVII. Theologus.

REuelatur autem ira dei super omnem impie tatem & iniusticiam hominum, quoniã cũ cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, sed mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium, & coluerunt, & seruierunt creaturæ potius q̃ creatori, q est deus sublimis, & benedictus, & solus adorandus. Cum ergo ita sit o Philosophe, cur illi tui pręcipui, Plato, & Aristoteles, deos, imo & idola colue runt? P. Vnde hoc nosti idola coluerunt? T. In Thimeo multa de his Plato conscribit, tandemq; illũ Atheniensiũ olim mineruã, sapientẽ deũ appel lat. Insuper in epistola ad Alexandrũ Aristo. testes inquit mihi sunt, Iupiter & Posidon. P. Si Philo. isto rum gesta plene legisses, scires vtique quia ex corde idola venerati non sunt, sed quod talia aut scripse rũt aut certe dixerũt, propter vulgus fecerũt. Nam & Aristo, legitur igitur ab Athenis fugisse, quia vo lebat eũ quidã idolorũ sacerdos tanq̃ deorũ cõtẽp torẽ accusare, atq; iudicib9 pdere. T. Pro veritate, presertimq; pro diuino honore moriendum est. P. Hoc Socrates fecit. T. Ideo cæteris rite præfertur, placet autem mihi ista responsio. Augustinus nan que meus idipsum fatetur, quod licet in plebe philosophi idola colenda assererent, aliter tamẽ inter se colloquendo senserunt. Philoso. Precor te quid de Aristotele, Platone, atque similibus sentis, sunt

Roma

Plato
1. Thi
Arist.
poesi.

Socrat
Augu

Rom.14 ne ipsi dampnati? T. Nunq̃ sine fide Christi vel ex-
Hebrę. 11 plicita vel implicita adultus, quis saluari valebat. In
super pura naturalia nulli vnq̃ ad salutem sufficie-
Psal, 57. bant: Naturalis igitur ratio sine supernaturali fidei
ope ac lumine eis nequiuit sufficere. Itaq; si sine fide
erant, saluari nõ poterant. Præterea, quicquid nõ
est ex fide, est peccatū secundum apostolum, id est,
Rom.14 quicquid fit propter finem contrarium fini quem
Plato. fides constituit, peccatū est. Cum ergo Plato beati
tudinem hominis nõ eam posuerit q̃ fides, sed neq;
Aristo. Aristo. non videntur fuisse in gratia. Ideoq; nil me
ritorium peregerunt. Rursus, ꝙ mundum ab ęter-
no fuisse testantur, signum est ꝙ neq; de principio
neq; de fine humani generis veram cognitionem
sortiti sunt. P. Si ita est tunc perijt omnis illa Philo
sophorum caterua, quorum tamẽ conuersatio ad
modū erat virtuosa atq; miranda, vnde dura mihi
videtur fides quæ tales condempnat. T. Multi gen
tilium ante Christi aduentum per legem naturę, &
fidem futuri saluatoris saluati sunt. Enimuero hæc
vniuersalis regula est, quia immensa diuinæ boni-
tatis clementia, nunq̃ hominem relinquit, si fece-
rit quod in se est. Si igitur Philosophi illi præcipui
fecerunt quod in se erat, deus reuelauit eis quod ad
salutem necessariū fuit. Agnosce ergo Philosophe,
quoniam de Arist. tuo atq; Platone, manifeste ait
sanctissimus doctor ecclesię gloriosus Hieronim⁹,
ꝙ ardeant in inferno cum discipulis suis. Verūtñ si
librum illum de morte & pomo Aristo. edidit, tūc
vtiq; non penitus fide caruit. Porro de Platone cer

tum

tũ est ꝙ libros Moysi vidit & legit. P. Possit ergo de eis haberi fiducia? T. Pater omne iudicium dedit filio, Cõmittamus ergo & nos ei istud iudicium, hoc firmissime cognoscentes, quia nullum bonum irremuneratum. P. Si alia nosti quæ Christianam fidẽ à deo esse corroborent, profer. Iohan. 5. Iob. 14.

¶Deductio fidem Christianam demõstrans à deo esse ex veteri lege atq; prophetis. Art. 18. The.

Deus autẽ gloriosus cum sit superessentialis, & æterna atq; immensa sapientia, nil fortuitu agit, neq; à casu, sed secundum infallibilẽ æternæ dispositionis scientiam. Est insuper sapientum consuetudo opificum, vt cum inconsuetũ atq; præcipuum quippiam facere velint, idipsum futurum prænũcient, præludia agant, hominumq; animos excitent. Itaq; cum ea quæ Christiana lex tradit tam singularia tamq̃ ineffabilia sint, noluit ea deus à principio exhibere, sed ad eorũ exhibitionẽ, ab exordio corda præparauit humana, multis præsagijs, oraculis varijs, vaticinijs pluribus, præclaris miraculis, omnia ea futura insinuans, quæ credim⁹ iam esse impleta. Cum igitur solius dei sit futura cõtingentia certo preagnoscere, eaq; cuncta impleta cernamus quæ de Christo erant prædicta, palam quoniam non nisi à deo est lex illa, quæ talibus innititur fundamẽtis. P. Nescio quid dicis. T. Fortissima probatio est qua ex ore aduersariorum probat quis quod intendit. Erat añ aduentum Christi lex vetus atq; prophetæ, sunt libri, leguntur & tã à nobis q̃ ab aduersarijs, concedũtur, sed diuersimode intelligũtur. Luce. 24

historia ante Cristi aduentum, licet vbertim quam grauissime peccauerint, nunquam tamen vltra septuaginta annos vna vice à deo puniti atque à terra sua comperiuntur expulsi. Nunc vero mille quadringenti anni prope fluxerunt, ex quo à deo relicti sunt, a terra sua expulsi, omnique paternæ legis gloria destituti, cuius quidem punitionis causam assignare non valent, nisi Christum fateantur se interemisse. Quicquid enim aliud dixerint, grauiora ante fecerunt, sicut & prophetæ eorum qui nunc vsque apud illos & nos famosi sunt, contestantur. P. Quæ erant illa legis antiquæ miracula? T. Fatentur tam ipsi quam nos, Sarraceni quoque, ille etiam tuus astronimorum peritissimus Ptolomeus, ac aliæ multæ historiæ, quemadmodum olim deus cœli omnipotens, eduxit Hebræos de terra Aegypti, in manu potenti, ac inauditis prodigijs percutiēs Aegyptū, præsertim decē plagis. Denique diuisit mare rubrū, & per mediū eius velut per siccā eosdē traduxit. Cū que ipsi trāsiissent, persequētes eos ægyptios redeuntibus aquis, submersit. Insuper quadraginta annis eos in deserto pane pauit cœlesti, legēque eis cū horribilibus visiōibus tradidit. In ipso itinere peccātores prostrauit, quosdā terra viuos absorbuit, quosdā ignis cōbussit, quosdā serpētes, quosdā gladius ac similia tormēta multiformiter & iuste cōsūpserūt. In tot annis nō erat in tribubus eorum infirmus, vestimēta nō sunt attrita nec calciamenta lesa seu vetustate cōsūpta. Nūquā defuit eis colūna nubis per diā, neque colūna ignis per noctē. Porro ingrediētib. terrā patrib. eorum a deo promissam expulsi

expulsi exterminatiq; sunt septē populi robustissimi, non in arcu neq; in potestate ipsorum, sed deo
Iosuæ.10 glorioso & sancto pro eis sine labore pugnāte, ac impiissimos peccatores destruēte, Præterea deprę cante duce eorum, sol stetit in cœlo immobilis spa
Iosuæ.3 cio vnius diei, ipsaq; Iordanis fluenta abierunt retrorsum, atque ad instar turris intumescentes ascē derunt in altum, sicq; in sublimi fixa manserūt donec transeunte populo dei redirent. Sed & alia innumerabilia contigeruut miracula. Postremó fue
3.Re.17. runt in eis viri sanctissimi diuinis fulgentes prodi
4.Re.4. giis, mortuos suscitantes, ignem de cœlo procurā
4.Reg.1 tes, solem regredi obtinentes, & de his quę soli deo
4.Re.20 innotescunt vaticinantes. Erant eis de eorum pro
Isaiæ.38. sapia sacerdotes ac reges, & ecce Christo eis pro
Hebr.7. misso vt credimus itemque probamus aduenięte, omnia hęc eis ablata sunt, & in nostra ecclesia incō parabiliter renouata & aucta vti cōstare eis potest, qui vtriusq; legis agnoscunt historiam. Nihilominus ipsi in incredulitate sua predurant, quatenus in hoc quoque prophetæ eorum inueniantur fideles. P. Fateor tibi ó Theologe quia huiusmodi nō mediocriter fidem tuam corroborant, meque ad eam inclināt. Non inuenio in aliis sectis probationes tam stabiles. T. Diuersis nfidelibus diuersimode necesse est fidem probari, nō q; fides rationi subiaceat, sed vt fas est eam ostendi. Alii enim nouam legem recipiunt, sed non veterem, vt Manichei hæretici, & contra hos per nouæ legis scripturas dispu tare oportet, Alii veterem legem, non tamen no-

nam

uam suscipiunt, vt Iudęi: & contra eos per veteris testimonia legis arguere par est. Cæteri vero quẽadmodum tu quoque ó Philosophe nullam accepẽtãt, & contra eos fides defensanda est, vel quia ratiõe confundi non potest, sed & indirecte probanda est per rationis industriam, non per argumenta naturalia, sed per diuina opera atque miracula: quẽadmodum hactenus egi. Si ergo legem veterẽ scires & crederes, multo tibi euidentius fidẽ ostenderem quod tamen postmodum faciam.

¶ Consideratio ex perfectione ac sanctitate vitæ, atque doctrinæ Christianæ fidem esse à deo demonstrans. Articulus. XIX. Theo.

Quemadmodum ille tuus Aristo. ait. Perfectũ ẽ vnũquodq; cũ vnitũ fuerit suo principio. Perfectio igitur omnis intellectus creati est eius ad diuinum intellectum vnio siue cõuersio. Porro quo lex excellentiorem perfectiorẽ quoq; huiuscemodi conuersionem docet & efficit, eo vtique diuinior est atque pręclarior. P. Hoc palam est, sed talem esse Christianam legem ostende. T. Vt hoc tibi ostenderẽ præinducta inieci. Elucescit quoniam, quo mens humana pluribus intendit atque distrahitur, eo vni pręsertimq; summo illi æternoq; bono minus potest esse intenta: lex ergo quę ea perfectius tollit quæ mentem à deo abducunt, & item illa plenius instruit, quæ eam ad deum cõuertunt, & in ipso stabiliunt, sanctior diuiniorq; rite censetur. P. hactenus tibi consentio. T. Talis est lex Christiana, Ea nempe quæ hominẽ a deo elongans

Aristote.

Elongatio a deo in tribus constat causis.

gans

gant atq; impediunt, vel sunt omnino in homine, vt propria volũtas, passiones, voluptas & vitia. Vel sunt prorsus extra hominẽ, vt possessiões pecunię. Vel sunt partim quidẽ nobis coniuncta, partimq; separata, vt parentes, vxor, cognati. Omnia autem hæc Christiana doctrina perfectissime aut præcepto prohibet, aut consilio tollit. P. Hoc tibi imcũbit probare. T. Secundũ Aristotelẽ tuũ in Phisicis. Virtus vniuscuiusq; pensanda est à maximo in q̃d potest. Et ab eo quod in aliquo ordine potissimũ & simplicissimũ est, mensura atq; iudiciũ in ordine illo accipienda sunt. Nunc ergo contemplare o philosophe, si dignitatem perfectionẽq; Christianæ legis vere agnoscere cupis, eos qui illã perfectius implent, & vitam suam secundum ipsius doctrinam
Lucæ. 21 plenissime dirigunt. P. Quales sunt hij? T. Hij sunt
Math. 19 qui secundũ Christi domini sui exẽpla ac dogmata, vt soli deo pura & libera mente vacare possint, omnia quæ memini sponte relinquunt; diuitias, ter-
Iohan. 8 ram natalem, parentes, vniuersos propinquos, familiares & socios, vxorẽ, omnẽq; carnis libidinem, demum quoque quod eminentius est, seipsos, propriam voluntatẽ, motus sensuales, iram superbiã, vanitatẽ, omnemq; affectionẽ quæ veræ charitati repugnat, & mentẽ à diuina contemplatione atq; amore aut elongat aut distrahit. Vides si non dissimulas, quẽadmodũ illustrissimi, ditissimi, pulcherri-
Philipe. 3 mi adolescentes, pro dei amore cuncta contẽnant & tanq̃ stercora reputent, cenobia intrent, humillime, sobrijssime, studiosissime viuant, nec à dei seruitute

uitute & laudibus retrahi quærant. De nullo dolēt,
nisi quod à deo abducit. Neq; de alio gaudent, nisi
quod eos deo cõiungit. Denique quod prorsus mi-
rabilissimum est, & soli deo possibile, vbertim cum
in omnibus mundi sint enutriti delicijs, neque ab
hominibus ad talia exhortati, subito tamen muta-
ti, & vtique non nisi ab eo quem quærunt & dili-
gunt inspirati, cum tāta alacritate respuunt omnia,
vt facilius possint occidi, q̄ à dei obsequio, à ceno-
bij durissimo iugo, atque à pœnitentiali itinere re-
trahi. Quid mirabilius isto? præsertim in teneris
multis puellis, sexuq; fragili. P. Vitam talem repre-
hendere nequeo, sed horum similia in multis phi-
losophis cerno, qui & ipsi turbas fugerunt, continē-
ter & sobrie vixerunt, ac mundi diuitias contem-
pserunt, & solis diuinis studebant. In quo ergo præ-
fers tuos meis? T. Verum esse quod dicis ipse quo
que meus testatur Hieronymus. Fateor equidem,
quoniam omnia hæc eatenus fecerunt quidam ele
gantes philosophi, in quantum naturalis eis ratio
dictabat huiuscemodi ad philosophiæ studiū fore
accōmoda, & ad subdendam rationi sensualitatem
proficua. Verumtamen nulla eorum ad Christia-
nos comparatio. Primo quidem quia non retule-
runt opera sua ad debitum finem. Denique ad talē Matth. 5
cordis mundiciam quam Christus edocuit, nunq̄
peruenerūt, imo nec de ea loqui sciuerūt, vnde nec
cotidianas mētis suæ maculas deplanxerūt, neq; de
bitā deo reuerētiā exhibuerūt, imo nec verā vnquā
humilita-

humilitatem sortiti sunt,sed minores alios spreue
runt,seq; cæteris prætulerũt. Præterea præcipui in-
Diogen. ter eos, videlicet Dyogenes, Anaxagoras, Eraclitus
Auaxag. atq; consimiles nedum alia,sed seipsos quoq; igno
Eraclit⁹. rabant. Dyogenes animam esse aerem dixit, vapo
Plato. rem Eraclitus. Positionem platonis Aristo. repro-
Arist. in bat. Sed nec ipse Arist. de animæ immortalitate at-
li.de ani. q; beatitudine assertiue ac plene locutus est, immo
q; se in libris suis dicturum promisit, non vtique in
uenitur dixisse. Solus Socrates pro veritate ac dei
Socrates honore mori legitur extitisse paratus. Itaque secũ-
dum naturalis rationis potentiam, veritatem scru-
tati & virtutes operati sunt, sed quoniam deũ non
Roma. 1 sicut deum glorificauerunt, neque in ipso solo sed
in se ipsis confisi sunt, ideo quantũ gratia & in deo
fiducia, naturam præsumptionemq; excellunt, tan
tum Christianorum sapientia virtus seu vita illo-
rum conuersationemq; excedit atque scientiam.
Enimuero quod apud Philosophos paucissimi qui
dem fecerunt, hoc in Christiana religione innume
rabilia hominum milia, iunenum, virginum, senũ,
doctorum indoctorumq; egerunt, multo vtiq; ex-
Psalm. 8. cellentius atque perfectius. Et qui secundum Chri
stianam legẽ purius veriusq; in omni simplicitate
vixerunt, his deus gloriosus & fortis cuncta subie-
Psa. 13. 61 cit, leges ac ordinem rerum quoniam spes ipsorũ
Trent. 3. in deo fixa consistens dubitare non valuit, quin a
Rom. 8. deo quem super omnia & in omnibus ardẽtissime
2. Cor. 1. diligebant, vniuersa quæ salubriter peterent obti-
nerẽt. Et q; Philosophi tui prorsus impossibile opi
nati

nati sunt, ipsi celeriter a deo precibus sunt sortiti.
P, Quid de Socrate sentis, nunquid ipse ex puris naturalibus saluus factus est? T, Temporibus suis tã ipse q̃ Plato ac alij multi hebræorum, qui tunc famosi verique dei cultores fuerunt, libros Mosi, scz & prophetarum legisse scribuntur, & ex eis edocti. Sed nec Socratẽ arbitror sine speciali dei subsidio tantam habuisse virtutum constantiam, in vita & morte. P. Iam nunc vniuersis præinductis diligenter rememoratis, ecce assertionibus tuis o Theologe cedo atq; consentio, fidemq; catholicã à deo datam & item stabilitam penitus credo, veruntamẽ de singulis fidei tuæ articulis disputare tecũ, ac edoceri à te concupisco. T. Eya benedictio, & claritas, & gratiarũ actio, honor, & virtus, & fortitudo deo nostro, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad sui cognitionem venire. Nunc ergo o Philosophe imo & Catholice, audi. Quamuis prehabita tibi fidem nostram à deo esse sufficienter demonstrent, ea tamen quæ restant te vehementius cõfirmabũt, ac in fide stabilient. Cunque ipsa legis Christianæ documenta audieris, magis miraberis atque cõsenties. P. Cupio igitur vt velut ab exordio inchoes, & quid primum credendũ sit, mihi patenter insinues, meisq; demum dubitationibus satis facere digneris

Socrates Plato.

Apoc. 7
Isaiæ. 15

T, Rationabili tuæ petitioni libens ac lætus acquiesco, Ideoque hic primum librum consummans, a secundo nouoque libro exordiar.

D Incipit

¶INCIPIT LIBER SECVNDVS, DE vnitate diuinæ naturæ ac trinitate personarum.

¶Procemium.



RAT lux vera quæ illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum. Vnigenitus dei qui est in sinu patris, Ego, inquit, sum lux mundi. Rursusq;, Ego ait, sum via, veritas & vita. Nemo venit ad patrem nisi per me. Neq; enī est aliud nomen datum hominibus sub cœlo, in q̄ oporteat eos saluos fieri, nisi nomen filij dei, quem misit pater saluatorem mundi. Sicut enim inuidia diaboli per vnius hominis terrestris priuaricationem mors introiuit in orbem terrarum, sic quoq; charitate dei per vnius hominis cœlestis obedientiam salus seculi reparata est. Vanus factus est omnis homo à scientia sua. Siquidem vani sunt oēs homines, quibus non subest scientia dei, & de his q̄ videntur bona non potuerunt intelligere eum qui est, sed aut ignem, aut solem, aut lunā, rectores putauerunt orbis terrarum ac deos, quorum si specie delectati, deos arbitrabantur: sciant quanto his dominator eorum speciosior est. Inuisibilia enim dei per ea quæ facta sunt à creatura mundi cognoscuntur, sempiterna quoq; virtus eius, atque diuinitas, ita vt sint inexcusabiles. Veruntamen, tempora prioris ignorantiæ despiciens deus, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio suo, quem diligit, in cuius manu omnia dedit, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitā æternam.

Iohan. 1
Iohan. 8
Actuū. 4
Philip. 2
Galat. 4
Roma. 8
1. Iohā. 4
1. Cori. 15
Sapien. 2
Roma. 5
Sapien. 13

¶De

¶De primo articulo fidei orthodoxe Art. I Theo.



VDI Israel, Dominus deus tuus deus vnus est. Si prȩinducto animo philosophe sitem meminerit, huius ni fallor mox memor eris, quemadmodũ in superiori libro cum duodecim fidei memorarem articulos, primum eorum esse testabar, credere esse vnum, solum, verum deum, vti scriptũ est: Videte q̃d ego sim solus, & non sit alius deus p̃ter me. Et hoc q̃dẽ veteris leg's testimoniũ est. Paulus vero ait: Vnus deus & pater omniũ, q su per oẽs & p oia & in oibus nobis. P, Cũ iuxta p̃habita sit fides eorũ q bus ratio nõ p̃bet stabilimẽtũ, vtpote argumẽta non apparẽtũ, qũo credere deũ esse vnũ, ẽ articulus fidei, cũ naturalis ratio idipsum agnoscat, atq̧ philosophi hoc ratiocinãdo inuenerint? T, Secũdũ postẽsa, diuinitatis p̃prietas & appellatio à causalitate & p̃uidẽtia istituuntur sunt: hoc nẽpe oẽs deũ esse sunt fassi, q̃d in causalitatẽ & gubernatiõe alijs eminet. Quãuis itaq̧ vnũ esse primũ principiũ primãq̧ causam philosophica ratio nouerit, verũtñ illud eo modo esse rerũ principiũ, sicq̧ cũcta disponere, vti fidei veritas instruit, ratio humana nõ vtiq̧ certo cõperit Quidã eñ philosophi mũdũ ab æterno fuisse putabant, & deũ immediate nõ p̃uidere, nisi cœlestibus, & eorũ impressioni inferiora oia necessario subiacere, q̃d fidei dissonat. Docet igitur fides vnũ esse deũ, vniuersorũ causam atq̧ rectorẽ, eo mõ q̃ astruit sacra scriptura Nihilo minus de ipsa creatione specialis existit articulus.

Deute. 6
Deute. 32
Ephe. 4
Malac. 2
Hebræ. 11

Deniq; fides non solum eruditis, sed vulgo quoq; proponitur, in quibus plures per rationis indaginē diuinæ vnitatē naturæ ignorant. P. Labore non eges vt mihi dei vnitatem edisseras, hoc equidem philosophia tam Platonicorum quàm Paripateticorum demonstrat. T. Expedit nihilominus vt de proprietatibus dei secundum quod vnus est, plenius colloquamur, videlicet de æternitate, sapientia, atque similibus. Propter quod si molestum tibi nō est, enuncia quid meliores philosophi de diuina vnitate, ipsoq; deo excelso & sancto senserunt.

Deut. 6
Iohan. 10
Roma. 11
Psal. 146

¶ Responsio philosophi de natura dei, secundum meliores Philosophorum. Articulus. II. Philo.

Quemadmodum ex naturalium rerum generatione ostendit Aristoteles in Phisicis, Infimum in entibus, scilicet materiam primam esse puram potentiam, vtpote totius actualitatis atque formalis perfectionis expertem. Sic in Methaphisicis ex ipsis intellectualium substantiarum primariarumq; causarum ordinibus, demonstrat deum consistere purum actū, omnis videlicet imperfectionis ac totius materialis conditionis alienum, vnde consequitur eum esse incommutabilem itemq; æternum. Est enim secundum eundem Aristotelem potentia principium transmutandi ab altero, inquantum alterum. Actus autem est principium transmutandi aliud, secundum quod aliud. Itaq; vti puræ potentię est duntaxat transmutari pati & perfici, sic puri actus est solum omnia alia mouere, agere atque perficere. Ideo Aristoteles, Ab hoc

hoc inquit ente dependent cœlum & terra. Denique secundum eum eiusque commentatorem, & Auicennam, Deus est ens simpliciter & extra omne genus perfectum, in quo est vniuersa essendi nobilitas, & quicquid ad entis plenitudinem pertinet, & ob hoc est penitus infinitus. Propterea ille Platonicorum subtilissimus Proclus, in Elementatione sua theologica probat, quod primum ens est penitus ignotum, & omnem intellectum omnino incomparabiliter vincens. Et in libro de Causis scriptum est: Causa prima est superior omni narratione, & non est ei perfectio nec diminutio, sed ipsa est super omnem perfectionem, cuius esse nec effabile, nec imaginabile, nec intelligile est, sed est incircunscriptum & prorsus ignotum. Scire enim est per causam cognoscere. Primæ autē causæ nulla est causa. Porrro Plato & Proclus, & post eos Alphorabius & Algazel, dei naturam aiunt esse puram, bonitatem, simplicissimam, omnisque perfectionis, virtutis, scientiæ ac sapientiæ fontem, de quo in Thimeo Plato fatetur a Genitorem opificemque vniuersi tam innenire difficile, quam inuentum digne profari. T. Rationabiliter, compendiose & elegantissime respondisti philosophe, & quoniam sapientem virum te esse contemplor, superuacua nos relinquere, atque ad interiora ingredi par est. P. Si præinductis à me cōsentis, & si de incomprehensibilitate, omnipotentia, sapientia dei, atque similibus aliter sentis, edissere mihi. T. De incomprehensibilitate ac immensitate diuina, nullus nobis extat conflictus, quāquam vti

Rom.14 ne ipsi dampnati? T.Nunq̃ sine fide Christi vel ex
Hebr. 11 plicita vł implicita adultus, quis saluari valebat. In
super pura naturalia nulli vnq̃ ad salutem sufficie-
Psal,57. bant: Naturalis igitur ratio sine supernaturali fidei
ope ac lumine eis nequiuit sufficere. Itaq; si sine fide
erant, saluari nõ poterant. Præterea, quicquid nõ
est ex fide, est peccatũ secundum apostolum, id est,
Rom.14 quicquid fit propter finem contrarium fini quem
Plato. fides constituit, peccatũ est. Cum ergo Plato beati
tudinem hominis nõ eam posuerit q̃ fides, sed neq;
Aristo. Aristo, non videntur fuisse in gratia. Ideoq; nil me
ritorium peregerunt. Rursus, ꝙ mundum ab æter-
no fuisse testantur, signum est ꝙ neq; de principio
neq; de fine humani generis veram cognitionem
sortiti sunt. P. Si ita est tunc periit omnis illa Philo
sophorum caterua, quorum tamẽ conuersatio ad
modũ erat virtuosa atq; miranda, vnde dura mihi
videtur fides quæ tales condempnat. T. Multi gen
tilium ante Christi aduentum per legem naturę, &
fidem futuri saluatoris saluati sunt. Enimuero hæc
vniuersalis regula est, quia immensa diuinæ boni-
tatis clementia, nunq̃ hominem relinquit, si fece-
rit quod in se est. Si igitur Philosophi illi præcipui
fecerunt quod in se erat, deus reuelauit eis quod ad
salutem necessariũ fuit. Agnosce ergo Philosophe,
quoniam de Arist. tuo atq; Platone, manifeste ait
sanctissimus doctor ecclesię gloriosus Hieronim⁹,
ꝙ ardeant in inferno cum discipulis suis. Verũtñ si
librum illum de morte & pomo Aristo. edidit, tũc
vtiq; non penitus fide caruit. Porro de Platone cer

tum

tũ est ꝙ libros Moysi vidit & legit. P. Possit ergo de eis haberi fiducia? T. Pater omne iudicium dedit filio, Cõmittamus ergo & nos ei istud iudicium, hoc firmissime cognoscentes, quia nullum bonum irremuneratum. P. Si alia nosti quæ Christianam fidẽ à deo esse corroborent, profer. Iohan. 5. Iob. 24.

¶ Deductio fidem Christianam demõstrans à deo esse ex veteri lege atq; prophetis. Art. 18. The.

Deus autẽ gloriosus cum sit superessentialis, & æterna atq; immensa sapientia, nil fortuitu agit, neq; à casu, sed secundum infallibilẽ æternæ dispositionis scientiam. Est insuper sapientum consuetudo opificum, vt cum inconsuetũ atq; præcipuum quippiam facere velint, idipsum futurum prænũcient, præludia agant, hominumq; animos excitent. Itaq; cum ea quæ Christiana lex tradit tam singularia tamq̃ ineffabilia sint, noluit ea deus à principio exhibere, sed ad eorũ exhibitionẽ ab exordio corda præparauit humana, multis præsagijs, oraculis varijs, vaticinijs pluribus, præclaris miraculis, omnia ea futura insinuans, quæ credim⁹ iam esse impleta. Cum igitur solius dei sit futura cõtingentia certo preagnoscere, eaq; cuncta impleta cernamus quæ de Christo erant prædicta, palam quoniam non nisi à deo est lex illa, quæ talibus innititur fundamẽtis. P. Nescio quid dicis. T. Fortissima probatio est qua ex ore aduersariorum probat quis quod intendit. Erat añ aduentum Christi lex vetus atq; prophetæ, sunt libri, leguntur & tã à nobis q̃ ab aduersarijs, concedũtur, sed diuersimode intelligũtur. Luce. 24

historia ante Cristi aduentum, licet vbertim quam grauissime peccauerint, nunquam tamen vltra septuaginta annos vna vice à deo puniti atq; à terra sua comperiuntur expulsi. Nunc vero mille quadringenti anni prope fluxerunt, ex quo à deo relicti sunt, a terra sua expulsi, omniq; paternæ legis gloria destituti, cuius quidem punitionis causam assignare non valent, nisi Christum fateantur se interemisse. Quicquid enim aliud dixerint, grauiora ante fecerunt, sicut & prophetæ eorum qui nunc vsque apud illos & nos famosi sunt, contestantur. P, Quæ erant illa legis antiquæ miracula? T, Fatentur tam ipsi quam nos, Sarraceni quoq;, ille etiam tuus astronimorum peritissimus Ptolomeus, ac aliæ multæ historiæ, quemadmodum olim deus cœli omnipotens, eduxit Hebræos de terra Aegypti, in manu potenti, ac inauditis ꝓdigijs ꝑcutiẽs Aegyptũ, ꝑsertim decẽ plagis. Deniq; diuisit mare rubrũ, & ꝑ mediũ eius velut ꝑ siccã eosdẽ traduxit. Cũ que ipsi trãsiissent, ꝑsequẽtes eos ægyptios redeuntibus aqs, submersit. Insup q̃draginta annis eos in deserto pane pauit cœlesti, legẽq; eis cũ horribilib⁹ visiõibus tradidit. In ipso itinere pctõres ꝓstrauit, q̃sdã terra viuos absorbuit, quosdã ignis cõbussit, q̃sdã serpẽtes, q̃sdã gladius ac similia tormẽta multiformiter & iuste cõsũpserũt. In tot annis nõ erat in tribubus eoꝝ infirmus, vestimẽta nõ sunt attrita nec calciamenta lesa seu vetustate cõsũpta. Nũquã defuit eis colũna nubis ꝑ diã, neq; colũna ignis per noctẽ. Porro ingrediẽtib, terrã patrib. eoꝝ a deo ꝓ

missam expulsi

expulsi exterminatiq; sunt septē populi robustissimi, non in arcu neq; in potestate ipsorum, sed deo
Iosuæ.10 glorioso & sancto pro eis sine labore pugnāte, ac impijssimos peccatores destruēte. Præterea depræcante duce eorum, sol stetit in cœlo immobilis spa
Iosuæ.3. cio vnius diei, ipsaq; Iordanis fluenta abierunt retrorsum, atque ad instar turris intumescentes ascēderunt in altum, sicq; in sublimi fixa manserūt donec transeunte populo dei redirent. Sed & alia innumerabilia contigeruut miracula. Postremò fue-
3.Re.17. runt in eis viri sanctissimi diuinis fulgentes prodi-
4.Re.4. gijs, mortuos suscitantes, ignem de cœlo procurantes,
4.Reg.1 tes, solem regredi obtinentes, & de his quę soli deo
4.Re.20 innotescunt vaticinantes. Erant eis de eorum pro-
Isaiæ.38. sapia sacerdotes ac reges, & ecce Christo eis pro-
Hebr.7. misso vt credimus itemque probamus aduenięte, omnia hęc eis ablata sunt, & in nostra ecclesia incōparabiliter renouata & aucta vti cōstare eis potest, qui vtriusq; legis agnoscunt historiam. Nihilominus ipsi in incredulitate sua predurant, quatenus in hoc quoque prophetæ eorum inueniantur fideles. P. Fateor tibi ó Theologe quia huiusmodi nō mediocriter fidem tuam corroborant, meque ad eam inclināt. Non inuenio in alijs sectis probationes tam stabiles. T. Diuersis nfidelibus diuersimode necesse est fidem probari, nō q; fides rationi subiaceat, sed vt fas est eam ostendi. Alij enim nouam legem recipiunt, sed non veterem, vt Manichei hæretici, & contra hos per nouæ legis scripturas dispu tare oportet. Alij veterem legem, non tamen nouam

uam suscipiunt,vt Iudęi: & contra eos per veteris testimonia legis arguere par est. Cæteri vero quẽadmodum tu quoque ó Philosophe nullam accep tãt,& contra eos fides defensanda est,vcȝ ꝗ ratiõe confundi non potest,sed & indirecte probanda est per rationis industriam,non per argumenta naturalia,sed per diuina opera atque miracula:quẽadmodum hactenus egi. Si ergo legem veterẽ scires & crederes,multo tibi euidentius fidẽ ostenderem quod tamen postmodum faciam.

¶ Consideratio ex perfectione ac sanctitate vitæ, atque doctrinæ Christianæ fidem esse à deo demonstrans. Articulus.XIX. Theo.

Quemadmodum ille tuus Aristo.ait. Perfectũ ẽ vnũquodqȝ cũ vnitũ fuerit suo principio. Perfectio igitur omnis intellectus creati est eius ad diuinum intellectum vnio siue cõuersio. Porro quo lex excellentiorem perfectiorẽ ꝙ huiuscemodi conuersionem docet & efficit, eo vtique diuinior est atque pręclarior. P. Hoc palam est,sed talem esse Christianam legem ostende. T. Vt hoc tibi ostenderẽ præinducta inieci. Elucescit quoniam,quo mens humana pluribus intendit at que distrahitur,eo vni ꝑsertimꝗ summo illi æternoꝗ bono minus potest esse intenta:lex ergo quę ea perfectius tollit quæ mentem à deo abducunt, & item illa plenius instruit, quæ eam ad deum cõuertunt,& in ipso stabiliunt,sanctior diuiniorꝗ rite censetur. P. hactenus tibi consentio. T. Talis est lex Christiana, Ea nempe quæ hominẽ a deo elon-

Aristote;

Elongatio a deo in tribus constat causis.

gans

gant atq; impediunt, vel sunt omnino in homine, vt propria volũtas, passiones, voluptas & vitia. Vel sunt prorsus extra hominẽ, vt possessiões pecuniæ. Vel sunt partim quidẽ nobis coniuncta, partimq; separata, vt parentes, vxor, cognati. Omnia autem hæc Christiana doctrina perfectissime aut præcepto prohibet, aut consilio tollit. P. Hoc tibi imcũbit probare. T. Secundũ Aristotelẽ tuũ in Phisicis, Virtus vniuscuiusq; pensanda est à maximo in quod potest. Et ab eo quod in aliquo ordine potissimũ & simplicissimũ est, mensura atq; iudiciũ in ordine illo accipienda sunt. Nunc ergo contemplare o philosophe, si dignitatem perfectionẽq; Christianæ legis vere agnoscere cupis, eos qui illã perfectius implent, & vitam suam secundum ipsius doctrinam
Lucæ. 21 plenissime dirigunt. P. Quales sunt hij? T. Hij sunt
Math. 19 qui secundũ Christi domini sui exẽpla ac dogmata, vt soli deo pura & libera mente vacare possint, omnia quæ memini sponte relinquunt; diuitias, ter-
Iohan. 8 ram natalem, parentes, vniuersos propinquos, familiares & socios, vxorẽ, omnẽq; carnis libidinem, demum quoque quod eminentius est, seipsos, propriam voluntatẽ, motus sensuales, iram superbiã, vanitatẽ, omnemq; affectionẽ quæ veræ charitati repugnat, & mentẽ à diuina contemplatione atq; amore aut elongat aut distrahit. Vides si non dissimulas, quẽadmodũ illustrissimi, ditissimi, pulcherri-
Philipe. 3 mi adolescentes, pro dei amore cuncta contẽnant & tanq̃ stercora reputent, cenobia intrent, humillime, sobrijssime, studiosissime viuant, nec à dei seruitute

uitute & laudibus retrahi quæant. De nullo dolēt, nisi quod à deo abducit. Neq; de alio gaudent, nisi quod eos deo cōiungit. Denique quod prorsus mirabilissimum est, & soli deo possibile, vbertim cum in omnibus mundi sint enutriti delicijs, neque ab hominibus ad talia exhortati, subito tamen mutati, & vtique non nisi ab eo quem quærunt & diligunt inspirati, cum tāta alacritate respuunt omnia, vt facilius possint occidi, q̄ à dei obsequio, à cenobij durissimo iugo, atque à pœnitentiali itinere retrahi. Quid mirabilius isto? præsertim in teneris multis puellis, sexuq; fragili. P, Vitam talem reprehendere nequeo, sed horum similia in multis philosophis cerno, qui & ipsi turbas fugerunt, continēter & sobrie vixerunt, ac mundi diuitias contempserunt, & solis diuinis studebant. In quo ergo præfers tuos meis? T, Verum esse quod dicis ipse quoque meus testatur Hieronymus. Fateor equidem, quoniam omnia hæc eatenus fecerunt quidam elegantes philosophi, in quantum naturalis eis ratio dictabat huiuscemodi ad philosophiæ studiū fore accōmoda, & ad subdendam rationi sensualitatem proficua. Verumtamen nulla eorum ad Christianos comparatio. Primo quidem quia non retulerunt opera sua ad debitum finem, Denique ad talē cordis mundiciam quam Christus edocuit, nunq̄ peruenerūt, imo nec de ea loqui sciuerūt, vnde nec cotidianas mētis suæ maculas deplanxerūt, neq; debitā deo reuerētiā exhibuerūt, imo nec verā vnquā humilita- Matth. 5

humilitatem sortiti sunt, sed minores alios spreuerunt, seq; cæteris prætulerũt. Præterea præcipui inter eos, videlicet Dyogenes, Anaxagoras, Eraclitus atq; consimiles nedum alia, sed seipsos quoq; ignorabant. Dyogenes animam esse aerem dixit, vaporem Eraclitus. Positionem platonis Aristo. reprobat. Sed nec ipse Arist. de animæ immortalitate atq; beatitudine assertiue ac plene locutus est, immo q se in libris suis dicturum promisit, non vtique inuenitur dixisse. Solus Socrates pro veritate ac dei honore mori legitur extitisse paratus. Itaque secũdum naturalis rationis potentiam, veritatem scrutati & virtutes operati sunt, sed quoniam deũ non sicut deum glorificauerunt, neque in ipso solo sed in se ipsis confisi sunt, ideo quantũ gratia & in deo fiducia, naturam præsumptionemq; excellunt, tantum Christianorum sapientia virtus seu vita illorum conuersationemq; excedit atque scientiam.

Diogen. Anaxag. Eradit9. Plato. Arist. in li. de ani. Socrates Roma. 1

Enimuero quod apud Philosophos paucissimi quidem fecerunt, hoc in Christiana religione innumerabilia hominum milia, iuuenum, virginum, senũ, doctorum indoctorumq; egerunt, multo vtiq; excellentius atque perfectius. Et qui secundum Christianam legẽ purius veriusq; in omni simplicitate vixerunt, his deus gloriosus & fortis cuncta subiecit, leges ac ordinem rerum quoniam spes ipsorũ in deo fixa consistens dubitare non valuit, quin a deo quem super omnia & in omnibus ardẽtissime diligebant, vniuersa quæ salubriter peterent obtinerẽt. Et q Philosophi tui prorsus impossibile opinati

Psalm. 8. Psa. 15. 61 Tress. 5. Rom. 8. 2. Cor. 1.

nati sunt, ipsi celeriter a deo precibus sunt sortiti. P, Quid de Socrate sentis, nunquid ipse ex puris naturalibus saluus factus est? T, Temporibus suis tã ipse q̃ Plato ac alij multi hebræorum, qui tunc famosi veríque dei cultores fuerunt, libros Mosi, sc℥ & prophetarum legisse scribuntur, & ex eis edocti. Sed nec Socratẽ arbitror sine speciali dei subsidio tantam habuisse virtutum constantiam, in vita & morte. P. Iam nunc vniuersis præinductis diligenter rememoratis, ecce assertionibus tuis o Theologe cedo atq; consentio, fidemq; catholicã à deo datam & item stabilitam penitus credo, veruntamẽ de singulis fidei tuæ articulis disputare tecũ, ac edoceri à te concupisco. T. Eya benedictio, & claritas, & gratiarũ actio, honor, & virtus, & fortitudo deo nostro, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad sui cognitionem venire. Nunc ergo o Philosophe imo & Catholice, audi. Quàmuis prehabita tibi fidem nostram à deo esse sufficienter demonstrent, ea tamen quæ restant te vehementius cõfirmabũt, ac in fide stabilient. Cunque ipsa legis Christianæ documenta audieris, magis miraberis atque cõsenties. P. Cupio igitur vt velut ab exordio inchoes, & quid primum credendũ sit, mihi patenter insinues, meisq; demum dubitationibus satis facere digneris T, Rationabili tuæ petitioni libens ac lætus acquiesco, Ideoque hic primum librum consummans, a secundo nouoque libro exordiar.

Socrates. Plato.

Apoc. 7 Isaiæ. 15

D Incipit

## ¶INCIPIT LIBER SECVNDVS, DE vnitate diuinæ naturæ ac trinitate personarum.

¶Procemium.



RAT lux vera quæ illuminat omnē
hominem venientem in hunc mun-
Iohan. 1 dum. Vnigenitus dei qui est in sinu
patris, Ego, inquit, sum lux mundi.
Iohan. 8 Rursusq́, Ego ait, sum via, veritas &
Actuū. 4 vita. Nemo venit ad patrem nisi per me. Neq; enim
Philip. 2 est aliud nomen datum hominibus sub cœlo, in quo
Galat. 4 oporteat eos saluos fieri, nisi nomen filij dei, quem
Roma. 8 misit pater saluatorem mundi. Sicut enim inuidia
1. Iohā. 4 diaboli per vnius hominis terrestris priuaricatio-
1. Cori. 15 nem mors introiuit in orbem terrarum, sic quoq;
Sapien. 2 charitate dei per vnius hominis cœlestis obedien-
Roma. 5 tiam salus seculi reparata est. Vanus factus est o-
Sapien. 13 mnis homo à scientia sua. Siquidem vani sunt oēs
homines, quibus non subest scientia dei, & de his q̄
videntur bona non potuerunt intelligere eum qui
est, sed aut ignem, aut solem, aut lunā, rectores pu-
tauerunt orbis terrarum ac deos, quorum si spe-
cie delectati, deos arbitrabantur: sciant quanto his
dominator eorum speciosior est. Inuisibilia enim
dei per ea quæ facta sunt à creatura mundi cogno-
noscuntur, sempiterna quoq; virtus eius, atque di-
uinitas, ita vt sint inexcusabiles. Veruntamen, tem-
pora prioris ignorantiæ despiciens deus, nouissi-
me diebus istis locutus est nobis in filio suo, quem
diligit, in cuius manu omnia dedit, vt omnis qui cre
dit in ipsum non pereat, sed habeat vitā æternam.

¶De

De primo articulo fidei orthodoxe Art. I Theo.



VDI Israel, Dominus deus tuus deus vnus est. Si pręinductonum ó philosophe rite m:mineris, huius ni fallor mox memor eris, quemadmodū in superiori libro cum duodecim fidei memorare m articulos, primum eorum esse te stabar, credere esse vnum, solum, verum deum, vti scriptū est: Videte qđ ego sim solus, & non sit alius deus pter me. Et hoc qdē veteris leg's testimoniū est. Paulus vero ait: Vnus deus & pater omniū, q su per oēs & p oia & in oibus nobis. P, Cū iuxta pha bita sit fides eorū q bus ratio nō pber stabilimētū, vtpote argumēta non apparētū, qūo credere deū esse vnū, ē articulus fidei, cū naturalis ratio idipsum agnoscat, atq philosophi hoc ratiocinādo inuenerint. T, Secūdū pōstēa, diuinitatis pprietas & appellatio à causalitate & puidētia istituit ę sunt: hoc nēpe oēs deū esse sunt fassi, qđ in causalitate & gubernatiōe alijs eminet. Quāuis itaq vnū esse primū principiū primāq causam philosophica ratio nouerit, verūtn̄ illud eo modo esse rer principiū, sicq cūcta disponere, vti fidei veritas instruit, ratio humana nō vtiq certo cōperit Quidā em̄ philosophi mūdū ab æterno fuisse putabant, & deū immediate nō puidere, nisi cœlestibus, & eorū impssioni inferiora oia necessario subiacere, qđ fidei dissonat. Docet igitur fides vnū esse deū, vniuersorū causam atq rectorē, eo mō q astruit sacra scriptura. Nihilo minus de ipsa creatione specialis existit articulus.

Deute. 6

Deute. 32

Ephe. 4

Malac. 2

Hebræ. 11

hoc inquit ente dependent cœlum & terra. Deniq; ſecundum eum eiuſq; commentatorem, & Auicennam, Deus eſt ens ſimpliciter & extra omne genus perfectum, in quo eſt vniuerſa eſſendi nobilitas, & quicquid ad entis plenitudinem pertinet, & ob hoc eſt penitus infinitus. Propterea ille Platonicorum ſubtiliſſimus Proclus, in Elementatione ſua theologica probat, q; primum ens eſt penitus ignotum, & omnem intellectum omnino incomparabiliter vincens. Et in libro de Cauſis ſcriptum eſt: Cauſa prima eſt ſuperior omni narratione, & non eſt ei pfectio nec diminutio, ſed ipſa eſt ſuper omnem perfectionem, cuius eſſe nec effabile, nec imaginabile, nec intelligile eſt, ſed eſt incircunſcriptum & prorſus ignotum. Scire enim eſt per cauſam cognoſcere. Primæ autē cauſæ nulla eſt cauſa. Porrro Plato & Proclus, & poſt eos Alphorabius & Algazel, dei naturam aiunt eſſe puram, bonitatem, ſimpliciſſimam, omniſq; perfectionis, virtutis, ſcientiæ ac ſapientiæ fontem, de quo in Thimeo Plato fatetur: Genitorem opificemq; vniuerſi tam innenire difficile, quam inuentum digne profari. T. Rationabiliter, compendioſe & elegantiſſime reſpondiſti philoſophe, & quoniam ſapientem virum te eſſe contemplor, ſuperuacua nos relinquere, atque ad interiora ingredi par eſt. P. Si præinductis à me cōſentis, & ſi de incomprehenſibilitate, omnipotentia, ſapientia dei, atque ſimilibus aliter ſentis, ediſſere mihi. T. De incomprehenſibilitate ac immenſitate diuina, nullus nobis extat conflictus, quāquam vti

postmodum elucescet, alias quoque causas habet incomprehensibilitatis diuinæ, videlicet emanationes dei ad intra, de quibus philosophi nihil locuti sunt, quam quas tu adducis. Porro de omnipotentia atq; scientia dei, magis conuenimus in voce quã in ipsa re. Coartant nempe sapientes tui, diuinã potentiam ad hanc naturalem entium legem ac ordinem, quasi deus omnipotens aliter in rebus operari non posset, quam naturalis exigit cursus. Insuper opinati sunt multi eorum deum hæc variabilia nõ cognoscere, nisi secundum species suas, nõ autem secundum indiuidua: & hoc Auerrois æstimauit. Alij vt Auicenna cum suis, quãuis etiam indiuiduorum deo agnitionem asscriberent, asserebant nihilominus deum nequaquam cognoscere omnes illas habitudines, atq; innumerabiles contingentias quæ suppositis istis moralibus accidunt, vt pote, q; nunc loquar, nunc taceam, nunc mouear, nunc quiescam, &c. P. Contra hanc positionem de scientia dei circa creata superius efficaciter disputasti, pleniusq; cum locus se offert, vt appeto disputabis. Nũc vero antequam de dei omnipotentia disputem tecum, euidenter mihi quæso insinua, quemadmodũ de omnipotentia dei catholica sapiat fides.

¶De omnipotentia dei, & incoartabile eius virtute. Articulus. III. Theologus.

NVlla autẽ potentia perfecta est, si non possit in omnia qbus proprij ratio obiecti nõ repugnat, sicut non esset perfectus visus, q; non omne coloratum ac lucidum intueri valeret.

Cum

Cum ergo sublimis sit ens per essentiam independens, à quo cuncta dependent, diuinæ virtutis obiectũ est ens creabile aut certe causabile. P, Ita est. T, Cuicunq; ergo ratio entis causabilis non repugnat, hoc diuinæ potentiæ subiacet? P, Vtiq;. T, Sed quicq; d contradictionem non implicat, rationi entis creabilis non discõuenit. P, Vnde hoc probas? T. Quoniam in re ipsa est capacitas, & in eo q̃ infinitæ virtutis est, consistit efficax omnino causalitas. P, Vtrũq; horũ falsum videtur, non est enim res capax eius quod naturæ suæ repugnat: Porro cũ deus sit inuariabilis, semperq; vniformiter atq; eodẽ modo se habens, nõ nisi vniformiter agere potest, videlicet secũdum capacitatẽ recipientis. Idẽ enim inquantũ idem, efficit idem. Nihil ergo extra naturalem naturæ cursum, fieri valet. T, Visibiliter conspicis per violentiam motoris grauia quædam ascendere, leuiaq; descendere, cum tamen ascensus grauiũ naturæ repugnet, leuibus quoq; descẽsus. Si igitur res creatæ talia patiuntur ab his quę naturas earũ non condiderunt per agẽtis violentiã, cur nõ erunt capaces motionis & influentiæ eius qui condidit eas, non vtiq; per violentiã, sed per supernaturalẽ obedientiã. Nonne creator omnipotens imperialẽ liberãq; potestatẽ super ea q̃ creauit iure sortitur? Nonne rationabile est ad eius nutum naturã mutari, ad cuius imperium potuit de nihilo inchoari? Quid enim maius est rẽ de nihilo facere, aut factã supernaturaliter transmutare? Nonne de nihilo facere. Ibi enim infinita ẽ terminorũ à quo & ad quẽ distãtia, hic aũt nõ nisi de mõ in modũ variatio est.

Præterea quod asseris deum quia immutabilis est, inuariabiliter agere, verum est ex parte agentis, nõ autem ex parte obiecti seu facti. Imo cũ virtus diuina sit penitus infinita, omnino ei repugnat limitari eam ad hunc rerum cursum & ordinem: Infini-
Ierem.32 tæ enim virtuti nihil resistere potest, nec quippiam
Matt. 19 difficile est, imo cum sit deus sapientissimum atque
Lucæ. 18 liberrimum agens, omnia potest secundum pro-
Marci.10 priæ determinationem sapientiæ, & quemadmodum diuersa itemque temporalia vnite ac æternaliter contemplatur, sic absque sui mutatione mobilia atque difformia operatur. Prçterea quod ais idem inquantum idem agere non diuersa, sed idem de naturali agente, verum est, quoniam secundum necessitatem naturæ agit: Agens autem intellectuale secundum rerum proprias rationes cuncta producit. Denique dici nil prohibet quod licet deus glorio-
psalmi 101 sus in seipso semper idem sit, atque eodem modo se habeat, nihilominus secundum relationes Idealiũ rationum diuersimode se habet ad entia, prout singula proprijs cognoscit producitque exemplaribus formis. Est enim ars rationibus plena. P, Secundũ hæc omnia potest deus quæ contradictionem nõ implicant, potest igitur totum mundum annihilare, potest & iustum damnare, & multa quæ eũ nõ decent. T, Est in deo absoluta potentia, secundum quam omnia potest, quæ non implicant, tamen secundum potentiam suam ordinatam, nihil posse dicitur nisi quod ordini sapientiæ atque iustitiæ suæ competit. Porro quod iustum damnare nõ potest,

ita

ita non potest, quomodo peccare non potest. Posse enim quod nec decet nec bonum est, non est vtique potentia, sed impotentia, & quam diu quis potest quod non expedit, impotens est. P, Cũ sit deus summe simplex, eius potentia est sua essentia, & sicut sua essentia est simplex & vna, sic & potentia. Non ergo est in deo distinctio potentiæ absolutæ & ordinatæ. Præterea incõmutabile agens non vtique aliter aliterq; se potest habere. Cum ergo deus mundum condiderit ac esse voluerit, nõ potest voluisse eum non esse aut fieri: ergo necessario fecit mũdum. ¶ Atuero quicquid in deo est deus est, ergo quicquid in deo est, necesse est esse, sed volũtas fiendi essendi mundum, ab æterno in deo fuit, ergo non potuit in deo esse voluntas ad oppositũ. Th. Distinctio duplicis in deo potentiæ non est realis, sed rationis. Potest enim ipsa diuina potentia considerari secundum seipsam, & sic omnia potest, absolutaq; dicitur. Rursus considerari potest secundũ exigentiam atq; decentiam operantis, ordinẽ quoque ad creata, & ita non potest deus oppositũ ei⁹ quod futurum simpliciter esse prædixit: hoc tamen potentiæ eius non derogat, sed veritatem cõmendat. Potuit nanque non prædicere illud esse futurum. Per hoc autem soluta est ratio quam secundo adducis, ꝙ incommutabile agens non potest aliter aliterq; se habere. Quia ergo sic est, ꝙ deus mundũ ab æterno esse voluit, aliter esse non potest: hoc verum est secundum potentiam ordinatam præsupposito, ꝙ sic volueris. Sed obiectio tertia hanc instãtiã

stantiã roborat eamq; plenius solui requirit. ¶Respondendum est ergo ad rationes has q obiectũ voluntatis est bonum seu finis, & ea quæ sunt media secundum q ad finẽ necessaria sunt. Porro obiectum & finis voluntatis diuinæ aliud prorsus nõ est q̃ bonitas diuina, non autem bonitates creatæ quæ etiam nec necessariæ deo sunt ad consecutionem sui finis, quæ est propria bonitas eius. Volũtas ergo diuina secundum ordinem ad proprium obiectum seu diuinæ bonitatis affectum aliter se nequit habere. Quemadmodum etiam nõ potest deus non esse, nec secundum hoc libera fertur, est vero libera in ordine ad creata, cum ad diuinã perfectionem non sint necessaria. Itaq; verum est q quicquid in deo est necesse est esse, ergo voluntas mundum essendi cum sit ipse deus volens mundũ esse, aliter se habere non potest. Verum est secundũ id quod ex parte fundamenti est, sed propter comparationem ad volita potuit deus velle mundum non esse, eo q volita necessariam ad deum relationem non habeant absolute, nec ipse ad ea. Vnde sicut in deo misericordia non repugnat iusticiæ, nec viceuersa, sic nec necessitas in eo libertati derogat neq; econtra. P. Secundum Platonem in Thimeo. In tam alto negocio sufficere merito debet mediocris respõsio. Ideoq; respõsioni huic nedũ mediocri imo & elegãti libẽter cõsentio. Sed iã qđ tibi de sapiẽtia atque ꝓuidẽtia dei dicẽdũ videtur edissere.

¶De sapientia, scientia, & prouidentia dei viuentis Articulus .IIII. Theologus.

Nonne

NOnne omnis causa cognoscitiua, pſertiḿq; intellectualis naturaliter ,ppriũ germẽ affe-ctũq; diligit, curat atque cõſeruat ,quõ ergo creator ſuper ſapiẽs eſſentialiter bon⁹, creata, potiſſime vero ratiõis beatitudiniſq; capacia nõ diligeret curaret, diſponeret ac manuteneret: pterea vnicuique enti naturalis q̃dã inclinatio ingenita eſt à creatore naturę q̃ in ,ppriũ finẽ ,pficiſci feſtinat. Nẽpe ſcd̃m tuũ Auerroiin. Dans formã ſeu ſpeciẽ dat cõſequẽtia formã, vc3 locũ & motũ Et ſcd̃m Ariſt. nõ deficit natura in neceſſarijs, deficeret aũt ſi nõ ea pſtaret quib⁹ ,ppriã pfectionẽ ſeu finẽ res cauſata ſortiri idonea eſt. Sed dare rebus inclinationẽ ad proprios fines eſt gubernare eaſdẽ. De⁹ ergo excelſus & ſanct⁹ oĩa regit, eſt enĩ regere in finẽ dirigere. ¶ At uero itellectual b⁹ reb⁹ indidit creator oĩpotẽs rationẽ, volũtatẽ ac libertatẽ, rationẽ vt veritati adhereat, volũtatẽ vt bonũ diligat, libertatẽ vt vtrũque incoacte efficiat. Cęteris vero irrationabilib⁹ nullã intellectualitatẽ libertatẽue tribuit, ſed naturalẽ appetitũ. Ideoq; huiuſmodi poti⁹ agũt q̃ agãt q̃niã ſecũdũ naturę iperũ ac directionẽ ,pcedũt. Intellectua uiesaũt eſſẽtięq; actuũ ſuoꝝ dñium hñt, & ob id eis dũtaxat ratio culpæ & virtutis demeriti & meriti cõpetit. Culpę aũt atq; demerito pœna, virtuti vero & merito honor pmiũq; debẽt. Ad intellectualiũ igit̃ creatorẽ ſubſtantiaꝝ pertinet vt regat eas, eiſq; ,ꝓui deat, nedũ vt alijs, ſed ſpeciali vtiq; mõ, vtpote ea impẽdẽs, q̃bus ,ppriũ finẽ cõſeq̃ poſſint. Inſup ẽq; ,ppria rõne ac libertate bñ vtẽtib⁹ gloriã, abutentibus autem confuſionem rependens.

Et quoniam vt ad oculum cernimus atque præhabitum est, hoc in præsenti vita nõ fit, imo in ea optimis viris vbertim mala, prauisq; prospera accidũt, constat quoniam alia restet præmiorum pœnarumq; retributio & vita. P, Iam dudum in superiori libro sufficienter te illic probasse fatebar, diuinum intellectum vniuersa distincte cognoscere. Tu vero nũc prorsus implesti quod te facturum spondebas. Clarius enim & clarissime p̃sertim in vltimo argumento nunc ostendisti, quod specialem habeat deus prouidentiam hominum, demumq; q̃ anima immortalis sit. Veruntamen habeo parum quod tibi obijciam. T, Propone. P, Dupliciter malum deletur, per anticipationem videlicet ne eueniat, & per correctionem, vt iam factum quis malum emendet. Perfectius autẽ est per anticipationẽ quã per correctionẽ malũ delere. Cũ ergo deus perfectiss. sit, si ipse huius sensibilis mundi regimen ac prouidentiã habeat, videtur q̃d per anticipationẽ omne malum deberet vitare, cuius tamen oppositum patet. Præterea vbertim per superfluam irrigationẽ, interdum quoque per nimiam siccitatem terræ nascentia destruuntur, ex quo hominum itemq; brutorũ vita vel periclitatur, aut certe perimitur, hoc autem ad diuinam supersapientissimam gubernationem non pertinet. Imo sapientis ac benigni rectoris est secundum congruentiam, debitumque moderamen singulis prouidere. Rursus cum deus non sit immediata omniũ singularium causa, non videtur omnia sigillatim agnoscere atque dispo-

nere

nere,sed in communi duntaxat. T, Trium rationũ istarum primæ duæ vno modo soluuntur, Sapientissimi enim rectoris est vnumquodq; secundum propriæ conditionẽ qualitatemque naturæ dispo-nere. Propterea licet diuina cognitio, prouidentia ac dispositio inuariabilis æterna ac infallibilis sit,rebus tamen necessitatem immutabilitatemque nõ imponit,sed aliter superiora,aliter inferiora , aliter diuina atq; perpetua, aliterque generabilia & corruptibilia dispensat & regit. Ideoque nõ omne malum in inferioribus per anticipationẽ impedit,quoniam naturis eorum hoc ipsum nõ conuenit,quippe quæ naturalem variabilitatem mutuamq; contrarietatem sortita sunt, quod vtique ordini vniuersi concordat & competit. Porro quod tertio adduxisti sic soluitur. Constat quippe quoniam quicquid perfectionis in regimine vniuersi cõsistit,deo sancto asscribere æquum est, Pertinet autem ad excellentiam principis vt cuncta & singula imo & minima in seipso cognoscat atq; discernat. Propterea nanque admiramur viros quosdam præcipuos,q; cum summi essent in summis,summi nihilominus erant in minimis,quemadmodum de fratre suo venerabili illo Gherardo electus dei Bernard' testatus est. Erat inquiens in altis diuinisq ue rebus præclarus,& circa minima quoq; disponenda præcipuus. Veruntamẽ ad imperialem regalemq; pertinet dignitatem, non singula, sed eminẽtiora,per seipsum operari & exequi, Inferiora autẽ ministris prosequenda committere. Itaq; princeps principũ, deus

Bernar dus sup cantica sermon 26.

deus superexaltatus, cum sit substantialiter ipsa perfecta ac exemplaris sapientia, in seipso cuncta æternaliter, præsentialiter, prouidentialiterq; disponit, superiora per seipsum dispensans, & regens. Inferiora autem per causas secundas, quemadmodũ etiã in Thimeo Plato tuus fatetur: Principem omnis regiminis ad orbium motores sic fari inducens: O dij deorum, quorum idem pater opifexq; ego, horũ se mentem ego faciam, vobisq; tradam, vestrum aũt exequi par erit. Igitur sicut generabilium corruptibiliumq; istorum non est deus proxima immediataq; causa, sed principalis & prima, sic nec per seipsum immediate ea gubernat: vere tamen atq; originaliter ea regit, hoc enim & Aristoteles 12. primæ philosophiæ disseruit: Entia inquiens, nolunt male disponi. Vnus ergo princeps, videlicet quem omnia appetunt, quique vniuersa in se tanquã in vltimum finem naturaliter vtique inclinat & mouet. P, Efficaciter respondisti theologe, & vt cerno ipsam naturalem nostram philosophiam in theologicæ tuæ obsequium veritatis retorques. T, Sic fieri iustum est. Quẽadmodum enim creatura creatori obsequitur, sic naturalis scientia diuinæ sapiẽtiæ famulatur. P, Sed q d de fato affirmas? Etenim si vt asseris immobilis infallibilisque dei prouidentia cuncta complectitur, videntur omnia secundũ inuariabilia fata cõtingere. Vti poeta: Fata ait, volentem trahunt, nolentem cogunt. T, Si tibi in præsenti articulo ad ista respondero, eundem nimium prolongabo. Vt igitur recentius atq; attentius audias

Naso lib. de fatis.

dias

dias,paulisper qescam,vt respires,& demum speci alem hinc formabo articulum. P. Hoc sapientiale piumq; moderamen efflagitat.

¶ Quid de fato sobria veraq; ratio sentiat. Art. 5. T

FATi nomen o philosophe Christianis suspe- ctũ est. Ait enim sanctus Gregorius: Absit à fideliũ mẽtibus, vt fatim aliquid esse dicant. Et hoc dixit Gregorius secundum quod quidã Ma thematici de fato locuti sunt,contra quos disputa- uit. Voluit ergo vt nequaq̃ cum illis cõmunicare- mus,in ipsa re fati.Insuper quia cum infidelibus e- tiam nec in nominibus cõmunicare debemus,ideo licet fidelium quispiam de ipsa re fati veraciter sen tiat, prohibet tamẽ beatissimus Augustinus vsum nominis fati. Ait equidem quarto de Ciuitate dei, Si quibus virtutem aut potestatem dei nomine fa ti appellet,linguam corrigat,sentẽtiam teneat. Ve runtamen quoniam vir ille illustrissimus,catholi- cus ac fidelis Boethius, fatum diffinit, eoq; vtitur, nunc eum sequendo gratia disputationis vtar fato dicamq;:Quod sicut prouidentia est fiendorum re gendorumq; dispositio, prout in mente primi prin cipis extat:sic hęc ipsa dispositio,inquantum rebus impressa,atque in eis digesta est, fatum vocatur. Est enim fatum inhærens rebus mobilibus dispositio,qua prouidentia suis quęque nectit ordinibus. Intellectuales ergo naturæ quæ à deo omnipoten ti immediate reguntur,prouidentialiter guberman tur.Corporalia vero quæ reguntur à deo mediã- tibus incorporalibus,fataliter disponuntur.

Estq;

estq; fatum hoc modo sumptum in deo exemplari ter, in intelligentijs actiue & instrumentaliter diuinam ordinationem exequentibus. In inferioribus autē passiue, vtpote rectis. Porro in cœlestibus orbibus est quasi mixto modo. Nam & ipsi elementa mixtaq; regunt & mouent. Oportet autem hūc mundum contiguum esse lationibus superiorum, vt tota eius virtus inde gubernetur. Quemadmodum non solum Aristo. sed ipse quoq; diuinus Dionysius in libro de Diuinis nominibus asserit. Rursusq; ipsa cœlestia corpora à causis secundis, videlicet motoribus suis reguntur. Sic deniq; sumptū fatum negare, est diuinam prouidentiam negare. P. Si fatum singula suis nectit ordinibus, & secundum inuiolabilem certissimamq; mentis diuinæ prouidentiam cuncta prosequitur, & in actum deducit, certus est ordo causarum, nec erit aliquid à fortuna vel casu, sed necessario vniuersa prouenient, quemadmodū Marcus Tullius argumentatus est. ¶ Adhuc autem cum diuina cognitio sit rerum causa, si deus omnia noscit & prouidet, omnia ineuitabiliter fient. Quod enim à causa inuariabili proficiscitur, & infallibilem prouisorem habet, necessario fit, & secundum hoc non erit libertas, & mala necessario accident. T. Cognitio cū sit operatio cognoscē tis, non fit secundum conditionem cogniti, sed cognoscentis. Eandem enim rem aliter sensus, aliterq; cōspicit intellectus, & hoc omni Peripatetici astruunt. Sed & Platonici aiunt, Mutabilia, corporalia, ac temporaliter, immobiliter, incorporaliter, æternaliterq;,

n aliterq́ intelligere deum. Quoniam ergo diuinus intellectus omnia secundum propriã excellentiam deitatis cognoscit, non autem secundum qualitatẽ scitorum, eius cognitio non tollit ab entibus pro- prias qualitates atque naturas. Imo cum secun dum te diuina scientia sit entium causa, deus per su am cognitionem causat in rebus earum differenti- as, gradus & ordines, Sed vt Aristoteles ait: Diffe- rentiæ entis sunt necessarium & contingẽs: gradus demum ordoq́ rerum requirit, vt sint quædã im- mobilia, quædam mobilia, quædam vno modo se habentia atq́ simplicia, quædam vero instabilia, & item corporea. Et vt Aristoteles optime dixit: Or- do causarum est, vt quædam sint causæ vt semper, quædam vt frequẽter, quædam vt raro, Diuina er- go prouidentia has rerum proprietates non tollit. sed edidit atque conseruat. In compendio igitur di co, q fatum in ordine ad prouidentiam omnia inua riabiliter nectit, nec per comparationem ad diuinã prouidentiam ac præscientiam aliquid causaliter aut fortuite accidit. Nihilominus in ordine ad pro- prias ac proximas causas res quædam libere con- tingenterq́ fiunt. Imo & simpliciter aliter fieri pos- sunt. Nempe cum deus singula perfectissime distin ctissimeq́ secundum omnes eorum proprietates a gnoscat, scit necessario necessaria fieri, contingentia vero contingenter necessario eueniunt, quia sic à deo ventura esse præuisa sunt. Non est enim diuina precognitio, vniformiter rerũ principiũ, sed vnicui q́ secundum propriam naturam capacitatemq́ in

E fluit

fluit. Cũ ergo dicis omnia ab inuariabili ac necessaria causa, vcʒ diuina præscientia fieri, ergo oĩa necessitate quadã proueniũt nõ sequit̃, quia diuina p̃sciẽtia nõ est omniũ vniformiter causa, neq; est semper cõtingẽtiũ effectuũ propria, p̃xima, totalisq; causa. Iudiciũ aũt vere nõ ex causa vniuersali & prima, sed p̃pria ac p̃xima sumere cõpetit. Præterea mala inq̃tũ mala nullã entitatẽ hñt, sed fundant̃ in bono cõmutabili, & ideo, inquãtũ mala secũdũ se nec sciunt̃, nec p̃uidẽtia est de eis, sed secũdario sub p̃uidẽtia cadũt & ordinãt̃ in bonũ vniuersi. Ideoq; mali inquãtũ huiusmodi, nullo mõ est deus causa, sed ipsa voluntas creata scdm q̃ ex nihilo est, & de se nõ nisi deficere & in nihilũ tẽdere potest, sicut &
Plato in 1. Thim. Plato de dijs inducit summũ deũ ita loquẽtẽ. Natura q̃dẽ corruptibiles estis, mea aũt volũtate indissolubiles. P. Adhuc vnũ tibi obijciã En Auicẽna licet
Auicẽna dicat intellectualẽ animã motibus nõ substerni cœlorũ, eo q̃ corporeũ in incorporeũ agere directe nõ possit. Oĩa tñ q̃ in hoc mũdo cõtingũt necessario fieri asserit, causamq; necessitatis influẽtiã cœlestẽ reducit. Ait eq̃dẽ q̃ semper influẽtię cœlesti inferiora subdũt̃, nisi defectus ex parte inferiorũ p̃ueniat. Oĩs aũt talis defectus aut ẽ naturalis aut certe volũtarius, sed oĩs causa naturalis ac etiã volũtaria reducit̃ in q̃dã cœleste principiũ, ergo impedimẽtũ cœlestis influẽtiæ ex causa cœlesti p̃cedit. Cœlũ eñ ratiõe sui corporis, dñm habet super corpora, ratiõe aũt motoris super animã rationalẽ. Igit̃ si cõsideremus totũ cœlestiũ corporũ ordinẽ simul, nunq̃ effectus eius cessari valebit, sicq; oĩa de necessi

tate cõtingẽt. T. Hãc positionẽ ipe q̃q; princeps Peripateticorum Arist. in metha, narrat & destruit. Neq; Arist. lib. 6. Metha
em̃ Auicẽna huius erroris primus erat assertor, sed
antiq naturales añ Arist. Om̃es aũt isti ex falso fun Auicẽna
damẽto inducti sunt, Auicẽna q̃ppe om̃ia inferiora Aristot.
à motoribus orbiũ creata eẽ opinatus ẽ. Ideoq; mi Auicẽna
rũ nõ ẽ, si ad causas cœlestes vniuersa reduxit. Porro antiq illi Philo. in q̃bus Arist. teste nulla vł paucа erat separatarum substãtiarum cognitio, q̃a nec sensum ab intellectu distinxerũt, solẽ, lunã, orbes, ac sydera mũdi putabãt rectores & causas, cũ tñ om̃ia ñ la ipõ suo incessabili motu ac celerrimo cursu mini steriũ suũ euidẽter insinuerit, quod etiã posteriores Philo. fassi sunt. Insup positio ista Auicẽnæ atq; Al bumazar itẽq; Alkindi astronomij valde irrationabilis ẽ. Nã motor cœli siue dicat anima scd̃m Auicen, siue intelligẽtia tñ nõ agit in hũc mũdũ nisi p orbẽ q̃ ẽ, ꝓpriũ eius instrumẽtũ. Agens aũt per istũ mẽtũ illis dũtaxat influit ad q̃ actio instrumẽti pertingere valet. Actio vero orbis nõ nisi corporalis est ex parte corporis, ergo motor eius per ipsũ ĩ corporalia tãtũ ĩprimere potest, & nõ directe in ĩtellectũ aut volũtatẽ. Præt͠ea q̃d alicui naturali ẽ, per nullũ extrĩsecũ agẽs eĩ eo manẽte auferri pt̃, sed volũtatis libertas naturalis ẽ, & nõ q̃dẽ per demõstrationẽ cogi pt̃, nũq̃ aũt volũtas. Nullaten⁹ ergo per cœlestẽ quãcũq; causam necessitari pt̃ãt cogi. P. Copiosissime mihi respõdes, & q̃m te in naturali q̃q; philosophia eruditissimũ cerno tecũ libẽter disputo. T Audi tñ paulisper secũdũ Arist. q̃ experiẽtie cõtradicit nõ rõe, sed p̃na indiget.

Arist. lib. 6. Metha — Auicẽna — Aristot. — Auicẽna — Aristot. — Auicẽna — Albuma — Alkimd. — Auicẽna — Aristote. — Auerro.

Et vt Auerrois ait: Signũ sapientis est, vt ea quæ qs
Auerrois affirmat, sensui quidem atq; experientiæ non repu
gnent. Experimur autem in nobisipsis q; ad mul-
ta liberrimi sumus, quod prouidentiæ nostræ ac
humana consilia sepius plurimum prosunt. Vide-
mus q; si diuinæ ꝓuidētiæ ac fato nosipsos cõmit-
timus, & id quod in nobis est operari negligimus, ci
to peribimus, vel fame aut simili modo. Qui igitur
omnia de necessitate euenire arbitrantur, insipien-
tes sunt, quoniam sensui ac experientiæ contradi-
cunt. P, ad alia transeamus, quia in his tibi prorsus
consentio.

¶De imẽsitate atq; beatitudine incõphẽsibilis dei.
Articulus. 6 Theologus.

QVoniam secundum prætinducta de' est ens simpliciter perfectũ, totius nobilitatis plenitudo, ei competit, nilq; eo dignius cogitari potest. Nullũ aũt ens cuius ꝑfectio finita est tale ẽ. Omni nanq; perfectioni finitæ addere potest intellectus perfectionẽ vlteriorẽ, & quod finitũ est terminum habet. In termino autẽ rei incipit eius non esse, definitq; & sistit sua perfectio. Deniq; quod finitum est ad certũ genus reducitur, & est determinatum ad specialem perfectionem, non est ergo simpliciter vniuersaliterq; perfectum. Deus itaq; q est extra omne genus, illiminatã perfectionem sortitur, nullo modo finitus. Porro dubiũ non est quin si sit infinita perfectio, ipsa omnem perfectionẽ finitã incomparabiliter transcendit & dignior est. Si igitur omnis dignitas deo inest, tunc vtiq; infinitę perfe-

pfectiõis cõsistit. Preterea actus non nisi per poten
tiam finitur, Deus autẽ est actus purus, nullatenus
ergo esse eius terminabile est. P. Secundũ Aristote
lem Intellectus naturaliter abhorret infinitũ. Et de
nuo ait in Physicis: Quod si infinitũ esset, ipsum im
pfectissimum foret deus, ergo infinitus non est. T.
Tu ipse nosti quód Aristoteles de infinito ex parte
potentialitatis atq; materiæ quod scilicet priuatiue
dicitur & quantitatis proprietas est loquitur: Non
autem de infinitate ex parte actus & forme, quod
negatiue dicitur, eo quód propter proprie perfecti
onis plenitudinẽ nullo valet termino coartari. Di-
uina ergo immensitas aliud prorsus non est q̃ infi-
nita virtus, infinita felicitas infinita pulchritudo, in
finita dulcedo, infinita lætitia, ĩfinita sufficiẽtia ĩfi
nita libertas, oĩmq; bonorũ atq; pulchrorũ pfectã po
ssessio. Et hęc ẽ beatitudo supgloriosi ęternię dei,
cui vtique oĩs debet honor & gloria Propterea de
mũ incõprehensibilis est, quia actualitas eius & lu
men omnẽ capacitatem finitã in infinitũ excedit. &
denuo, quoniã ipsius nulla est causa. Dicitur autem
deus incircũscriptibilis per comparationem ad lo-
cum, incõprehensibilis in ordine ad intellectũ, æter
nus secundum durationem, infinitus secundum se
ipsum, licet seipsum perfectissime cõprehendat. P.
hæc oĩa naturalis ratio ap̄pbat, ideoque ad ea q̃
fidem concernunt te transfer. De hijs enim in qui-
bus cõuenimus, non vtique disputare egemus. T.
Quemadmodũ exigis agam: veruntamen ista secũ
dum naturalem sapientiam præinduxi, quoniã ad

E 3 futura

futura proficient.

¶De secūdo articulo fidei sc3 de bñdicta trinitate.

Articulus. VII. Theologus.

TRes sunt qui testimoniū perhibent in cœlo. Pater, Verbum. & spiritus, & hij tres vnum sunt. P. Quid est hoc? T. Confitetur Catholica sancta ecclesia, deū verū omnipotētē, æternū, sic vnū vt tñ sit vere trinus, sicq; nihilominus trinū, vt sit veraciter vnus. P. Hoc impossibile reor vera namq; vnitas ac pura simplicitas, pluralitatē diuersitatemq; excludit. Si ergo deus vere vnus ac summe simplex est, nulla in eo trinitas estque sine pluralitate atq; diuersitate esse non valet. T. Secundū ineffabilem inuiolabilemq; fidei, veritatē est in deo pura vnitas, vera trinitas, acsumma simplicitas, nec tamē vnitas trinitati repugnat, nec vice versus. Seruatur & insuper in vnitate & trinitate summa simplicitas. Asserimus eīm trinitatē in deo, esse tres veras supersubstātiales æternas personas, suppositalit realiterq; distinctas. Verumtñ hęc ipsa trinitas, aliud nō est nisi purissima vnitas, vtpote ipsa diuina essētia ac immultiplicabilis deitas, sicq; saluatur in deo summa simplicitas, quoniam quicquid in eo est, est vna simplex natura diuinitasq; eterna. P. Assertiōis huius, incōphensibilis nouitas cōfusionē mihi inducit. & licet varijs tibi ratiōib' obsistere queā, pp̄ter cōfusionis tñ inordinationē qd primo opponam vix aduertere valeo. Deniq; cōsideratiōe paulisper resumpta, illud prīo inducā. En queadmodu Arist. demōstrauit. Vnū in substātia facit idē in quātitate

Arist.

equale

equale, in qualitateq̃ simile. Cũ ergo sit in deo simplicissima vnitas, erit etiã in eo mera identitas & p consequens nulla realis distinctio nec diuersa personalitas. T. Ordinate sciscitare & argue & veritas clare patebit. Ecce cõcedo q̃ sicut ĩ deo est summa vnitas, sic & vera identitas, q̃niã tres diuinæ ac increatæ personæ sunt, nõ iã dũtaxat idẽ sed etiã vnũ nõ in psona, sed in ipsa diuina essentia. P. Priusq̃ amplius arguã aut magis iterrogẽ, primo mihi ĩsinua q̃d de diuinis psonis sentias, q̃ eam origo, q̃s ordo, qualis distinctio, & tũc compendiosius sciscitabor atq̃ obijciam. T. Ita agendum est.

¶De diuinarum personarum origine identitate ac distinctione. Art. VIII. Theo.

NVnquid ego qui alios parere facio, ipse non pariã dicit dñs. Quẽadmodum Peripatetici aiũt. De⁹ est intellect⁹ vniuersalit agẽs, semp in actu, sũmeq̃ simplex. Et vt Plato tu⁹ testat. De⁹ me⁹ ẽ cui⁹ visꝰ cõtẽplatioq̃ itellect⁹. De⁹ ergo sublimis cuius sapiẽtiæ nõ est nũerus, seipsum pfecte semp actualiterq̃ itelligit. Q̃d aũt itelligit est in ipo intelligẽte. Porro intellectũ scdm q̃ in lumine intelligẽtis cõsistit est verbũ, imago cõceptusq̃ itelligẽtis. ¶Itaq̃ deus seipsum intelligẽs, in semetipo de ipsa sua sapiẽtia format cõceptũ, pfertq̃ imanẽs verbũ, & q̃niã deus seipsum õnino pfecte intelligit, se õq̃ pfecte diligit. Ideoq̃ quicq̃d in patris sapiẽtia ẽ in filio sicut in speculo atq̃ imagine plene respledet. Vñ & verbũ patris, splẽdor gl'æ, imago & speculũ dei pris vocat hoc vero verbũ necessario ẽnũ ẽ Plato. 1. Petri. 1. Hebræ. 1 2. Cor. 4

 quoniam

quoniam diuinus intellectus incommutabilis est, & semper in actu, seque æternaliter intuens ac dicens, Est insuper consubstantiale coequaleq; patri, quoniam quicquid patris est seu perfectiōis pater ne in ipso tanquam in naturali splendet imagine. Ideoq; tota diuinitas seu diuina essentia in ipso est Et quoniam omnis creatura necessario finita est, & ab increata maiestate infinite occumbens, palam vtiq; quia verbum istud creatura non est, sed verus deus. Deniq; sicut deus seipsum perfecte intelligit, sic quoq; se plenissime diligit. Pater igitur & verbū seu filius seinuicem contemplantes atq; amantes, ex ipsa sua complacentia mutua amorem quendā producunt qui vtriusq; nexus est ac dulcis cōplex° & vocatur spiritus sanctus, estq; tertia in superbene dicta trinitate ꝑsona, qui & ipse est verus deus ęter nus, immensus, quoniam amor iste minor esse nō potest q̄ sit amabilitas itemq; complacentia patris ac verbi a quibus spiratur, sed & cōplexus ille suauissimus patris & filij necessario est ęternus Hęc est igitur fides nostra de trinitate diuina.

¶Admiratio ac disputatio Philo circa præhabita.
Articulus. 9. Philosophus.

NVnq̄ tam incomprehensibilem doctrinam audiui ô Theologe. Et nisi in superiori mihi libro persuasum esset à deo fore fidem Christianam, hunc fidei articulum irrationabilem arbitrarer. T, ego tibi ostendam Philosophe ꝑ Philosophorum precipui tam inter Peripateticos q̄ inter Stoijcos mirabiliorem & item irrationabiliorem

Philoso

Philosophiam induxerunt q̃ fit fidei nostræ hic p̃sens de trinitate articulus. Et vt a Peripateticis inchoem. En summus ille commentator Auerrois, atq; ante eum Themixius nonne in omnibus hominibus vnum numero intellectum ponebant? Quid ergo miraris si nos in tribus personis vnam fatemur essentiam? Deniq; Plato & Proclus cum Stoicis nonne vniuersales Idealesq; formas à singularibus, realiter posuerunt seiunctas, & nihilominus totas eorundam quidditates siue naturas? Si igitur secundum hos vna humanitatis natura in se ipsa subsistens ac separata omnibus hominibus extat communicabilis, & de eis quoque predicabilis. Cur eatenus mens tua obstupuit audito q̃ eadem deitatis essentia tribus personis communis sit & q̃nis ipsarum, presertim cum nullatenus opinemur eam à personis seiunctam, atq; extra ipsas in seipsa subsistentem, sed in ipsis duntaxat constantem. P. Ab ipsis Philosophis contradicitur eis quos tu mõ adducis. Et igitur cum ille eorum positiones falsæ sint, argumentum tuum contra te est, quia videtur sic etiam de isto esse articulo. T: Falsam esse assertionem meorum agnosco, imo nedum falsa est, sed est demum hæretica, Veruntamẽ negare nõ vales quin viri isti quos induxi, q̃uis in hac parte decepti sint, erant tamen ingeniosissimi subtilissimiq; Philosophi. Si ergo humana ratiocinatio eos ad tã incomprehensibilem admirabilemq; Philosophiam inducere potuit, cur non potius illa quę in primo libro commemorata sunt diuina miracula, fidelium mẽtes ad

tes ad ea credenda inducerent quæ naturalis rati capere nequit? Enimuero prestolare paulisper & ego tibi vel demonstrabo vel certe suadebo, q̃ rationabilis atq; credibilis sit p̃sens sacratissime fidei nostre articulus. P. Quemadmodũ ceruus à venantibus fatigatus aquarum fontes desiderat, sic ad promissa tua implenda anima mea penitus suspirans suspensaq; est. Age ergo, ingrediamur pessimũ bellum, ineamus forte duellum. Et q̃niã iuxta Aristo. Duobus existentibus amicis, sanctũ est præhonorare veritatẽ. Sic & nunc, licet nobis tã Philosophica ratio q̃ fides ipsa amice sint veritatem indagemus, nulli parcentes. Porro vt singula discretius fiant, p̃ponã & colligam quæ me rationabiliter mouent. Tu aũt eadem postmodũ tali ordine si vales soluas atque post hoc vel demonstrationes vel persuasiones tuas proponas, vt ita postremo elucescat quid verius sit. T. Bene concepisti. Ideoque specialẽ forma articulum & age vt cupis.

¶Rationes Philosophi cõtra generationẽ æternã processionemq; diuinã ad intra. Art. X. Philo.

Qvemadmodum in libro de causis demonstratũ est, impossibile est plures esse deos, q̃niam deus est ens simpliciter perfectũ. Ideoque omnis ei perfectionis nobilitas competit. Si est igitur alius deus, vel in nullo ab isto distinguitur, & sic non erit alius, vel in aliquo differũt, & sic neuter erit perfectus, verusque deus, quoniã perfectio qua vnus differt ab alio alteri deest, alioquin cõuenirent in ea. Itaque si pater est uerus deus, & filius

quoque

s rati per & q ratio lei no- nand- ad pro pirant iū bel- rifto, nora phica emus, iant, p uent soluas suasio r quid e for-

quoque est verus deus, vel omnis perfectio patris est in filio & econtra, & sic in nullo distinguent nec erunt duæ personæ, vel aliqua inest perfectio vni quam alteri deest qua distinctæ sunt, & ita vterque non erit verus deus. Præterea ex eadē consideratione similis ratio fieri potest. Nam cum deus sit ens vniuersaliter simpliciterque perfectum, nulla potest esse in patre perfectio que non sit in filio, si filius verus deus est, quo concesso pater & filius in nullo differēt, nec duæ personæ erunt. Amplius autem habere filium deum, infinita videtur esse fecunditas atque perfectio. Si ergo filius uerus deus est, non utique deerit ei tam p̄clara perfectio. Itaque & ipse filium deum habebit, eritque quatuor personæ diuinę imo infinitæ, quoniam sicut de filio arguo, sic de filij filio, ipsoque spiritusancto arguere possum. Adhuc autem ipsa diuina essentia cum sit purus actus, puraque bonitas, per se ipsam summe indiuidua, singularis atque per se subsistens rite conceditur, est ergo persona, quoniam persona est rationalis naturæ indiuidua subsistentia. Itaque si pater filius & spiritus sanctus sunt vna deitatis essentia, tres personę erūt vna persona quod impossibile est. Imo vna persona generaret seipsam. ¶Præterea quæ sunt eadem vni tertio singulari, sunt eadem inter se secundum omnem philosophiam Aristotelis. Si igitur tres personæ vni singulari essentię eadem sunt inter se quoque eadem erunt. At uero si personæ in essentia diuina communicant, atque in alio quodam distinctæ sunt, est in deo aliquid vltra ac preter

Aristote.

æternā Philo. mon- leos, q Ideo Si est itur, : ne ctio. cōue ilius qua

estq; fatum hoc modo sumptum in deo exemplariter, in intelligentijs actiue & instrumentaliter diuinam ordinationem exequentibus. In inferioribus autē passiue, vtpote rectis. Porro in cœlestibus orbibus est quasi mixto modo, Nam & ipsi elementa mixtaq; regunt & mouent. Oportet autem hūc mundum contiguum esse lationibus superiorum, vt tota eius virtus inde gubernetur. Quemadmodum non solum Aristo. sed ipse quoq; diuinus Dionysius in libro de Diuinis nominibus asserit. Rursusq; ipsa cœlestia corpora à causis secundis, videlicet motoribus suis reguntur. Sic deniq; sumptū fatum negare, est diuinam prouidentiam negare. P. Si fatum singula suis nectit ordinibus, & secundum inuiolabilem certissimamq; mentis diuinæ prouidentiam cuncta prosequitur, & in actum deducit, certus est ordo causarum, nec erit aliquid à fortuna vel casu, sed necessario vniuersa prouenient, quemadmodū Marcus Tullius argumentatus est. ¶ Ad huc autem cum diuina cognitio sit rerum causa, si deus omnia noscit & prouidet, omnia ineuitabiliter fient. Quod enim à causa inuariabili proficiscitur, & infallibilem prouisorem habet, necessario fit, & secundum hoc non erit libertas, & mala necessario accident. T. Cognitio cū sit operatio cognoscētis, non fit secundum conditionem cogniti, sed cognoscentis. Eandem enim rem aliter sensus, aliterq; cōspicit intellectus, & hoc omni Peripatetici astruunt. Sed & Platonici aiunt, Mutabilia, corporalia, ac temporaliter, immobiliter, incorporaliter, æternaliterq;,

n aliterq́ intelligere deum. Quoniam ergo diuinus intellectus omnia secundum proprię excellentiam deitatis cognoscit, non autem secundum qualitatẽ scitorum, eius cognitio non tollit ab entibus proprias qualitates atque naturas. Imo cum secundum te diuina scientia sit entium causa, deus per suam cognitionem causat in rebus earum differentias, gradus & ordines, Sed vt Aristoteles ait: Differentiæ entis sunt necessarium & contingẽs: gradus demum ordoq́ rerum requirit, vt sint quædã immobilia, quædam mobilia, quædam vno modo se habentia atq́ simplicia, quædam vero instabilia, & item corporea. Et vt Aristoteles optime dixit: Ordo causarum est, vt quædam sint causæ vt semper, quædam vt frequẽter, quædam vt raro, Diuina ergo prouidentia has rerum proprietates non tollit sed edidit atque conseruat. In compendio igitur dico ꝙ fatum in ordine ad prouidentiam omnia inuariabiliter nectit, nec per comparationem ad diuinã prouidentiam ac præscientiam aliquid causaliter aut fortuite accidit. Nihilominus in ordine ad proprias ac proximas causas res quædam libere contingenterq́ fiunt. Imo & simpliciter aliter fieri possunt. Nempe cum deus singula perfectissime distinctissimeq́ secundum omnes eorum proprietates agnoscat, scit necessario necessaria fieri, contingentia vero contingenter necessario eueniunt, quia sic à deo ventura esse præuisa sunt. Non est enim diuina precognitio, vniformiter rerũ principiũ, sed vnicuiq́ secundum propriam naturam capacitatemq́ in-

fluit. Cũ ergo dicis omnia ab inuariabili ac necessaria causa, vcʒ diuina præscientia fieri, ergo oĩa necessitate quadã proueniũt nõ sequit, quia diuina psciẽtia nõ est omniũ vniformiter causa, neqȝ est sem per cõtingẽtiũ effectuũ propria, pxima, totalisqȝ causa. Iudiciũ aũt vere nõ ex causa vniuersali & prima, sed ppria ac pxima sumere cõpetit. Præterea mala inqȝtũ mala nullã entitatẽ hñt, sed fundant in bono cõmutabili, & ideo, inquãtũ mala secũdũ se nec sciunt, nec puidẽtia est de eis, sed secũdario sub puidẽtia cadũt & ordinãt in bonũ vniuersi. Ideoqȝ mali inquãtũ huiusmodi, nullo mõ est deus causa, sed ipsa voluntas creata scdm q ex nihilo est, & de
Plato in 1. Thim. se nõ nisi deficere & in nihilũ tẽdere potest, sicut & Plato de diis inducit summũ deũ ita loquẽtẽ. Natura qdẽ corruptibiles estis, mea aũt volũtate indissolubiles. P. Adhuc vnũ tibi obiiciã. En Auicẽna licet
Auicẽna dicat intellectualẽ animã motibus nõ substerni cœlorũ, eo q corporeũ in incorporeũ agere directe nõ possit. Oĩa tñ q in hoc mũdo cõtingũt necessario fieri asserit, causamqȝ necessitatis influẽtiã cœlestẽ reducit. Ait eqdẽ q semper influẽtię cœlesti inferiora subdũt, nisi defectus ex parte inferiorũ pueniat. Oĩs aũt talis defectus aut ẽ naturalis aut certe volũtarius, sed oĩs causa naturalis ac etiã volũtaria reducit in qddã cœleste principiũ, ergo impedimẽtũ cœlestis influẽtiæ ex causa cœlesti pcedit. Cœlũ eñ ratiõe sui corporis, dñm habet super corpora, ratiõe aũt motoris super animã rationalẽ. Igit si cõsideremus totũ cœlestiũ corporũ ordinẽ simul, nunqȝ effectus eius cessari valebit, sicqȝ oĩa de necessi

tate cõtingẽt. T. Hãc positionẽ ipẽ ꝗꝙ princeps Pe
ripateticoꝝ Arist. in metha, narrat & destruit. Neqꝫ Arist. lib
enim Auicẽna huius erroris primus erat assertor, sed 6. Metha
antiq naturales añ Arist. Oẽs aũt isti ex falso fun Auicẽna
damẽto inducti sunt. Auicẽna qppe oĩa inferiora Aristot.
à motoribus orbiũ creata eẽ opinatus ẽ. Ideoqꝫ mi Auicẽna
rũ nõ ẽ, si ad causas cœlestes vniuersa reduxit. Por-
ro antiq illi Philo. in qbus Arist. teste nulla vl pau
ca erat separataꝝ substãtiaꝝ cognitio, qa nec sen- Aristot.
sum ab intellectu distinxerũt, solẽ, lunã, orbes, ac sy
dera mũdi putabãt rectores & causas, cũ tñ oĩa il Auicẽna
la ipo suo incessabili motu ac celerrimo cursu mini Albuma
steriũ suũ euidẽter insinuerit, quod etiã posteriores
Philo. fassi sunt. Insup positio ista Auicẽnæ atqꝫ Al Alkimd.
bumazar itẽqꝫ Alkindi astronomij valde irratio-
nabilis ẽ. Nã motor cœli siue dicat anima scdm Aui Auicẽna
cen, siue intelligẽtia tñ nõ agit in hũc mũdũ nisi p
orbẽ q ẽ ppriũ eius instrumẽtũ. Agens aũt per istru
mẽtũ illis dũtaxat influit ad q̃ actio instrumẽti per-
tingere valet. Actio vero orbis nõ nisi corporalis
est ex parte corporis, ergo motor eius per ipsũ ĩ cor
poralia tãtũ ĩprimere potest, & nõ directe in ĩtelle-
ctũ aut volũtatẽ. Præterea q̃d alicui naturale ẽ, per nul
lũ extrĩsecũ agẽs ei eo manẽte auferri pt, sed volũta
tati libertas naturalis ẽ, & rõ qdẽ per demõstratio-
nẽ cogi pt, nũq̃ aũt volũtas. Nullaten9 ergo per ce
lestẽ quãcũqꝫ causam necessitari ptãt cogi. P. Copio Aristote.
sissime mihi respõdes, & qm te in naturali ꝗꝙ phi- Auerro.
losophia eruditissimũ cerno tecũ libẽter disputo. T
Audi tñ paulisper secũdũ Arist. q experiẽtie cõtra-
dicit nõ rõe, sed pena indiget.

Et vt Auerrois ait: Signũ sapientis est, vt ea quæ qs
Auerrois affirmat, sensui quidem atq; experientiæ non repu gnent. Experimur autem in nobisipsis q; ad multa liberrimi sumus, quod prouidentiæ nostræ ac humana consilia sepius plurimum prosunt. Videmus q; si diuinæ ꝓuidẽtiæ ac fato nosipsos cõmittimus, & id quod in nobis est operari negligimus, ci to peribimus, vel fame aut simili modo. Qui igitur omnia de necessitate euenire arbitrantur, insipientes sunt, quoniam sensui ac experientiæ contradicunt. P, ad alia transeamus, quia in his tibi prorsus consentio.

¶De imẽsitate atq; beatitudine incõphẽsibilis dei. Articulus. 6 Theologus.

QVoniam secundum præinducta de⁹ est ens simpliciter perfectũ, totius nobilitatis plenitudo, ei competit, nilq; eo dignius cogitari potest. Nullũ aũt ens cuius pfectio finita est tale ẽ Omni nanq; perfectioni finitæ addere potest intellectus perfectionẽ vlteriorẽ, & quod finitũ est terminum habet. In termino autẽ rei incipit eius non esse, definitq; & sistit sua perfectio. Deniq; quod finitum est ad certũ genus reducitur, & est determinatum ad specialem perfectionem, non est ergo simpliciter vniuersaliterq; perfectum. Deus itaq; q̃ est extra omne genus, illiminatã perfectionem sortitur, nullo modo finitus. Porro dubiũ non est quin si sit infinita perfectio, ipsa omnem perfectionẽ finitã incomparabiliter transcendit & dignior est. Si igitur omnis dignitas deo inest, tunc vtiq; infinite perfe-

pfectiõis cõsistit. Preterea actus non nisi per potentiam finitur, Deus autẽ est actus purus, nullatenus ergo esse eius terminabile est. P, Secundũ Aristotelem Intellectus naturaliter abhorret infinitũ. Et denuo ait in Physicis: Quod si infinitũ esset, ipsum impfectissimum foret deus, ergo infinitus non est. T, Tu ipse nosti quód Aristoteles de infinito ex parte potentialitatis atq; materiæ quod scilicet priuatiue dicitur & quantitatis proprietas est loquitur: Non autem de infinitate ex parte actus & formæ, quod negatiue dicitur, eo quód propter proprie perfectionis plenitudinẽ nullo valet termino coartari. Diuina ergo immensitas aliud prorsus non est q̃ infinita virtus, infinita felicitas infinita pulchritudo, infinita dulcedo, infinita lætitia, ĩfinita sufficiẽtia ĩfinita libertas, oĩmq; bonorũ atq; pulchrorũ pfectã possessio. Et hęc ẽ beatitudo supgloriosi ęternięq; dei, cui vtique oĩs debet honor & gloria Propterea demũ incõprehensibilis est, quia actualitas eius & lumen omnẽ capacitatem finitã in infinitũ excedit. & denuo, quoniã ipsius nulla est causa. Dicitur autem deus incircũscriptibilis per comparationem ad locum, incõprehensibilis in ordine ad intellectũ, æternus secundum durationem, infinitus secundum se ipsum, licet seipsum perfectissime cõprehendat. P. hæc oĩa naturalis ratio approbat, ideoque ad ea q̃ fidem concernunt te transfer. De hijs enim in quibus cõuenimus, non vtique disputare egemus. T. Quemadmodũ exigis agam: veruntamen ista secũdum naturalem sapientiam prænduxi, quoniã ad

futura proficient.

¶De secūdo articulo fidei scз de bñdicta trinitate.

Articulus. VII. Theologus.

TRes sunt qui testimoniū perhibent in cœlo. Pater, Verbum. & spiritus, & hij tres vnum sunt. P. Quid est hoc? T. Confitetur Catholica sancta ecclesia, deū verū omnipotētē, æternū, sic vnū vt tñ sit vere trinus, sicq; nihilominus trinū, vt sit veraciter vnus. P. Hoc impossibile reor vera namq; vnitas ac pura simplicitas, pluralitatē diuersitatemq; excludit. Si ergo deus vere vnus ac summe simplex est, nulla in eo trinitas estque sine pluralitate atq; diuersitate esse non valet. T. Secundū ineffabilem inuiolabilemq; fidei, veritatē est in deo pura vnitas, vera trinitas, acsumma simplicitas, nec tamē vnitas trinitati repugnat, nec vice versus. Seruatur & insuper in vnitate & trinitate summa simplicitas. Asserimus eñ trinitatē in deo, esse tres veras supersubstātiales æternas personas, suppositalif realiterq; distinctas. Veruntñ hęc ipsa trinitas, aliud nō est nisi purissima vnitas, vtpote ipsa diuina essētia ac immultiplicabilis deitas, sicq; saluatur in deo summa simplicitas, quoniam quicquid in eo est, est vna simplex natura diuinitasq; eterna. P. Assertiōis huius, incōphensibilis nouitas cōfusionē mihi inducit. & licet varijs tibi ratiōib' obsistere queā, ,ppter cōfusionis tñ inordinationē qd primo opponam vix aduertere valeo. Deniq; cōsideratiōe paulisper resumpta, illud prio inducā. En queadmodu Arist a demōstrauit. Vnū in substātia facit idē in quātitate

Arist.

equale,in qualitateq̄ simile. Cū ergo sit in deo simplicissima vnitas,erit etiā in eo mera identitas & p consequens nulla realis distinctio nec diuersa personalitas. T. Ordinate sciscitare & argue & veritas clare patebit. Ecce cōcedo qa sicut ī deo est summa vnitas,sic & vera identitas, q̄niā tres diuinæ ac increatæ personæ sunt,nō iā dūtaxat idē sed etiā vnū nō in psona,sed in ipsa diuina essentia. P. Priusq̄ amplius arguā aut magis iterrogē, primo mihi īsinua qd de diuinis psonis sentias, q̄ eaꝝ origo, q̄s ordo, qualis distinctio,& tūc compendiosius sciscitabor atq̄ obijciam. T. Ita agendum est.

¶De diuinarum personarum origine identitate ac distinctione. Art. VIII. Theo.

NVnquid ego qui alios parere facio,ipse non pariā dicit dn̄s. Quēadmodum Peripatetici aiūt. Deꝰ est intellectꝰ vniuersalis agēs,semp in actu,sūmeq̄ simplex. Et vt Plato tuꝰ testat̄. Deꝰ meꝰ ē cuiꝰ visꝰ cōtēplatioq̄ ītellectꝰ. Deꝰ ergo sublimis cuius sapiētiæ nō est nūerus,seipsum pfecte, semp actualiterq̄ itelligit. Qd aūt itelligit est in ipso intelligēte. Porro intellectū scdm q̄ in lumine intelligētis cōsistit est verbū, imago cōceptusq̄ ītelligētis. ¶Itaq̄ deus seipsum intelligēs,in semetipso de ipsa sua sapiētia format cōceptū,pfertq̄ īmanēs verbū,& q̄niā deus seipsum ōnino pfecte intelligit, seq̄ pfecte diligit. Ideoq̄ quicqd in patris sapiētia ē in filio sicut in speculo atq̄ imagine plene resplendet. Vn̄ & verbū patris,splēdor glīæ, imago & speculū dei pr̄is vocat. hoc vero ver bū necessario ēnūc ē

Plato.

1.Petri.1.
Hebræ.1
1.Cor.4

Philosophiam induxerunt q̃ sit fidei nostræ hic pſens de trinitate articulus, Et vt a Peripateticis inchoem. En summus ille commentator Auerrois, atq; ante eum Themixius nonne in omnibus hominibus vnum numero intellectum ponebant? Quid ergo miraris si nos in tribus personis vnam fatemur essentiam? Deniq; Plato & Proclus cum Stoicis nonne vniuersales Idealesq; formas à singularibus, realiter posuerunt seiunctas, & nihilominus totas eorundam quidditates siue naturas? Si igitur secundum hos vna humanitatis natura in se ipsa subsistens ac separata omnibus hominibus extat communicabilis, & de eis quoque predicabilis. Cur eatenus mens tua obstupuit audito q̃ eadem deitatis essentia tribus personis communis sit & q̃nis ipsarum, presertim cum nullatenus opinemur eam à personis seiunctam, atq; extra ipsas in seipsa subsistentem, sed in ipsis duntaxat constantem. P. Ab ipsis Philosophis contradicitur eis quos tu mõ adducis. Et igitur cum ille eorum positiones falsæ sint, argumentum tuum contra te est, quia videtur sic etiam de isto esse articulo. T: Falsam esse assertionem meorum agnosco, imo nedum falsa est, sed est demum hæretica, Veruntamẽ negare nõ vales quin viri isti quos induxi, q̃uis in hac parte decepti sint, erant tamen ingeniosissimi subtilissimiq; Philosophi. Si ergo humana ratiocinatio eos ad tã incomprehensibilem admirabilemq; Philosophiam inducere potuit, cur non potius illa quę in primo libro commemorata sunt diuina miracula, fidelium mẽ-

tes ad ea credenda inducerent quæ naturalis ratio capere nequit? Enimuero prestolare paulisper & ego tibi vel demonstrabo vel certe suadebo, q̃ rationabilis atq; credibilis sit p̃sens sacratissime fidei nostre articulus. P. Quemadmodũ ceruus à venantibus fatigatus aquarum fontes desiderat, sic ad promissa tua implenda anima mea penitus suspirans suspensaq; est. Age ergo, ingrediamur pessimũ bellum, ineamus forte duellum. Et q̃niã iuxta Aristo. Duobus existentibus amicis, sanctũ est præhonorare veritatẽ. Sic & nunc, licet nobis tã Philosophica ratio q̃ fides ipsa amice sint veritatem indagemus, nulli parcentes, Porro vt singula discretius fiant, p ponã & colligam quæ me rationabiliter mouent. Tu aũt eadem postmodũ tali ordine si vales soluas atque post hoc vel demonstrationes vel persuasiones tuas proponas, vt ita postremo elucescat quid verius sit, T. Bene concepisti. Ideoque specialẽ forma articulum & age vt cupis.

¶Rationes Philosophi cõtra generationẽ æternã processionemq; diuinã ad intra. Art. X. Philo.

Qvemadmodum in libro de causis demonstratũ est, impossibile est plures esse deos, q̃niam deus est ens simpliciter perfectũ. Ideoque omnis ei perfectionis nobilitas comperit. Si est igitur alius deus, vel in nullo ab isto distinguitur, & sic non erit alius, vel in aliquo differũt, & sic neuter erit perfectus, vterusque deus, quoniã perfectio qua vnus differt ab alio alteri deest, alioquin cõuenirent in ea. Itaque si pater est uerus deus, & filius

quoque

quoque eſt verus deus, vel omnis perfectio patris eſt in filio & econtra, & ſic in nullo diſtinguent nec erunt duæ perſonæ, vel aliqua ineſt perfectio vni q̃ alteri deeſt qua diſtinctæ ſunt, & ita vterq; non erit verus deus. Præterea ex eadẽ conſideratione ſimilis ratio fieri poteſt. Nam cum deus ſit ens vniuerſaliter ſimpliciterque perfectum, nulla poteſt eſſe in patre perfectio que non ſit in filio, ſi filius verus deus eſt, quo conceſſo pater & filius in nullo differẽt, nec duæ perſonæ erunt. Amplius autem habere filium deum, infinita videtur eſſe fecunditas atque perfectio. Si ergo filius uerus deus eſt, non utique deerit ei tam p̃clara perfectio. Itaq; & ipſe filium deum habebit, eruntque quatuor perſonæ diuinę imo infinitæ, quoniam ſicut de filio arguo, ſic de filij filio, ipſoq; ſpirituſancto arguere poſſum. Adhuc autem ipſa diuina eſſentia cum ſit purus actus, puraq; bonitas, per ſe ipſam ſumme indiuidua, ſingularis atque per ſe ſubſiſtens rite conceditur, eſt ergo perſona, quoniam perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſiſtentia. Itaque ſi pater filius & ſpiritus ſanctus ſunt vna deitatis eſſentia, tres perſonę erũt vna perſona quod impoſſibile eſt. Imo vna perſona generaret ſeipſam. ¶Præterea quæ ſunt eadem vni tertio ſingulari, ſunt eadem inter ſe ſecundum omnem philoſophiam Ariſtotelis. Si igitur tres perſonæ vni ſingulari eſſentię eadem ſunt inter ſe quoque eadem erunt. At uero ſi perſonæ in eſſentia diuina communicant, atque in alio quodam diſtinctæ ſunt, eſt in deo aliquid vltra ac preter Ariſtote.

ac preter essentiam,& sic non erit in deo vera simplicitas neq; veraciter dictum est, quia quicquid in deo est,est ipsa diuina essentia.¶Deniq; quod per se ipsum singulare est,itemq; subsistēs,eo ipso quo tale est,incommunicabile est.Subsistentia enim non nisi suppositorum est.Nam hoc semper de Platone admiratur Aristo. ꝙ asserebat vniuersalia esse formas realiter separatas & per se stātes Nihilominus tamen vere communicabiles,sed diuina essentia ꝑ seipsam summe singularis est atque subsistens.Nēpe quo actus seu forma prestantior est ac immaterialior,eo ad sui subsistentiam minus indiget alio. Diuina vero essentia est purus actus immensæ præstantiæ,summæque simplex.Per se ipsam ergo vehementissime singularis ac subsistens cōsistit. Non igitur est cōmunis tribus personis nec eisdem substantialiter communicabilis.Insuper vbicunque est vera generatio est vera productio,& per cōsequēs est ibi aliud esse à producente recipiens.In deo ergo est persona vna esse recipiens ab alia.Est igitur in deo prioritas saltim originis,licet non temporis.Itaque ꝙ secundum prioritatem originis añ generationem accipitur,id vtique non generatur neq; producitur.Sed diuina essentia seu natura necessario ante generationem intelligitur. Est enim natura agendi operādique principium.Igitur quod naturali ordine ea posterius est atque productū esse non potest diuina essentia.Ipsa enim ante generationem est ac improducta.Genitum autē post generationem actiuam est atque productam .Filius ergo

ergo nullo modo erit diuina essentia, alioquin recipiens esse atque secundum originē posterius erit non recipiens esse & secundum naturalem originis ordinem prius, quod implicat. Porro quicquid procedit ab alio de se est impotentia & imperfectum ac nihil, recipit namque esse suum, & quicquid existit ab alio, & si sibi ipsi relinquatur est nihil, alioquin nō vere esset totum qđ est ab alio. Filius igitur in diuinis & spiritus sanctus cum a patre procedāt, huiusmodi erunt, videlicet persone secundū se imperfecte ac nihil atque depēdentes à patre, & si sibi relinquantur, nihil: hec autem vero deo competere nequeunt, quippe qui est actus purus, habensq; necessarium esse omnino & omnimode. Rursus nobilius est aliquid habere & esse à se ipso q̄ ab altero. Si ergo filius & spiritussanctus, esse & quicquid sunt à patre suscipiunt, nulli eorum inest omnis nobilitas eritq; pater eis nobilior. Nō ergo erit quisq̄ eorum deus perfectus & verus. Alia quoq; ô Theologe plurima argumenta istis similia introducere possem, sed prestolabor paulisper, quatenus hor ū responsione audita contempler quid tibi efficatius possim obijcere, fortiusque aduersus tua replicare responsa. Nunc ergo si placet responde.

¶Responsio Theologi ad rationes Philosophi cōtra diuinas emanationes ad intra. Art. II. Theo.

Iam nunc memento Philosophe verbi magni Platonis qui cum de Productione mundi sensibilis disputationem contexeret, auditores affasus, atque humanæ rationis imbecillitatem, & materię

teriæ quoq; illius difficultatem contemplans: M̃e mento inquit tam me qui loquor q̃ vos qui iudicatis mortales esse. Hoc autem iudico, non q; me rationum tuarum virtus conterreat, sed vt te ad sobriam moderatamq; inquisitionem inuitem. Verũ tamen scio difficillimum esse onus laboris, fidem contra naturalem ratione defendere, sed deo auxiliante veritas eius inuiolabilis ac insuperabilis perseuerat. Nunc ergo intende. En vnicuiq; competit
Iob.5.9. agere secundum propriæ dignitatem naturę ac mo
Rom.11. dum sui esse. Cum ergo secundum præhabita, de-
1.Ioã.4. us seu diuina essentia sit omnino inscrutabilis & incomprehensibilis, & verius de deo scitur quid non est q̃ quid est. Imo quid sit deus prorsus ignotũ est. Consequens est, vt operatio dei præsertim emanatio illa ad intra, seu actio immanens sit penitus ineffabilis, inexcogitabilis, & incõprehensibilis. Ideo q; eam impudenter ac inconsiderate velle scrutari, metiri, & discutere est omnino preposterum, præsumptuosum & stultum, quia incomprehensibile & ineffabile comprehẽdere velle atq; effari tale est ac si quis infinitum velit finiri, estq; deo auferre qđ ei proprium est, quemadmodum qui vellet hominem irrationalem ac non risibilem dicere, de homine stulte & falsæ sentiret. Insuper si consideremus q̃ vehementer in agnitione rerum creatarum imo & sensibilium ac infimarum intellectus noster deficiat, non vtiq; mirabimur si in diuina generatione ipsaq; deitate, incomparabiliter amplius occumbamus. Sobriæ ergo de præsenti materia loqui par est
P. Vere

P. Vere sic est, Nunc ergo responde, & ego reueren ter te audiam. T. Ad primū igitur rationum tuarū respondeo, q ipsa veraciter atque demonstratiue ostendit impossibile esse plures fore veros deos, q̄niam non solum Philosophi sed Theologi quoque eam inducunt. Dico ergo q filius seu spiritus sanctus non alius deus q̄ pater, Imo tres personæ sunt vnus verus perfectusq; deus Cum vero adiungis, si igitur pater & filius sunt distinctæ personæ in ali quo distinguuntur hoc verum est, quia per relatiões distinctæ sunt. Quod igitur concludis aliquā perfe ctionem inesse vni personæ quæ alteri deest, & sic neuter erit verus deus, quoniam nullus erit simpliciter & summe pfectus. Ad hoc quid dicturus sim diligenter aduerte, quoniā per hoc ipsum omnia pe ne argumēta tua dissoluā. Dico itaq; scdm opinio nem quorundā q ipsa diuinitatis plenitudo q̄ in sin gulis psonis vere perfecteq; est, ōnem imperfectio nē ab eis excludit, quia & si aliqua pfectio vtpote notio aut certe relatio vni psonæ inest ac cōuenit, non autem alteri, nulla tamen imperfecta relinqui tur, quoniam hæc ipsa relatiua seu notionalis perfectio, licet in vna persona sit secundum appropria tionem propriamq; rationem, in singulis tamen est secūdū id quod essentialiter est. Verbi gratia, pater nitas, generatioq; actiua in solo patre est secūdū q huiusmodi, nihilominus generatio atq; paternitas quoniā aliud nihil sunt nisi ipsa diuina essentia quæ in singulis tota perfectaq; est. Ideo paternitas & ge neratio scdm id qđ substātialiter sunt, nō solū patri,

sed

sed filio quoq; ac spiritui sancto insunt, sed vt dixi non eodem modo neque secundum proprietatem eandem. Itaque pater & filius in aliqua perfectiōe differunt, & tamen hęc ipsa perfectio alteri nō penitus deest, licet aliquo modo. Et per hoc secunda ratio soluta est. Concedo enim ꝙ filius in diuinis sit ens vniuersaliter perfectum, nec aliqua inest perfectio patri, quæ filio desit, non tamen vtrique con-
Iohā. 16 formiter inest. Vnde & filius, Omnia inquit quæ-
Matt. 11 cunque habet pater, mea sunt. Et denuo. Omnia
Lu. 4 10 ait mihi tradita sunt à patre meo. Ipsa quippe diuina natura cum perfici nequeat, aut vilior fieri, neque mutari, omnem perfectionem incommutabiliter comprehendit. Ideoque filius ac spiritussanctus cum veram deitatem à patre sortiti sint, nullius ꝑfectionis absentiam sustinent. ¶Porro per hæc tertia quoque instātia soluitur. Verum est enim quod habere filium deum est infinita perfectio atque fœcunditas, & non est nisi in patre secundum proprietatem relatiuam, est tamen in filio secundum identitatem essentialem Denique sicut immensa est patri perfectio, habere filium verum deum, sic filio demum infinita nobilitas est, veri dei, verum, naturalemque esse filium, Ideoque in vtroque est infinita perfectio, nec deest vnius perfectio alteri, quoniam ambæ sunt vna ꝑfectio, vtpote diuina essentia. Per eandem quoque potentiam est pater generās & filius genitus secundum Thomam in prima parte, & alibi, quoniam trium personarum est vna potestas, vnus intellectus, & vna volūtas. ¶Ad quartum

tum tibi respondeo, ꝙ diuina essentia est de se max ime hæc & summe singularis, nulloꝗ adsui subsistẽ tiam egens, Ideoꝗ persona ueracit dici potest eo modo, quo naturales Philosophi atꝗ Iudæi loquũ tur de persona in deo, non tamen concedendũ est absolute, ꝙ diuina essentia sit persona eo modo q̃ Christiani Theologi, de persona diuina loquũtur. Persona nempe absolute dicitur secundũ primor- dialem sui institutionem. Veruntamen propter in digentiam nominum id vsus obtinuit, vt in diui- nis persona dicatur ratione relationis, quemadmo dum Theologi aiunt, ꝙ in diuinis relationes perso nas constituunt. Tres ergo personæ per compara- tionem ad esse relatiuum sunt unum in ordine ad esse absolutum, quemadmodum etiam tres perso- næ sunt vnum esse, vna natura, vna res, vnus om- nium creator ac dominus, & tres res sunt, & vna res, tres propter distinctionem relationum, vnum vero propter essentiæ identitatem. Per hoc interea quinta obiectio soluitur: verum est equidem ꝙ pa- ter & filius sunt eadem vni tertio singulari, non ta- men pater est filius, quia tertium illud singulare nõ est conuertibiliter vnum cum aliqua personarum, licet nanꝗ pater sit diuina essentia & econtra, non tamẽ quicquid est diuina essentia, est pater. Et quo ad hoc necessaria est Theologis distinctio triplicis distributionis, videlicet in termino, extra terminũ, & extra numerum, quæ etiã Platonicis necessaria fuit ad saluandum ꝙ idem homo separatus sit sor- tes & Socrates, cum tamen sortes non sit Socrates. Aristote Plato in Thimeo.

¶Ad sextum dicendum, quod personæ in essentia unum sunt, & propter relationes differunt, nec tamē relatio est aliud ab essentia, nec quippiam superaddit eidem. Cum enim diuina essentia sit essentialiter, vniuersaliterq́ perfecta, imo vniuersę perfectionis plenitudo exemplaris atque immensa, ea quæ in rebus creatis per plura s formas entitatesq́ fiunt, in deo vna supersimplici forma consistunt, quemadmodū creatura intellectualis per aliud est sapiēs, itemq́ per aliud iusta. Deus autem vno eodemq́ esse & est, & sapiens est, iustus, omnipotens, misericors, fœlix, &c. quæ ei conueniunt. ¶In vna itaq́ simplici deitatis essentia comprehēdi nil prohibet, & quod distinctionis est ratio, communionisq́ causa. Eadem namq́ essentia & habens naturale esse, & suijpsius verbum intelligibile, prout intellectus actui substat. Vnde etiā in eadem deitatis essentia, distinctæ relationes fundantur. ¶Ad septimum respondendū est, quod propterea Plato errauit, quia formas vniuersales dixit extra oīa singularia per se quidē subsistere, nihilominus tñ substantialiter communicabiles esse his quæ suppositaliter differunt, & in quibus ipsa quoq́ vniuersalis natura per accidens multiplicatur atq́; distinguitur. Nos autem nequaquam opinamur diuinam essentiā extra personas subsistere, neq́ arbitramur eam in personis aliquo mō multiplicari aut diuidi, sed neq́ distingui. Ideoque Platonis positio rationi repugnat, quia ea quæ loco, tempore, & subsistentia differunt, vnum esse nō possunt. Diuina vero essentia non communicatur aliquibus

Plato in Thimeo.

Plato.

aliquibus à se diuersis, nam quælibet persona est ipsa diuina essentia. ¶ Ad octauum dicendum, quod in deo est vera productio. Recipit enim filius à patre quicquid habet & est, & ab vtroque spiritus sanctus. Nec tamen recipit filius à patre aliud esse aliamue naturam quam esse, naturamque patris. Neque propterea sequitur quod idem gignat seipsum. Pater namque vere generat prolem à se suppositaliter differentem, quæ vtique proles secundum prioritatem ac ordinem originis ante actiuam generationem patris non est, sed per generationem vere producitur. Nihilominus hæc ipsa proles producta est diuina essentia, quæ producta non est, neque producens, sed est in patre tanquam in fonte, atque per generationem communicatur & filio. Vnde diuina essentia non est terminus generationis paternæ, sed filius eo ipso quo gignitur, naturam patris veraciter recipit. Filius nanque necessario ex substantia patris nascitur, eiusque naturam sortitur. Cum ergo filius dei sit verbum patris atque imago, omnino oportet in ipso sicut in propria imagine atque intelligibili verbo patris contineri naturam. Verbum enim imagoque dei in corde patris quiescens, accidens esse non valet, imo procedit immediate naturaliterque ex substantia patris sine operatione intermedia, quoniam in supersimplici deo idem sunt agens & actio. Quandoquidem ergo diuina essentia simplex est & indiuisibilis, ac omnino perfecta, restat eandem quæ in patre est naturam, in filio esse. Vnde ipse ad patrem loquens. Omnia ait mea tua sunt, & tua mea sunt. ¶ Ad nonum dicendum, quod in emanatione diuina ad intra non est, nisi processus actus ab actu.

Iohan. 5.

Iohan. 1. 2. Cor. 4. Col. 1.

Philoso.

Ioan. 17. Lucæ. 15.

Ideoq; omnis illa imperfectio, quæ in cæteris processionibus reperitur, ab ea seiungitur. Enimuero dum ex consideratione creaturarum ad creatoris contemplationem conscendimus, tunc quicquid perfectiõis in creaturis est, ei asscribere par est. Qđ autem imperfectionis existit, rite relinquitur, atq; à superexaltato deo negatur. In emanatione ergo diuina ad intra quæ vtiq; intellectualis est, incommutabilis & æterna, nulla est dependentia, imperfectio nulla, In æternis nanq; non esse, nullo modo
Philoso. præcedit esse. Ideoq; omnino falsum est, q; filius in diuinis si sibi relinquatur, erit non ens aut nihil, neq; de se nihil est. Hoc autem totum ideo est, quia filius & spiritus sanctus hoc ipsum esse atq; eandem naturam quæ patris consistit suscipiunt. Vnde in deo
Ioan. 10. non est emanatio, nisi perfecti à perfecto. ¶Porro per hoc vltima quoq; obiectio soluitur: Nam cum pater propriam essentiam filio & spiritui sancto cõmunicet, nulla in eis imperfectio remanet, hoc tamen ratio tua conuincit, q; Theologi astruunt, vtpote q; licet in diuinis nihil sit maius aut minus, nihilominus quia in superbeata trinitate est vera origo, est etiam in ea autoritas & subautoritas, sed hæc essentialem gradum aut ordinem introducere nequit. Hæc igitur est responsio quam imbecillitas mei ingenij, in tã alto negocio potest afferre. Nec sic ista disserui, tanq̃ existimem me diuinam generationem aut processionem posse scrutari, compræhendere, aliumue docere, aut clare effari. Hoc enim extremę esset dementiæ, sed vt ab impugnatiõe naturalis

turalis rationis fidem defenderem. Idq; ostenderẽ, quoniam sicut humana ratio hanc fidem non repperit, sic nec eam destruere valet.

¶Replicatio Philosophi, cõtra respõsiões Theolo. Articulus. XII. Philosophus.

VEre quemadmodum sapientissimus Philosophorum Aristoteles ait. Sensati hominis est in omni vtique disciplina rationem certitudinem'q; exigere, prout subiecta materia sustinet. Quoniam igitur ad diuinorum noticiam sic se habet ratio nostra, sicut ad diurnum iubar noctuę visus, Fateor ó Theologe quoniam merito quidẽ responsionibus tuis contentari deberem. Praesertim cum ipse testatus sis, non te velle fidem trinitatis humana ratione ostendere, sed contra infideliũ obiectiones protegere. Itaq; licet responsiones pręhabitae ex primis principijs non procedant, fide tamen trinitatis supposita, secundum subiectam materiam rationabiles satis videntur. Nihilominus si tamen molestum non est replicabo nunc paululũ, non tam vt impugnem q̃ vt instruar. T. Induc qđ vis. P. Videre non valeo, quomodo vna singularis essentia in tribus personis esse possit, remanente penitus vna. Cum enim diuina essentia sit indiuisibilis vna & simplex ac tota in patre, si eam filio pater communicat, totam'q; in eum diffundit, non videtur remanere in patre. Sic namq; in õnibus cernimus. Praeterea intelligere nequeo, quomodo id qđ vere producitur, scilicet filius possit esse vna res cũ eo, quod nequaq̃ producitur. vtpote cum diuina Aristot.

essentia, quæ cũ sit principium omnis diuinæ actio nis & vere vna nullatenus potest produci. Alia quoq; inducere possem, sed ex solutione istorum mihi ni fallor vtcunq; patebunt. T, Si tibi me dicerẽ posse effari, quemadmodum pater filio se totum communicet, ipsaq; demum diuinitatis natura in tribus personis indiuisa ac vna permaneat, deo derogarẽ & fidei, essemq; temerarius nimis ineffabilia effari vsurpans. Veruntamen ne nos omnino ignoto atq; impossibili alicui credere arbitreris, respondebo quod tibi merito sufficere debet. Nempe si ordinẽ creaturarũ profunde inspicias, in singulis rerum ordinibus, huius superbenedictæ trinitatis ac vnitatis quædam vestigia clare videbis, Nonne rerũ quædã sunt idem genere, quædam idem specie, quædã idẽ numero, sic quoq; quædã differunt genere, quædã
Aristote specie, quædam numero. Nonne Ioannes & paulus
R. Agri. sunt magis vnum q̃ Ioannes & Leo. Rursus nõne Ioannes & Leo magis sunt vnum q̃ Ioannes & lapis. Nonne secundum Philo. species est tota quidditas indiuiduorum. Nonne secundum Porphirium
Philoso. participatiõe speciei plures homines sunt vnus ho
Porphir. mo. Itaq; si quarundam rerum creatarum natura ẽ vna genere, quarũdam autem vna specie, cur increatarum diuinarumq; personarum natura non erit vna numero, Sed huius simile in creaturis non apparet, nec mirum. Non enim potest creatura perfectionem creatoris perfectę mutari aut participare, imo necessario in infinitum distat ab ea, ¶ Insuper secundum Peripateticos etiam in rebus creatis ipsa natura

natura communis de qua duntaxat realis scientia est inuariabilis, est ingenerabilis & incorruptibilis, nec tamen à suppositis generalibus realiter differt, quia prædicatur de eis. Ex hoc igitur aliqualiter innotescit q̄ impossibile non est ipsam diuinā essentiam improductam, ipsamq; personam productā esse vnam rem nec realiter differentes. ¶ Deniq; p eandem formam rationalem videlicet animam in q̄tum sensitiuas vires complectitur, conuenit homo cum brutis, & nihilominus per hanc ipsam differt ab eis, inq̄tum intellectualis consistit. Imo & homo secundū esse intellectuale immortalis est, secundum esse autem sensitiuum mortalis. Cum ergo in deo sit oīm perfectionū supersimplex itemq; immensa plenitudo, secūdū diuersas rationes eidē ipsius naturæ diuersa conueniunt. Nec rationis huī diuersitas inanis est, quoniam omnibus nostris cō ceptionibus diuinum esse ob suam plenitudinē satisfacere potest. Semper quippe q̄ in inferioribus fit per plura, in altioribus fit per pauciora, & in ipsum demū altissimo deo vno suo simplici esse. Præ terea vt potui pauloante dixi, si recolis quomodo diuina essentia sit vere in filio, nō enim sic est in eo quasi ipsa sit terminus gñrationis paternæ, sed filiꝰ per generationē ex patre eā recipit, q̄m vbiq; natura eius q̄d intelligitur est in verbo atq; imagine, in lumine intellectus existente. Verūtñ hoc differt in deo & creatis q̄ in creaturis natura intellecti nō est in verbo intellectus, nec in imagine sua seu intelligibili specie secundum esse substantiale & idē, q̄m Articu. II
 in

In intellectu creato verbum est accidens, neq; procedit immediate ex intelligentis substantia, sed per operationem quæ mediat. In deo autem verbum accidēs esse nequit, sed à patre naturaliter ac immediate procedit. Ideoq; quicquid patris est in se continet, & in ipso resplendet, & ob id imago dei atq;
Hebræ. 1 splendor gloriæ appellatur. P. plurimum allicit at-
2. Cor. 4 q; accendit me sapiētialis tua responsio, dictisq; tuis promptę cunctis pēsatis consentio, q̄uis ipsam veritatem plene capere nequeam. Sed anteq̄ alia scisciter, primo precor edissere, cur verbum & non spiritus sanctus, filius nominetur, cur etiam non nisi tres personæ in deo sint, & quare à spiritu sancto nulla diuina persona procedat, cum tamē vnaquęq; personarum eque potens, eque bona, & itē eque sapiens sit.

¶Cur vna diuinarum personarū dicatur filius, & non alia, cum tamen vtraq; ex substantia dei immediate emanet. Art. 15. Theologus.

INter cæteras quæ in creaturis reperiuntur, potentiæ duæ in deo sunt, intellectus videlicet & voluntas. Verbum autem ab intellectu proce-
M. T. Ci. dit, amor vero à voluntate. Porro perfectio intellectus per assimulationem efficitur, & in ea consistit in quantū similitudo intelligibilis quæ est imago, verbum autem cōceptus intellecti, inest intelligēti: Itaq; cum de ratione filij sit, vt secundum rationē similitudinis ex substantia producentis emanet, rationabiliter verbum diuinæ mentis, filius dei patris vocatur, quoniam ex paterno intellectu secundū

assimilatiōis

assimulationis proprietatem proficiscitur. Denique voluntatis perfectio est, vt in volitum tendat, vniaturque amato & in ipso quiescat. Cum ergo spiritus sanctus ex vna patris & filij voluntate spiretur, nõ secũdum proprietatem cuiusdam similitudinis, sed secundum rationem tendentiæ inclinationisque in alterum effluit atque procedit. Ideoque nõ filius, sed spiritus dicitur, quoniam est quasi impellens amantẽ in amatum, vnde & amor ac nexus, & velut quædam suauitas osculum itemque complexus patris ac prolis consistit, hæc enim ad voluntatem potissime pertinent. Insuper cum deus pater vnico verbo seipsum & omnia plenissime exprimat, atque in verbo isto vniuersa reluceant, non est in deo nisi vnum verbum, Nec rursus hoc verbum alterum verbum gignit. ¶Denique perfecta dilectio ac summa fœlicitas, non nisi tres personas requirit, quarũ vna aliam diligat, tertia quoque mutuæ dilectionis vinculum sit & condilecta vtrique. Porro sicut de vnitate verbi, sic de amoris vnitate censendum est.

P. Cum deus sit infinita simplicitas, intellectus atque voluntas sunt in eo penitus eadẽ virtus, sed ab vna simplici virtute duæ personæ proficisci non possunt. ¶Præterea tam intellectus q̃ volũtas sunt potentiæ libere. Quicquid ergo agunt libere agũt. Posset ergo diuinus paternus intellectus filium nõ generare, ipsaque dei patris ac prolis voluntas spiritum sanctum non spirare, & per consequens verbum & spiritus possunt non esse quod vero deo non conuenit. T. Vbertim tibi si meminis dixi q̃d in diuino

in diuino supersimplici esse ipsaq; dei virtute ōnis perfectio eminenter atq; vnitissime cōtinetur. Ideo q; diuina simplex potentia inquantū intellectualē perfectionē complectitur generat verbum. Prout aūt voluntatis quoq; perfectionē includit spirat amorē. Insuper quod secundo adducis faciliter soluitur, licet eñ diuinus intellectus ac dei volūtas liberrime extent potentiæ, non tñ respectu omniū, vnde sicut deus non potest non esse, sic diuinus intellectus non potest seipsum non intelligere, neq; diuina voluntas propriam bonitatē nō amare. Ipse ergo diuinus intellectus, secundū q; natura quædam est, naturalem actionem habet, quæ est verbi productio. Conformiter quoq; dei voluntas naturaliter atq; necessario æternaliterq; diuinam bonitatem amat. Vñ & ab ea secundū q; natura quædam est profluit spiritus sanctus, & huius quidem simile in nobis apparet. Intellectus eñ noster primis principijs de necessitate assentit, ipsaq; demū voluntas respectu vltimi finis inclinationem necessariā habet. Nemo eñ potest nō velle esse beatus, imo beatitudinē oīs homo naturaliter cupit, q a tā intellect⁹ quā volūtas natura quædā est. Porro natura i quātū huiusmodi determinaī ad vnū scdm Aristo. Ph.

Thomas

Dū p̄sentis materiæ altitudinē difficultatemq; intueor, atq; humani q̄q; intellectus imbecillitatē cōtēplor, respōsiōes tuas admiror & ap̄bo. Sed priusquā vltra p̄grediar, si p̄babiles aliq̄s rōnes ad trinitatis fidē astruēdā habeas audire desidero.

¶De rationibus probabilibus circa assertionē super-

per gloriosissime atq; super bñdictissime trinitatis æternæ & adorandæ. Art. 14. Theologus.

BOnitas cõmunicabilitatis origo est diffusio-nis principiũ. Porro q̃ bonitas plenior atque pstãtior, eo vtique cõmunicabilior ẽ. P. Etiã scd̃m Arist. pcertimque scd̃m Platonẽ, bonũ natu ralis̃ sui cõmunicatiuũ censeẽ. T. Scd̃m pinducta de us sanct⁹ & viu⁹ est superessentialis, ĩmẽsa, puraque bonitas, sic vt quicqd ad bonitatis pfectionẽ ptinet ei cũ ĩfinita plenitudine inesse oporteat. P. Cũ natu ra dei sit bonitas oĩs necessario ei bonitatis nobili tas cõpetit. Nullus eñ̃ rei natura ĩ ipa à ,ppria, & nẽ essentiali sua pfectiõe minorata eẽ p̃t. T. Optime di cis natura nẽpe seu species rei in indiuisibili cõstat. Itaque tãta, tãque ĩmẽsa plena atque exuberãs ẽ di uina cõmunicabilitas, vti diuina bonitas. P. Hoc cõ sequi fateor. T. Nullũ aũt germẽ finitũ infinitæ cõ-municabilitati respõdet, sed ab ea eiusque pticipa-tione ac imitatione occũbit, distat & deficit. P. Infi niti cũ finito nulla prorsus extat, pportio. Denique si ipsum vniuersum esset milies milies, deciesque mi lies centies milies maius atque formosius quã est, nihilominus à diuina pfectiõe ad huc cũ oĩ suo or-natu infinitæ distaret. T. Libenter te audio, qa qd̃ ego in ferre decreui, tu anticipãdo cõclusisti ac con cessisti. Elucescit ergo ex dictis q, nullum germen creatum aut finitũ cõmunicabilitati queat corre-spondere diuinæ. P. Palam est. T Communicabili tas ergo diuina infinitũ germẽ producere p̃t, qd̃ eo ipso q̃ ĩfinitũ ẽ ĩcreatũ eẽ oportet, qm̃ oĩs creatura

Aristote Plato.

de

de necessitate finitur. Increatũ vero infinitumq; germen necessario est verus deus. Deus ergo gloriosus & fœlix qui est diues in se, & diues in aliis, verũ deum producere potest. In æternis quoq; secundũ Aristotelem tuum nec distant nec differunt esse & posse. Deus igitur verus, deum verum ab æterno produxit. P. Ecce tecum concedo q deus infinitæ communicabilitatis existat, nec tamen possibile est esse germen infinitum, non propter diuinæ uirtutis impotentiam, sed propter rei producende incapacitatem. Cum enim productum sit producente naturaliter posterius, atque ab ipso dependens, nõ potest virtutem suæ causę equare, nec omnem producentis principij fontalem plenitudinem ac dignitatem suscipere. Diuina igitur cõmunicabilitas nõ potest in tot, quin possit in infinitum in plura. Est quippe indeficientis inexhausibilisque efficaciæ. Non tamẽ aliud potest totam eius perfectionem sortiri, quoniam non ualet uniuersa fontis perfectio esse in riuo, nec tantus esse splendor quanta est

Aristote Auerrois lux. T. Cum omnis potentia naturalisq; aptitudo naturalem ac essentialem ordinem ad proprium ac sibi correspondentem actum habeat secundum Aristotelem & Auerroim. si diuinæ potẽtiæ immẽsa communicabilitas, in infiniti sibiq; correspondẽtis germinis productionẽ proficisci non ualet, inanis erit ociosa & frustra quod de diuina superexaltata ac fontana uirtute admittere nephas est. Deus ergo omnipotens ab infiniti germinis productiõe nunq̃ cessauit, nec cessat, neque cessabit. Quicquid enim

enim in deo esse potest, hoc in eo est, & quicquid in eo est æterna præsentia in eo est, P. Verbum illud Aristotelis, quod allegas de illa duntaxat potẽtia verum est, cuius perfectio consistit in proprio actu, Diuina autem potentia in seipsa simpliciter pfecta est, neq; per aliquid aliud perfici potest. Ideo q; ad eius perfectionẽ nõ exigitur, vt in actuali infiniti germinis productione consistat. T. Quod de ratione potentiæ est, & potentiæ conuenit, inquantum potentia est omni vtiq; potentiæ conuenit, cũ ergo secundum diffinitionem Aristotelis. Potentia actiua sit principium agendi in alterum, Omni potentiæ tam increatæ q̃ creatæ id erit commune, vt ratio sua in quadam principiatione consistat. Diuina ergo communicabilitas cum infinitæ plenitudinis sit, ab infiniti principiati productione nun q̃ quiescit. ¶ Præterea secundum Aristotelem causalitas est summa perfectio, & quod semper causa est, præstantius est eo quod quandoq; & non semper est causa. Actio autem q̃ est propter perfectionem agentis imperfectionem indigentiamq; agentis ostendit, ea igitur deo non conuenit, Actio vero quæ non est propter imperfectionem aut indigentiam agentis, sed propter exuberantiam bonitatis ac superefflueñtem plenitudinem eius perfectissimo est ascribenda factori, vtpote deo sublimi. Vana ẽ ergo solutio tua qua ais ad illius duntaxat potentiæ perfectionem requiri, vt in correspondentem actum procedat, quæ per proprium actum perfectionem suam sortitur atq; perficitur. P. Antequam ad sol

Aristote.

Idem.

ad soluēdum ista accedā, edissere quales arbitreris rationes tuas. Si enim demonstratiuas eas existimas, soluam eas vt queo. Porro si eas non nisi probabiles putas, libenter eas suscipio, dummodo aliunde ex ipsa tua lege euidēter mihi insinues, q̄ christiana fides credi hoc postulet, quod deus trinus sit. Quippe qui in superioribus fidei me subieci, christianāq; legem à deo esse donatam fateri cogebar.
Theo, dum fidē catholicam astruo, eidem derogare non volo: Dumq; eam firmare contendo, fundamenta ipsius debilitare non debeo. Si autem humanæ demonstrationi fidem sacram inniti assererem, immobili eius veritati plurimum derogarem. Si quod nostrarum rationū vigori eam subnixam fulcitamque dicerem, a vero eius fundamento, vez diuina authoritate ipsam distraherem. Ideoque quemadmodum vicissim testatus sum, sicut humana naturalisque ratio fidem nequit ratiocinando destruere, sic eam nō repperit nec valet eam demōstratiue stabilire: hoc aūt tibi ab exordio demonstrare volebam, q̄ ea que pro fidei confirmatione sunt facta & fiunt, per naturalem philosophiam saluare non vales: quod tu quoque superius fassus es. Ceterum fidem ipsam seu eius articulos demōstratiue probare nequaquam præsumo, ne dum rationum mearum insufficientiam videris, fidem tam debili fundamēto inniti opineris, Itaque scias quoniam rationes positæ atque ponendæ nec demonstratiue sunt nec topice, sed medie ac tales quales methaphisicus vbertim inducit. Tales quoque in præsen-

præsenti materia merito sufficere debent, quoniam tam per patetici quam Platonici, in determinatione substātiarum separatarum huiusmodi pene semper vtuntur. Philosophus vere rationabilis satis O Theologe videtur mihi responsio ista, siquidem vt reor rationes prehabitę solui ab eo qui proteruiare vellet aliquatenus possent. Nihilominus pulchræ sunt, & quoniam ex superhabundanti eas adducis, fidem plurimū ornāt. Cupio igitur vt eas plenius prosequaris. Ego vero ad soluendum eas amplius non intendam, sed cum silentio te argumētantem diligentissime audiam. Theologus. Implebo quod cupis.

¶ Prosecutio plenior disputationis assumptæ.

Articulus. 15. Theologus.

IN superioribus si recolis o Philosophe dum de immensitate diuinæ perfectionis dissererem, hoc ne fallor ratione vsus sum, quoniam omnis nobilitas deo inest Infinita aūt pfectio oēm pfectionē finitā quātūcūque magnā incōparabiliter superat, atque ob id deo qui simpliciter perfectus est necessario competit. Nunc igitur proportionabiliter arguam. Cum enim proprie bonitatis diffusio magna perfectio sit, eo causa aliqua melior perfectiorque verissime perhibetur, quo propriam bonitatem plenius & item liberalius communicando diffundit. Si ergo diuina bonitas se totam communicet, ac immensam suam communicabilitatē in infinitum germen effundat tunc

diuinæ

diuinæ virtutis atque cōmunicabilitatis perfectio in infinitum excellentior liberaliorque existet, q̄ si non nisi in effectum finitum procedat. Cum ergo quicquid ad perfectionem communicabilitatis atque causalis virtutis pertinet, omnipotenti deo cō ueniat, non stabit diuina communicabilitas in productione entis creati, sed infinitum quoque germē habebit. P. Tacere decreui, sed quod menti inopinate occurrit breuiter tangam, quoniam ratio ista ōnino videtur inutilis. Dixisti nanque eo causam eē meliorem quo seipsam plenius communicat, videtur ergo ꝙ si deus fecisset hunc mundum maiorem quam est, vel certe alias adhuc substantias separatas crearet, melior esset quam modo est, quoniam tunc plenius se cōmunicaret. T. Ipsum vniuersum in suo ordine simpliciter perfectum est, quia omnes perfectiones quæ in genere entis creati possibiles sunt continet, licet secundum speciem, aliæ quoq; fieri possent, & hoc ad perfectionem diuinæ creatricis potentiæ sufficit. Sed quoniam vt iam ostensum est, nullum creatum finitumque germen infinitæ potentiæ correspondet, si diuina communicabilitas non nisi finitum germen haberet, non reluceret eius perfectio secundum omnem modum in genere, quo quantum in se est relucere valet, nec tāta foret eius diffusio quanta eam decet, & qua demum maior intelligi nequit ac melior. Deniq; obiectum diuinæ potentię non est ens creabile, sed ꝓducibile, Ens autem quod producitur, nil prohibet eiusdem esse naturæ cum producente, Ideoq; sicut diuina

Thomas

diuina virtus est infinita, sic habere nil implicat esse germen eiusdem naturæ & per consequens infinitum. ¶ Ins. per non est simile de creatione & emanatione diuina ad intra, quoniam creatio est penitus libera, nec est operatio correspōdens, item que adequata cōmunicabilitati diuinæ. Emanatio autem ad intra naturalis est atque immensæ fœcunditati penitus proportionata, sed hæc in sequētibus plenius elucescent. P. Non sine fructu induxi instantiam istam, sed nunc disputationem tuam prosequere. T. Nobiliori perfectiorique modo se habet vnumquodque dum in actu est quam cum est in potentia sola secundum Aristotelem. Deus autem benedictus & fortis, semper in optima sui dispositione consistit. Semper ergo in actu illo est ad quem naturalem potentiam habet, nunc autem vbertim probatum est, quod propter immensam suam communicabilitatem ac fœcunditatem infinitæ potentiæ est, & quantum in se est naturalem habet virtutem ad infiniti germinis productionē. Semper igitur imo æternaliter est in actu correspondenti tantæ potētiæ seu actuali productione germinis infiniti. Tale vero germen non nisi increatum verusque deus eē valet vti ostensum est, Deus ergo verum deum producit. Amplius secundum Platonem, In tribus est vnumquodque ad agendum idoneum, vtpote in scire, velle, & posse. Cum ergo diuina sapientia sit clarissima diuina voluntas benignissima seu optima, diuina quoque potentia illuminata, scit, vult, & potest, deus se totum communicare, quod aliter esse

Aristote

Plato,

G non

non poteſt niſi coequale ſibi germen producat. ¶Ad huc autem quicquid in creaturis de perfectione reperimus, deo ſuperexcellentiſſime conuenit. Inter omnes autẽ emanationes generatio perfectior eſt, quia generans maxime aſſimilat ſibi paſſum ſeu genitum. Itaque pręter imo & ante emanationẽ creationis ineſt deo emanatio generationis. Inſuper ſicut in deo eſt ſumma bonitas, ſic & perfectiſſima charitas. Perfecta autem charitas nõ eſt vni' ad ſeipſum, ſed vnius ad alterũ. Charitas enim priuata non eſt propriæ charitas, quoniam perfecta

Richard charitas nil ſibi reſeruat, ſed ſe totum communicat atque amantem amato coniungit. Itaq; vera perfectaq; charitas amantem requirit, & eum cui amorem impendat. Eſt ergo in deitate perſona perfecte diligens, & perſona perfecte dilecta, perfecta vero ſumma atque immenſa dilectio, nulli bonitati finite exhibenda eſt, quoniam ſicut res ſe habet ad bonitatem, ſic ſe habet ad amabilitatem, Ideo perſona quam deus perfecta charitate diligit infinite bonitatis exiſtit. Pręterea actio charitatis delectabiliſſima eſt, nam quo charitas maior eſt, eo iucundius agit. Quoniam ergo diuina felicitas perfectiſſima eſt, ſummæ charitatis delitijs carere non poteſt, vñ in deo eſt ſumme diligens, ſumme dilectus, atq; vtriuſq; mutuus amor, qui eſt ſpiritus ſanctus. ¶Et reuera teipſum requiro Philo. contemplare paulisper quod dicam. Quid dulcius atq; iucundius, ponere ſolum deum ſine filio ac ſpiritu ſancto, ſicq; cum in ſeipſo ſuis contentum diuitijs, quod vtique libe-

raliſſime

ralissimæ immensæque bonitati non conuenit. An ponere tres personas coequales, coæternas, cõsubstantiales, quarum quælibet aliam infinita dilectione complectatur & amet, quarum quęlibet immensæ pulchritudinis, immensæ dulcedinis, & immensæ bonitatis sit, & infinita complacentia sibi complaceant, quarum demum tanta est vnio vt sit earum vna mens ac vna voluntas. Quarum insuper vnaqueque aliam cum immensa dilectione æternaliter intueatur, diligat, & amplexetur, sic tamẽ vt sit vna pater, alia filius, tertia vero vtriusque supersanctum spiramen atque commune profluum, ac per hoc amor vnius, videlicet patris sit gratuit⁹ amorque filij quo ad patrem debitus, sed ad spiritum sanctum gratuitus. Porro amor spiritus sancti sit penitus debitus. Philosophus. Dici solet, quia nullius boni possessio iucunda est sine consortio, quo concesso negare non possem, quin perfecta dei beatitudo personarum trinitatem exigeret sicut proponis. Veruntamen verbum hoc de his tantum intelligendum videtur quorum operatio in seipsis imperfecta est & ad aliud ordinatur. Theologus. Fateor tibi, quia multi quoque Theologi sic ipsum exponunt. Sed ego ostendam tibi contrarium. Sicut enim imperfectum naturalem inclinationem habet ad id quo perficiatur, sic imo & multo amplius id quod naturaliter atque totaliter bonum est, quod essentialiter ac summe amorosum est, quod substantialiter
 splen-

splendidissimũ immensumq; lumen est, naturalẽ inclinationem habet vt se diffundat, vt sibi soli nil singulare reseruet, ut se totum effluat atq; communicet. Itaq; diuinæ beatitudinis plenitudo consortium exigit, non ob suam indigentiam, sed ob interminabilem suam exuberantiã. Et quoniam natura dei talis est, vt propter propriam fœcũditatem sine cõnaturali germine esse non possit. Nil quippe beatum est neq; perfectum, sine operatiõe ad quã ex propria natura inclinationẽ aptitudinemq; sortitur. Vnde gaudium & amor seu delectatio quã habet pater in filio ac spiritu sancto, non oritur in patre, neq; causatur in patre à filio aut spiritu sancto: Pater equidem ab illis nil vtiq; habet nec recipit, sed sicut ex propria bonitate filium genuit, sic ex seipso in illo delectatur & gaudet. Et quoniam filius immensæ bonitatis & pulchritudinis ac sapientiæ est, ideo pater immensa complacentia delectatur in eo: Nam quo homo aliquis melior est in seipso, eo vehementius delectatur in bonitate alterius, præsertimq; propriæ prolis. Et pariformiter de spiritu sancto sentire æquissimũ est. ¶Philosoph⁹. In longum protracta est disputatio ista, de ipsa superfelici æternaq; trinitate, cuius fidem nunc cum delectatione suscipio. Deprecor autem vt de eadẽ compendiose me paululum plenius instruas, sicq; ad alium fidei accedamus articulum. Theologus. Sic fieri velle reor.

¶Compendiosum dogma circa superbeatæ trinitatis notitiam. Articulus.16 Theo.

Hæc

HEc est igitur fides catholica, christiana sapientia, diuina theoria, quoniam ideo deus summe simplex est, quia quicquid in eo est, est diuina essentia, & ipse deus. Sunt autem in deo duæ emanationes ad intra, & tres personæ, quarũ vna à nullo emanat, videlicet pater. Porro, Prima emanationũ diuinarum ad intra est per intellectũ, & est filij, qui est verbum patris ac secũda persona Secunda, emanatio est per voluntatẽ, & est spirit⁹ sanctus, qui est tertia in diuinis persona, & a patre ac filio tanq̃ ab vno principio spiratoreq́; vno procedit, quoniam in patre & filio vna est natura, ac vna voluntas; quemadmodum etiam tres personæ sunt vnus creator, propter identitatem naturæ atque potentiæ, licet autem in ipso simplicissimo deo intellectus & voluntas sint vna potentia, tamen propter rationis proprietatisque distinctionem, alia est in deo emanatio intellectus, atque alia voluntatis, secundum Thomam in prima parte. Quemadmodum etiam licet pater & diuina essentia sint idem non tamen pater est filius, quamuis essentia sit fil.⁹, nec essentia generat vel generatur, licet pater generet filiusque gignatur. Deniq; quicquid adsolute de deo dicitur tribus personis commune est, & de singulis seorsum, itemque de pluribus aut omnibus simul singulariter prædicatur. Vt pater est deus, filius est deus, spiritus sanctus est deus. Pater quoque & filius ac spiritus sanctus sunt vnus deus vnus dominus, vnus omnipotens vn⁹ iustus substantiue. Insuper personæ diuinæ sola rela

tione distinguuntur quæ essentialem diuersitatem inducere nequit, Vnde licet deus prædicetur de patre & filio ac spiritusancto substantialiter, pater tamen & filius ac spiritussanctus non prædicantur de deo nisi relatiue. ¶Præterea quinque sunt in deo notiones, quæ ideo notiones dicuntur quoniam personas notificant, quarum tres patri conueniunt vt pote paternitas, innascibilitas, communis spiratio. Duæ filio, scilicet filiatio, communis spiratio. Vna spirituisancto, videlicet processio, horum quoque nationum tres dicuntur proprietates personales, quoniam vnaqueque earum vni duntaxat personæ est competens, scilicet paternitas, filiatio, processio seu spiratio passiua. Sed & quatuor earum sunt relationes, quia per eas personæ ad se inuicem referuntur, videlicet paternitas, filiatio, processio, communis spiratio, quarum quarta communis est patri & filio qua referuntur ad spiritum sanctum. ¶Insuper eorum quæ de deo dicuntur quædã sunt prædicata essentialia vt deus, bonus, vita, sanctus: quædam personalia vt pater, quædam notionalia Et quoniam filius per conceptionem intellectus ꝓducitur, ideo ea quæ ad intellectum pertinẽt ei magis appropriantur, vt veritas, sapientia, ars, exemplar & similia. Porrò spiritui sancto cum ipse sit ꝓcessio voluntatis ipsi propterea q̃ voluntatis sunt, præsertim appropriantur vt amor, suauitas, osculũ pax, cõnexio, benignitas, sanctitas, bonitas, & talia: cum tamen omnia hæc absolute dicantur, singulisque personis conueniant: patri quoque cum ipse à nullo sit

lo sit æternitas, potẽtia, autoritas, appropriari pos sunt. Aliqua etiam dicuntur de deo ratione creatu rarum, vt dominus, creator, & hæc in multiplici dif ferentia sunt, quemadmodum facile est considera- re. Sufficiunt ne tibi hæc Philosophe an plura requi ris? P. Vere sufficiunt ó præclare Theologe, & vt cerno magna extat sapientiæ Christianæ subtilitas, vehemensque profunditas. T. Hoc tibi posterius lucidius innotescet. Propterea demum eruditissimi viri Hugo de sancto victore & Richardus, Qui in- qũt fidei Christianæ simplicitatẽ contẽnunt, Chri- stianorum Theologorum sapientiam obstupescãt; hoc autem tibi post pauca patebit, dum de sa- cramẽto altaris, de hierachijs cœlestibus, de in carnatione verbi, de felicitate cęlesti se tra ctatus obtulerit. P. Nunc igitur tertiũ aggrediamur fidei articulum. T. Tertius ni fallor fidei nostræ ar ticulus scd̃m assignatã in pri- cipio seriẽ de creatione re rum consistit. Itaq; qm̃ iam à cõtemplatiõe diuinæ maiestatis ad creata descẽ dere inchoa mus, ab exor- dio nouo nos incipere par est, P. Hoc decet.

Hugo vi ctorinus. Richar. v

¶ Explicit liber secundus C 4 Incipit

## ¶INCIPIT LIBER TERTIVS DE creatione distinctioneq; rerum.

### ¶Procemium.



N principio creauit deus cœlum & terram. Quemadmodum ó Philosophe ille tuus commentator Auerrois narrat atque irridet. In hoc tres sectæ conueniunt, Iudæorum videlicet Mahumetorum & Christianorum, q; totus mundus à deo per creationem incepit P. Quoniam secundum Aristotelem. Ab hoc summo primoq; ente omnibus communicatū est esse & viuere, his quidem clarius, his autem obscurius. Qui denuo duodecimo primę philosophiæ fatetur: Quoniam ab hoc ente quod est purus actꝰ dependent cœlum & terra ac tota vniuersi natura. Propterea de hoc has sectas non reprobo, q; oñia à deo processisse affirmant, Imo nec Auerrois illud negauit, quippe qui in libro de substantia orbis asseruit, q; nunq̃ fuerat intentio Aristotelis dicere q; cœlum duntaxat quo ad suum motum dependeret à deo, sed q; insuper totam suam substantiam haberet ab eo. Veruntamē de principio isto in quo omnia à deo facta fateris ambiguitas mihi occurrit, quemadmodum videlicet verbum istud intelligas. In principio creauit deus cœlum & terram, Mundus enim licet secundum summos Philosophos à deo effluxit, nihilominus ab æterno fuit; quemadmodum luci splendor coæuus est. T. Quoniam omne ens finitū ac imperfectū ab infinito perfectoq; ente

Gene. 1. Auerrois


Aristot.

Idem.

Auerro. Aristote

nec fluxisse concedis, disputatio nostra breuiata ē. Attamen agnosce q secundum fidem diuinam mũdus ex tempore, magis autem cum tempore incepit, Intelligentia equidem cœlum, tempus atq materia quatuor coequeua censemus, quoniam simul creata sunt nec ab æterno fuerunt, Sed est dare certam temporis mensuram ac determinata curricula quibus ista totusq mundus extiterit P. Cōtra hoc octauo phisicorum & alibi Aristoteles multipliciter arguit. Sed antequam tibi obijciam primo mihi clare ac plene insinua, quid de mundi creatione fides tua erudiat. ¶Explicit prologus.

¶Quid de creatiōe mūdi fides doceat orthodoxa.
Articulus primus. Theologus.



Eteris illi⁹ testamēti ac Moysaicę legis scriptura, cui⁹ scđm fidelissimum Aug. maior extat autoritas, quā alicui⁹ hūanę rōnis pspicacitas, ī ipso suo exordio creationē mūdi edocuit, cui⁹ vtiq creatiōis existētia, mod⁹, temp⁹, & causa Mosi diuinit⁹ reserata sunt. Deniq; vt ampliorē tibi mirandi arguendi ac sciscitandi materiam prębeam, verba ipsius tibi in propria forma proponam, Sic nempe exorsus est. In principio creauit deus cœlum & terram, terra autem erat inanis & vacua, & tenebre erant super faciem abissi & spiritus domini ferebatur super aquas. Dixitque deus fiat lux, & facta est lux, Et vidit deus lucem q esset bona & diuisit lucem à tenebris. Appellauitq; lucem diem & tenebras noctem. Factumque est vespere & mane dies

Augustī.

Genesī. 1

Ibidem. dies vnus. Dixit quoque deus fiat firmamentũ in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum, diuisitque aquas, quæ erant sub firmamento ab aquis, quæ erant supra firmamentum, Et factum est ita. Vocauitque deus firmamentum cœlum & factum est vespere & mane dies secundus. Dixit vero deus, Congregentur aquę

Ibidem. quæ sub cęlo sunt in vnum locum & appareat arida, Factumque est ita, & vocauit deus aridam terram, congregationesque aquarum appellauit maria. Et vidit deus quod esset bonum & ait. Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram.

Gene. 1. Et factum est ita, & protulit terra herbam virentẽ & afferentem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens vnumquodque sementem secundum speciem suam, & vidit deus quod esset bonum, factumque est vespere & mane dies tertius. Dixit autem deus. Fiant luminaria in firmamento cœli & diuidant diem ac noctem, & sint in signa & tempora & dies & annos, & luceant in fir-

Ibidem. mamento cęli & illuminent terram, & factum est ita, Fecitque deus duo magna luminaria, luminare maius vt preesset diei, & luminare minus vt preesset nocti, & stellas, & posuit eas in firmamento cęli vt lucerent super terram & præessent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras, & vidit deus quod esset bonum, & factum est vespere & mane dies quartus. Dixit etiam deus, Producant aquæ reptile animæ

animæ viuentis & volatile super terram sub firma mento cęli. Creauitque deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem quam produxerant aquæ in species suas & omne volatile secundum genus suum. Et vidit deus quod esset bonum, benedixitque illis dicens: Crescite & multiplicamini & replete aquas maris, auesque multiplicentur super terram. Et factum est vespere & mane dies quintus. Dixit quoque deus, producat terra animam viuentem in genere suo. iumenta atque reptilia, atque bestias terræ secundum species suas. Factumque est ita, atque fecit deus bestias terræ iuxta species suas & iumenta atque omne reptile in genere suo. Et vidit deus quod esset bonũ et ait Faciamus hominẽ ad imaginem atque similitudinem nostram, & presit piscibus maris, & volatilibus cęli, atque bestiis terræ, vniuersæque creaturæ, omnique reptili quod mouetur in terra. Et creauit deus hominem ad imaginem atque similitudinem suam propriam. ¶Viditque deus cuncta quæ ipse fecerat, & erant valde bona. Et factum est vespere & mane dies sextus. Et requieuit deus noster omnipotens die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. Gene. I.

¶En introduxi atque aperui tibi scripturam veritatis atque legis diuinæ, cui contradici non potest nisi à falsario itemque iniquo. Philosophus. In scriptura proposita tot continentur quæ naturali Philosophiæ atque vt videtur omni veræ rationi repugnant, vt præ multitudine admira-

tionis

admirationis quid primo tibi obijciam vix queam aspicere. T. Dubia tua atque instantias ordinate ꝓpone, quatenus ordinate tibi respondeam, ipsaque sanctissimæ huius scripturæ veritas splendidius elucescat. P. Si inducta rite concipio, tunc secundū sex interualla dierum & non simul in eodem instanti condita sunt vniuersa. Rursus, non ab æterno extitit mundus, sed est assignare determinatum temp⁹ quo fuit. T. Vltimum istud necesse est credere. Primum autem licet literæ secundum superficialem eius sententiam consonet, tamen quia à doctorib⁹ sanctis litera tacta dupliciter exponitur, ideo primū non est de necessitate integritateque fidei. Sufficit enim credere omnia esse à deo ex temporee condita, sed an simul an secundum temporalia interualla, non est ad fidem necessario pertinens, prout plenius si exigeris dicam. P. Primo ergo pro viribus tibi propono probare ꝙ ab æterno atque imcōmutabili deo non potuit, neque decenter debuit mundus ex temporali creari initio.

¶Probatiões Philosophi, ꝙ mūdus ab æterno fuit Articulus, 2. Philosophus.

Aristot. INtroducam in primis rationes quas multis in locis Aristoteles contra temporalem mundi productionem inseruit. T. Audi me paululum nec indigneris quia præuenio te. En fateor tecum, quoniā omnium princeps Philosophorum Aristoteles iustissime dictus est. Ne igitur tempus infructuose perdamus aduerte quod dico. Licet varias rationes ad comprobandum mundum esse æternum

num vir ingeniosissimus composuerit, nihilominꝰ vt vir vere subtilis optime recognouit, imo & palam id fassus est, rationes suas non esse demonstratiuas, sed duntaxat probabiles. Ait nempe in libro Topicorum. Problema de æternitate mundi esse problema neutrum, id est pro vtraque parte probabile. In quo vtique verbo euidenter supponit totum mundum à deo fluxisse, & hoc quidem agnouit demonstrabile, sed an ab æterno extiterit, an certe ex tempore ceperit, probabile æstimauit. P. Licet non arbitrer ideo te ista dixisse vt per hæc quasi industriose argumentorum meorum virtutem euadas, nihilominus aliqua tibi eius argumenta proponã, quatenus eis solutis conijcere queam quid ad similia dicere valeas. T. Fortiores tam eius quã aliorum rationes compendiosæ nunc profer, quatenus ad difficiliora celerius pertingamus. P. En primo cœli & mundi taliter argumẽtatus est Aristoteles. Quod est ingenerabile & incorruptibile hoc est perpetuum & econuerso, sed cœlum est tale, non enim habet contrarium, vnde nec generabile extat. ¶Denique primo Phisicorum sic arguit. Materia prima est ingenita & incorruptibilis, non enim resolui potest in aliud prius subiectum. Materia autem nequit esse informis. Materia ergo mundi formis fuit semper informata fuit, & per consequens mundus semper fuit & erit. T. Rationes istæ atque consimiles faciles sunt, nec intentioni fidei Christianæ in aliquo contradicunt. Non enim ponimus substantiam mundi per naturalem mutationem,

Arist. in Topicis.

Arist. de cœlo & mundo.

Idem. Arist. li. Phisico.

nem, seu generationem aut temporalem exitũ, sed simplici emanatione à deo per creationem fluxisse. Vñ cęlum non est generabile aut corruptibile generatione naturali, corruptioneq́ phisica. Materia q̃ꝗ perpetua est, nec est vnq̃ informis propter quod per successiuum naturalemque motum inchoari non potuit, nihilominus per creationem quæ instantanea est vna cum forma sua incepit P. Si rationes istæ tam inualidæ sunt, cur eas Aristoteles summus adduxit. T. Contra positiones Philosophorum qui eum præcesserunt satis efficaces existunt. Empedocles equidem sic posuit mundum generabilem esse & corruptibilem, sicut & cætera particularia inferiora. ¶Porro Anaxagoras ponit res ab æterno quieuisse ac postmodum per intellectum extrahentem in speciem & ordinem esse redactas. ¶Democritus vero ponit res ab æterno inordinato q̃dam motu agitari, atque post hoc casu in proprias species esse vnitas. Contra positiones huiusmodi efficaciter satis Aristoteles arguit. P. Auicenna sic arguit. Si deus præcessit mundum duratione, ergo & tempore. Nam duratio cum includat prius & posterius, respectu eius quod post eam est, temporalis erit, ergo ante mũdum tempus fuisset. Auerrois quoque taliter arguit. Natura non patitur vacuum esse. Si ergo mundus ab æterno non fuit, vbi nunc est mundus ante erat vacuum, quod natura non sustinet. T. Rationes istæ debiles valde sunt. Præcessit nanque creator omnipotens atque benedictus mundũ duratione non temporis, sed æternitatis

Arist. li. 1. de cęlo & mundo.
Anaxag.
Democri.
Aristote.
Auicen.
Auerrois

nitatis. Ideoque ante mundum non erat prius & posteri⁹, nisi secundum imaginationem duntaxat, quemadmodum nos quoque fatemur deum potuisse mundum prius fecisse quam fecit, inquantũ sub æternitate infinita tempora imaginari nil prohibet, quæ si fuissent omnibus illis æternitas affuisset. ¶ Præterea vacuum non dicitur solum negatiue, sed etiam priuatiue, ideoque dimensiones separatas requirit, quæ vtique ante mundum non erant, vnde nec vacuum magis erat vbi iam mundus est, quam nunc sit vacuum extra mundum.

Philosophus. Nunc igitur fortiores rationes aggrediar. Vnicuique equidem enti competit agere secundum modum proprij esse atque naturæ. Nã & modus agendi parificatur modo essendi. Cum ergo diuinum esse sit prorsus vniformiter, æternaliterque eodem modo se habens. Imo & diuina natura sit quedam supersimplicissima vnitas nullam alteritatem suscipiens, videtur quód operatio quoque dei vniformis æternaque erit. Idem nanque inquantum idem facit idem. Creatio igitur vniuersi sine temporali initio extitit. Præterea intelligere nemo valet ꝙ is qui nunc aliquid efficit quod ante non fecit, sit penitus eodem modo se habens. Nam qui actualiter aliquid facit est velut in actu, qui autem acturus est quidpiam, & nondum id facit est in potentia. Deus autem semper eodem modo se habet, nõ ergo aliquando mundũ ꝓduxit & nõ añ. Insuꝑ sapiens actor sine legitima causa op⁹ suũ nõ differt, imo nec bñ ordĩata voluntas

Arist. de ban⁹.

effectum

effectum suum sine ratione retardat. Deus autem sapientissimus vtique est, eiusque demum voluntas semper rectissima extat. Si igitur vniuersum ab æterno non condidit, propter causam aliquam distulit, voluntasque eius aliquid expectauit, ob cui⁹ absentiam opus retardauit. Huius autem dilationis causam aperies, & cur diuina voluntas per innumerabilia secula mũdum creare tardauit te assignare nunc restat. At uero cui semper est agendi vna compar& ratio, hoc non magis producit effectum nunc quam tunc. Deus autem est agens per essentiam, imo per esse suum. Quippe cum sit simplicissimũ primumque agens. Deo igitur non est alia ratio operandi quam proprie bonitatis essentia. Hæc autem semper vna est & equaliter inuariabiliter& se habens. Deus ergo per eam inuariabiliter agit, nec est ratio cur agat modo & non ante, nisi forte ex parte recipientis indispositi quod ante mundi molitionẽ nõ erat. Amplius, quod melius est, itemque decentius, id deo asscribere par est, sed dignius est esse causam in actu quam in potentia tantum. Melius quoque videtur mũdum esse quã non esse. Deus ergo cum sit præstantissimus actor, ac cuncta decentissime faciens, æternaliter in actu mundi extitit causa. Sunt denique alia multa similia, sed quoniam multa difficiliora restare nobis affirmas, ideo his solutis quiescam. Theolog⁹. Omnium rationum tuarum solutio ex vno fundamẽto procedit. Ad primum ergo respondeo quod licet modus agendi sequatur modum essendi, non tamẽ

men omne agens naturaliter agit, quædam enim intellectualiter & libere operantur: hoc autem verum est ꝙ omne agens agit secundum ꝙ est in actu & secundum proprietatem suæ naturæ. Ideoq; cũ diuina natura sit non solum natura, sed intellectualis quoque atq; liberrima, ideo omnia quæ facit ad extra liberrime ac sapientialiter facit, vnde non est deus mundi productor de necessitate naturæ, quẽ admodum splendor fluit à luce, sed prouida volũtate, vti & dona procedunt à dante, artificiata quoq; ab artifice, & ob id non oportet vt mundus deo coæternus existat, sed tunc esse inceperit cum volũtati diuinæ complacuit. ¶Cum vero adiungis ꝙ idẽ inquantum idem facit idem, & ob id deus qui semper se vniformiter habet, inuariabiliter mundum creauit, sic ꝙ non potius nunc q̃ tunc. Respondeo ꝙ ipsa quoque diuina voluntas atque scientia penitus incommutabilis est, & vniformi modo se habeat. Ideoq; ex parte diuinæ voluntatis creantis ac diuinæ scientiæ disponentis, inuariabiliter instituta & executa est mundi molicio. In eo nempe instãti quo conditus est, eundem producere creator in sua sapientia ab æterno decreuit & voluit. Agens nanque per voluntatem non agit secundũ esse suũ duntaxat, sed secundum libertatis suę propositum. Deus autem sanctus & adorandus cuncta & singula quæ per temporales vitæ huius decursus producit, in ipso æternitatis suæ momento ab æterno p̃uidit atq; disposuit, & cum primum fecit vltimum vidit, quoniam secundum præinducta vniuersa q̃

in eo in quo subsistit loco creasse, quasi ipse deus fortis & viuens magis extiterit ante mundum, & ab æterno in loco isto in quo mundum hunc posuit, q̃ extra mũdum & alibi. Ipse nanque deus prorsus intemporalis & illocalis atq; immensus est, nullamq; quantum in se est habitudinẽ habet ad locũ nec potius in isto mundo est quam extra eum tam supra quam infra, nisi inquantũ magis hic se diffundit, & agit, quam extra. Absit equidem vt id quod scriptum est, Cœlum & terram ego impleo, sic de deo dictũ arbitremur, quasi mũdi huius limitibus terminetur aut circumscribatur esse diuinum. Ipsa nanq; super essentialis & omnino ignota, incomprehensibilisque diuinitas, non nisi in seipsa verissime est, a cuius imitatione cum ipsaquoque immaterialia in infinitum deficiant, quanto magis sensibilia atque corporea penitus incomparabiliter distant. Ex his ni fallor nũc patet tertiæ obiectionis solutio, licet enim diuinæ naturæ esse & bonitas sit deo principium ratio q; agendi, non tamen simpliciter: sed inquantum diuinus intellectus vult propriæ bonitatis perfectiones in rebus creatis varie relucere, vnde & mundum ex tempore fecit, vt diuinæ bonitatis libertas per hoc splenderet in rebus. ¶ Ad vltimam autem instantiam dico, quod causa cuius perfectio ex proprio effectu dependet, perfectiori modo se habet dum in actu est quam ante. Deus autem sic mundi causa non est, quippe qui bonorum nostrorum non eget, quoniam ipse in seipso infinitis diuitiis, plenus

Thomas cõtra gẽtiles.

Hie..i3.23

Psalm.15

plenus est, in omni pulchritudine atq; dulcedine, in omni sapientia & virtute, in omni claritate & libertate, in õni felicitate & gloria. P. Studiose & sufficienter omnino respondisti Theologe, & vt cerno bene dixit Aristoteles, q̃ quęstio de æternitate mũdi sit pro vtraque parte probabilis, Nunc ergo aggrediamur quæ restant. Porro quemadmodũ paulo ante prætactum est, secundum sex interualla dierum consummata est mundi creatio. Attamẽ quoniam dixisti q̃ à magistris catholicis ordo siue successus ille dierum diuersimode quidem exponitur Ideo antequam de hac quęstione exordiar, primũ desidero expositiones orthodoxorum de proposita litera geneseos audire doctorum. The. Agam & non sine labore quod optas.

Arist. li. 2 de c. & m

Gene. 1.

Art. 1. li. 2

Gene. 1.

¶De duplici expositiõe principij libri geneseos, de creatione mundi ac interuallis dierũ. Art. 3. The

Gene. 1.

SI præinductam libri Geneseos literam subtiliter aduertisti, nullam in eo de spiritualiũ creatione substantiarum apertam mentionem audisti, quia nec angelorum, nec intelligentiarum nomen vel semel expressum est. P. Sic esse fateor idq; admiror, præsertim cum spirituales substantiæ sint pars mundi prestantior, & ideo vt videtur eorum quoque creatio diligentius describenda extiterat. T. In primis itaque scito q̃ inter Grecorum atq; Latinorum doctores præcipuos hæc vna dissentio ẽ, quoniam Grecorum doctores asserunt ante mundum sensibilem spirituales naturas videlicet angelos esse creatas, Species autem & res mundi sensibilis,

sibilis,sicut litera genesis superficialiter sonat, aiūt secundum dierum successus esse creatas. Augustin⁹ vero vtriusq; tenet oppositum, astruens omnia tā spiritualia q̄ corporalia simul tempore quo ad species esse producta. Posteriores vero vt Gregorius & Beda cum pluribus, partim Augustino, partimq; Grecis consentiunt, Nempe cū Grecis in primordiali rerum productione dierum interualla concedunt. Cum Augustino autem spiritualia vna cum corporalibus asserunt facta. Veruntamen omnes isti in eo quod per se ad fidem requiritur coeunt. Hieronimus quoque atque Hylarius inter latinorum doctores præcipui, in hoc cum Grecis concordare videntur, ꝙ angeli ante mundum sensibilem facti sint. P. In vtroque istorum Augustino omnino concordandum reor plus alijs, Nam secundum Peripateticos intelligentia, orbis, tempus, & materia sunt quatuor coequeua, vnde simul facta videtur, nec videtur cur omnipotens, itemque infinita dei potestas per temporum interualla mundum ediderit, cum infinitæ potentiæ sit agere in instanti, non enim agit per motum. T. In hoc tecum cōcordo, ꝙ naturali rationi Augustinus amplius consonat. Nam & ideo positionem suam adinuenit, vt scripturam sacram & simplicem ab infidelium irrisione defenderet. Attamen si ei amplius coherere præelegis, sic ei consentiendum aduerte, ꝙ partem alteram non spernas, nec reprobes, neque erroneam reputes, præsertim propter autoritatem Greg. Nazanz eni cuius auditor erat Hieron, qui Grego.

Augusti. supra Ce.
¶ Doctorū diuersa sententia
Gregori. Beda Augusti.
Hiero. super Gen. Hilarius.
Scola Perip. sentē
Augusti.
Gregori. Nazani. Hieroni. Gre. Naz

tantę erat autoritatis, quod nullus ei in sacræ scripturæ expositione obuiare præsumpserit, quēadmodū nec beatissimo ac fidelis. Athanasio. P, Quid ergo simplicis censes tenendū? Theologus, omnes nunc latinorum doctores Augustino adhærent in hoc, quod spirituales substantiæ, vna cum mundo sensibili sint creatæ. Philosophus, Sunt autoritates scripturæ autenticæ ad hoc? Theologus, Ita videtur. Scriptū est
Eccli. 1 enim: Primo omnium creata est sapientia. Quod
Eccli. 24 de natura angelica Magister sentētiarum exponit. Et secundum Thomam de sapientia creata intelligi potest. De qua alibi legitur Effudit illam deus super
Eccli. 1 omnia opera sua. Demum quoque ait scriptura. Ini-
Psal. 101 tio tu domine terram fundasti. Sed idem est dicere. Primo omnium & initio, ergo angelus & terra si-
Gene. 1 mul creata sunt. Et in exordio genesis: In principio creauit deus cœlum & terram. Itaque cęlum, terra & angelus coeua sunt, Cęlum autem sicut non sine motu, sic nec sine tempore extat: habemus ergo quatuor coequeua. Porro in libro Ecclesiasti. scriptum est: Qui viuit in æternum, creauit omnia simul. Phi, Magis mihi placet ista augustini positio: Sed dic cur de creatione nobilissimarum creaturarum, vtpote angelorum conticuit Moyses. T, Secundum hanc quam iam prælegisti sententiam, nequequam conticuit. Sicut enim per terram intelliguntur habitatores atque contēti in ea, sic per cœlum incole cœli, videlicet angeli intelliguntur. Denique quod scriptum est: In principio creauit deus cœlum & terram, non de hoc stellato & visi-
bili

bili cœlo oportet intelligi:hoc nanque secundum literam præinductam si recolis,secunda die factũ est,cum diuisit deus aquas ab aquis,in earundem medio firmamentum constituens,in quo stellæ leguntur positæ quarto die. P, Cum dubitationum tumultus,admirationisq; impetus me prorsus cõturbent & occupent,precor vt sine dilatione mihi explanes literam istam Genesios. T, Augustinus doctor vniuersorum fidelium distinguit sex dies secundum repræsentationem spiritualis lucis, sex rerum generibus factam. Nempe secundum eum,sex ibi dies sunt vnus dies,nõ motu solis causatus,sed sex rerum distinctionibus,secundũ quas numeratur:menti angelicæ ꝑsentatus. Sicut enim natura angelica est quoddam lumen diuinum in se,immateriale & purũ,sic eius illustratio dies vocatur. Creator vero omnipotens in originali rerũ molitione,omnium sensibilium cognitionem angelis præstitit. Vnde cognitio angeli dies dicitur,in quantum per eam lumen intellectus angeli rebus quodammodo præsentabatur,& super eas expãdebatur. Ideoq; secundum diuersa rerum cognitarum genera,dies isti perhibentur distincti. ¶Cum ergo prima die legatur formata lux, per hanc lucem intelligit Augustinus naturam angelicam, q̃ per conuersionem sui ad deum primo est die formata. Secundo die formatum est firmamentum, & ita deinceps. Iste autem ordo non est temporis, sed naturæ. Et ergo q̃ naturaliter priora sunt, primo feruntur creata. Itaq; secũdũ augustinum: In principio simul facta atque distincta sunt H 4 an-

Gene. 1

angelus, cœlum & elementa. Prima quoque rerũ indiuidua in his quæ ex mare fœminaque gignunt. Cætera vero quæ nunc vsque fiunt, videlicet generabilia ista secundum rationes seminales asserit facta. Cũ ergo naturaliter fit terra añ animalia, & aq̃ ante pisces, ideo terra priusq̃ animalia, & aqua ante pisces facta scribuntur.

¶Dubitationes & obiectiones Philo. contra literã Geneseos. Art, 4. Philosophus.

CVm sapientis opificis sit ordinatũ opus producere, nequaq̃ dici posse videtur in principio res in quodam esse confuso & inordinato factas fuisse. Nõ enim decuit sapiẽtissimũ deũ tã, indispositum, tenebrosum atque informe opus originaliter facere. ¶Præterea asseruisti pauloante nõ esse erroneũ, neque à textu alienũ, arbitrari res primo fuisse confusas, demũq; per diurnas vicissitudines in speciem ordinemq; redactas, sed hoc impossibile est: Materia nãque esse non potest informis, cum sit pura potẽtia: abinitio ergo formata fuit atq; certis formis distĩcta. Deniq; qđ enti naturale ẽ, hoc semper conuenit ei. Sed loc⁹ quem aquæ abyssi nunc habent, naturalis est eis, ergo ab exordio in eo fuerunt. Et si extra eũ fuissent, hoc eis violentũ fuissent. Nõ ergo die tertia in vnum sunt locũ vnitæ, sed neque in vnum locum congregari poterãt, sed omnem terram occupabant: nisi quædam quę scilicet in vallibus erant contra montana ascendissent, quod naturaliter fieri non valebat, ergo miraculose hoc cõtigit, Hoc aũt dici nõ potest scdm Augustinum

Articulo 3. li. 2

Augusti.

ftinum. In primeua rerum institutione non quæritur quid deus potuit, sed quid rerum naturis conuenit. Insuper secundum Platonē: Cum opifex mundi speciosissimus sit, & infinita claritate resplēdēs, pulcherrimum itemque prælucidum opus ab eo fieri decuit. Non igitur recte ait scriptura, ꝙ terra erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi. Sic enim deus opus suum à tenebris inchoasset, quod deo lucis non competit. Amplius quid intelligis per lucem cum scriptum est. Dixit deus fiat lux. Si substātiā, ergo postea inepte dicitur, vocauit deus lucem diem. Dies enim est accidens, ergo per lucem intelligitur accidens, sed accidens sine subiecto esse nequit, ergo alicui substantiæ influxit illā lucē, quæ suo splendore diē causaret. Substantia vero lucida q̄ diei ē causa, ē sol. Sed sol quarto die fact⁹ describitur, hæc aūt lux primo die, implicat ergo ista scriptura. Atuero si præhabitorum rite recordor, tunc firmamentum secundo die effectum est. De quo ergo cœlo ait scriptura: In principio, id est, ante omnem diem, vel saltem in primæ diei initio, fecit deus cœlum & terram. Adhuc autem eorum est vnus locus atque proprietas, quarum vna est species & conformis natura: Cum ergo aqua naturaliter sub cœlo, imo sub igne & aere sit, ac terræ contigua, quomodo ait scriptura esse aquas supra firmamentum seu cœlum. Si vero ibi sint aquæ, cur ibi sunt, & an mouentur cum cœlo aut quiescunt, inerrogo. Insuper, si secunda die firmamentum ē factum, vel ergo est tunc omnino creatum, aut cer

Plato in Thimeo

Gen̄.1.

Ibidem.

Aristote.

Gene,1.

te de præiacenti materia, vtpote in principio creata formarum, si est tunc creatū, sequitur ꝙ deus nō creauit omnia simul, nec materialiter, neq; formaliter. Si autem est de præiacenti materia factum, vel de materia cœlesti vel elementari. Non de cœlesti, quoniam materia cœlestiū non est diuersarum capax formarum, nec corpora cęlestia generabilia & corruptibilia sunt, vt ex vno fieri aliud queat. Nec etiā de elementari: & ad hoc inducere possem oēs Arist. rationes, quas sparsim & maxime in libro de cœlo & mundo induxit, quas vtiq; tibi diligenter obijciam, si dixeris cœlum elementaris esse naturę.

Arist. li. 1 de c. & m
Arist. li. 3 de c. & m
Gene. 1.

¶Deniq;, omnibus his vehemētius miror ꝙ luminaria cœli, solem, lunam, & sidera quarto astruis facta. Stellæ enī sunt dēsiores partes orbium propriorum. Quomodo ergo post orbes sunt conditæ, sed & quomodo posuit eas deus in firmamento cœli? Nunquid diuisit aut foramina fecit deus benedictus, & æternus, ac sanctus in cœlo, vt insereret stellas eidem. Porro cum sol suo cursu sit causa diei noctisq;, quomodo ante eius productionem tres dies pręibant. Rursus secundum demonstrationes Peripateticorum, causæ cœlestes sunt essentialiter subordinatæ. Non ergo potest vna operari, & per consequens nec esse sine altera. Nēpe cū vna virtus absq; alia haberi non queat, eo ꝙ virtutes concatenatę dicantur, quomodo vnum astrum vel corpus cęleste sine alio esse valebat, quorum concathenatio vel maior est aut certe non minor? ¶Postq̄ o Theologe ad ista responderis, introducam quæ restant

Hieroni.

Respon-

¶Responsio Theologi ad præinductas instantias. Articulus.5. Theologus.

Quemadmodum Augustinus noster testatẽ. Maior est huius libri Genesis de rerum creatione autoritas, q̃ alicuius humanæ rationis perspicacitas. Aduertis ne ô Philosophe, quãta sit scripturæ huius simplicitas, q̃ pauca subtilitas, quam nulla probatio, Solummodo Moyses narrat & asserit, nil penitus probat. P. Hoc vtique consideraui, & quoniam sic est, videtur potius ridenda quam credenda, præsertim cum non solum non probetur, sed rationi contrarietur. Theologus. Stultam fecit deus sapientiam huius mundi. Sed paulisper ausculta. Cui vnquam Philosophorum quantumcunque subtili & magno, tot consenserũt, quot huic scripturæ simplici crediderunt? En non solum omnes Christiani, sed Iudei quoque, itemq; Sarraceni ei consentiunt. Non sic quemadmodum Aristoteli aut Platoni Peripatetici adhærent, vel Stoici, sed tam immobili inuiolabilique consensu, ac firmitate certissima, vt potius mori eligerent, q̃ vel in minimo ꝟbo eandem negare, maxime Christiani. Vnde ergo tanta autoritas scripturæ, tam simplici inpressa allataque est? Philosophus. Populus iste qui rationem ignorat, omnisque Philosophicæ subtilitatis est expers, maledictus est: hi propter suam ruditatem de facile credunt. Theologus. Non ergo perpendis quam doctissimi viri, quam ingeniosissimi atque profundissimi & in omni quoq; naturali sciẽtia eminentes, atq; pcipui

Augustl.

Gorin.1

preindu-

præinductæ scripturæ intellectum suum sine omni ambiguitate subijciunt, & hoc non solum inter Christianos, sed inter alios, insuper quos iam nominaui. Forte non credis Augustino, qui astruit se libros Aristoteles sine commēto intellexisse. Quod si ei non credis, non tamen negare valebis quin fidelis noster Boetius Aristotelis libros de greco in latinum verbum e verbo trāstulerit. Quomodo autem transferre potuit quod non intellexit? Demū si commenta sancti Thomę atque Egidij de Roma super Aristotelis libros vidisses, opinor quod non tantum Alexandri, Themistij & similium, sed ipsius quoque Auerrois commentis præferres. P. Miror ergo cur tanti viri rationem relinquant, ac soli nae rationi consentiant. T. Hoc per autoritatem dicentis contingit. Sciunt enim virum qui hanc scripturā compegit, nedum prophetam, sed eximium etiam esse prophetarum, Ideoque propter autoritatē ipsius, magis vero propter eum qui per prophetam suum locutus est, firmissime credunt scripturę inductę: Nec enim aliter esse possent libri eius tam famosi nisi per diuina signa constaret deum per hominē vatem esse affatum. P. Paululum mihi describe virum istum, qualitatemq́ eius. T. Vir iste Moyses dicitur legislator Hebræorum, qui eosdem de Egipto eduxit, quemadmodum tibi superius dixi. Duxitque eos in deserto horribili annis quadraginta & quanta prodigia per eum fecerit deus patrum suorum, ante si recolis tetigi. P. Bene recordor, sed adauge mihi fidem, & adde quid modicum. T. Non dixi tibi

Augusti. Boethius. Thomas. Egi. Rō. Auerroi. Quis Mo. Exod. 12. Exo. 13. 16. Exod. 7. 8. 9. 10. 11. Num. 20. Exod. 17. Lucæ. 17.

tibi illic quomodo vno atque eodem die duranre Exo. 10.
erat Israhelitis dies prælucida, Egiptijs autem palpabiles tenebræ. P. Quomodo erat hoc. T. Diuina virtute subtrahebatur illuminatio solis terræ in q̃ manebant egiptij, non tamen Hebræis. P. Hoc esset mirabile, sed forte per nubum interpositionem hoc accidit. T. Non tam subito potuit natura tam densas nubes producere, sed nec nubes tantam potuissent caliginem effecisse, erat equidem tempus illud diurnum tenebrosius nocte, quoniam proximum suum nemo Egiptiorum videre valebat. ¶Fecit q̃
Ibidem.
ꝗ alia maxima signa Moyses in Egipto, in tantum vt esset vir magnus valde apud Pharao. ministros Fxod. ii.
Porro cum in monte Sinai legem à deo recepturus erat, prędixit hoc populo, venitq; populus cum eo Ex.19:20
vsq; ad montem, & illic omni plebe spectãte, cuius Nu.i.
numerus erat sex cẽta milia præter mulieres & paruulos ac vulgus Egiptiacum apparuit gloria dei, totus enim mons stabat ardens & fumigans, fiebantq; insuper fulgura atque tonitrua, & audiebantur tubæ altisonæ tam terribiliter ac euidenter, vt diceret Moysi populus. Non loquatur nobis dominus ne forte moriamur. Post hæc ascendit in montem Moyses vniuersis relictis, & erat quadraginta diebus, neque bibens neque manducans. Post quos descendit portans in manu duas tabulas, legem decem preceptorum continentes ac digito dei inscripta s Et ecce propter colloquium & familiaritatẽ cum deo apparuit facies eius cornuta, id est tã splendida ac radiosa, vt eam inspicere non potuerit populus
Ex.20:34
Exo. 12.

populus

pulus. Ideoque populo loquens vultum panno velabat. Per omnes autem illos quadraginta annos, locutus est ei deus tam familiariter vt loqui solet amico amicus, non vtique in abscondito, sed vniuersis cernentibus descendit columna nubis & obumbrauit tabernaculum in quo Moyses fuit, &

Exo. 13. illic loquebatur el deus, non quidem immediate &

Exo. 40. in propria persona, sed per angelum diuinitati sub ministrantem. Enimuero inter cetera magnalia quæ de eo creduntur, hoc etiam asserimus quod in vita ista mortali vidit diuinam essentiam, sicut de eo deus testatur Palam inquiens & non per enigmata videt deum. Hic est Moses qui quinque libros conscripsit, & in eorum primi exordio ait quod nunc introduxi, cuius autoritati propter eum qui per eum locutus est fermissime credimus, quoniam spiritus sanctus, spiritus vtique veritatis, reuelauit eidem cuncta quæ scripsit. ¶Denique cum centum viginti esset annorum non caligauit oculus eius nec moti sunt dentes eius, & deo sibi reuelante se moriturum insinuatis, statuit ministrum suum Iosue pro se populi ducem. Ipse vero montem Thabor conscendens in eodem mortuus est, & non cognouit homo sepulchrum eius vsque in hodiernum diem.

Num. 12. Thomas Deut. 34.

P. Dum ista illis connecto quæ in præcedentibus mihi de mirabilibus veteris legis & populi disseruisti, mirari cesso quod tanto viro credatur id quoque considero quod cum scriptura eius tantæ simplicitatis sit ac sine probatione humana, non est verisimile quod libri eius tam reputati famosique essent, nisi singularis quædam prerogatiua diuinæ participationis

in eo fuisset. T. Hoc certius scires si totã librorũ su orũ historiã conspexisses. P, Quia tñ secundum dicta à te fides ratione vinci non potest, obiectiones & dubia quæ adduxi quęso absolue. T. Ita expedit, sed a nouo articulo ordiendum opinor.

¶ Solutio obiectionum Philosophi, Articulus, 6. Theologus.

QVicunq; Christianorum, infideli persuadere conatur nisi in lege sua habundet frustra enititur. Ego igitur si Augustini sententiam assequi vellem, aliosq; negare catholicos, instantias tuas non indigerem dissoluere, quia nec cõtra expositionem militant Augustini, sed quoniam cõtestatus sum alios quoq; expositores sanctos eẽ omni reuerentia vere dignissimos, ideo ne ipsi reprobandi appareant, præsertimque ne ipsa sacræ scripturæ superficies quæ dierum interualla aperte fatetur, in rerum creatione videatur spernenda, obiectiones tuas soluere habeo. ¶ Dico ergo ad primũ q; deus benedictus & sapiẽs cuncta ordinatissime producit. Res autem quæ creantur anteq̃ creantur omni existentia carent. Cum autem in propria natura creatæ distinctæque sunt in suo genere perfecte existunt. Natura autem à distanti in distans, seu ab extremo in extremum non procedit nisi per medium secundum Dionysium. Ideoque cõdecuit vt res à primo omni esse, carebant, non ĩmediate in suo esse completo atque perfecto constituerẽtur, sed primo in esse imperfecto confusoque fierent, ac postremo distinctionẽ, itemq; ornatũ à creatore susci-

suscip̄erent,quatenus per hoc euidentissime resplē-
deret,quanta sit dei creantis libertas atque poten
tia:Rerum vero creatarum dependentia imperfe-
ctioq́. Ad secundum dico quod materia non erat
sic confusa tanq̄ omni forma priuata, sed quia res
creatæ corporeæ vltimatas suas perfectiones,vide
licet locum,virtutem causalem,cęterasq́ proprieta
tes nondum erant sortitæ. Cū enim dicitur:In prin
Genesi,i. cipio creauit deus cœlum & terram,nomine terræ
cætera vtique elementa rite sunt intelligenda, Nā
de aqua protinus dicitur, & spiritus domini fere-
batur super aquas, quæ postea à terra diuisæ & in
vnum collectæ scribuntur. ¶ Ad alias duas rationēs
sequētes vna ē solutio: Aliter nēpe de ipso rei initio
seu de re prout in fieri est,iudicare oportet, quā de
re iam instituta atque completa Cuius aptissimum
Rabbi Moyses. exemplum Rabbi Moses narrat: Ait enim infantē
quēdam à propria terra, natalique solo in insulam
quandam translatum, in qua solitarius viuens an-
nos discretionis adeptus est. Vna ergo dierum cū
quodam loquens,sciscitatus ab eo est de humanæ
modo propaginis. Cumq́ ille ei respōderet,quem-
admodum homo in materno aluo concipiatur,ac
nouem mensibus requiescat, demumq́ per angustā
portam egrediatur, admiratus est puer & credere
noluit,sed vehementer obiecit, q̄ nec per modicū
tempus homo viuere queat nisi respiret,atque simi
lia opponebat. Sic est de te o Philosophe,& tibi si-
milibus quæ ex his quæ nunc in rerum natura fieri
naturaliter cernitis, de ipsa primeua rerum condi-
tione

tione ac proprietate indicare tentatis. Ideoque tibi respōdeo, quod locus quem abyssus nūc habet, ex tunc ei cœpit esse naturalis, ex quo ad eū aquæ deo iubente collectæ sunt. ¶ Denique quod obijcis motum aquarum contra montana violentum fuisse, nihil est; quoniam quod secūdum Peripateticos in generatione mixtorum naturaliter descendunt leuia, vtpote aer & ignis, non quidem ex virtute particularis, sed vniuersalis naturæ. Parimodo itaque & aquę vallium ascendere poterāt. Ad quintū respōdeo, quod vtique deus pulcherrimū opus molitus ē, quemadmodum Plato optime probat, non tamē oportet quod totū rerū ornatū eisdē in principio dederit, sed ordinate & per interualla vt decuit, nec hoc artifici derogat, ratio tamen procederet, si deus opus suum reliquisset informe. Nec sequitur quod deus opus suum à tenebris cęperit, nisi imperfectio corporalis naturæ tenebræ appellentur. Tenebræ enim nil positiuū dicunt. ¶ Ad sextum dicendū, quod salua per omnia veritate ac autoritate sacræ scripturæ, doctores catholici hanc literam de formatione lucis & solis diuersimode satis exponunt. Verūtamen propter compendium nunc vnam viam assumo, quam tibi magis proportionatā opinor. Alijs tamen positionibus nil penitus derogans Dico ergo breuissime, quod per lucem primo die factam intelligitur substantia solis nondū perfecta in suo splendore, & quoniam perfectam claritatē quarto die sortitus est, ideo in ea conditus perhibetur, & per hoc ad vltima duas instantias intercessit

Pla in Ti.

Genesi. 1.

susciperent, quatenus per hoc euidentissime resplē-
deret, quanta sit dei creantis libertas atque poten
tia: Rerum vero creatarum dependentia imperfe-
ctioq;. Ad secundum dico quod materia non erat
sic confusa tanq̄ omni forma priuata, sed quia res
creatæ corporeæ vltimatas suas perfectiones, vide
licet locum, virtutem causalem, cęterasq; proprieta
tes nondum erant sortitæ. Cū enim dicitur: In prin
Genesi.i. cipio creauit deus cœlum & terram, nomine terræ
cætera vtique elementa rite sunt intelligenda. Nā
de aqua protinus dicitur, & spiritus domini fere-
batur super aquas, quæ postea à terra diuisæ & in
vnum collectæ scribuntur. ¶Ad alias duas ratiões
sequētes vna ē solutio: Aliter nēpe de ipso rei initio
seu de re prout in fieri est, iudicare oportet, quā de
re iam instituta atque completa Cuius aptissimum
Rabbi exemplum Rabbi Moses narrat: Ait enim infantē
Moyses. quēdam à propria terra, natalique solo in insulam
quandam translatum, in qua solitarius viuens an-
nos discretionis adeptus est. Vna ergo dierum cū
quodam loquens, sciscitatus ab eo est de humanæ
modo propaginis. Cumq; ille ei respōderet, quem-
admodum homo in materno aluo concipiatur, ac
nouem mensibus requiescat, demunq; per angustā
portam egrediatur, admiratus est puer & credere
noluit, sed vehementer obiecit, q; nec per modicū
tempus homo viuere queat nisi respiret, atque simi
lia opponebat. Sic est de tę o Philosophe, & tibi si-
milibus quæ ex his quæ nuuc in rerum natura fieri
naturaliter cernitis, de ipsa primeua rerum condi-
tione

tione ac proprietate indicare tentatis. Ideoq; tibi respõdeo, quod locus quem abyssus nũc habet, ex tunc ei cępit esse naturalis, ex quo ad eũ aquæ deo iubente collectæ sunt. ¶ Deniq; quod obijcis motum aquarum contra montana violentum fuisse, nihil est; quoniam quod secũdum Peripateticos in generatione mixtorum naturaliter descendũt leuia, vtpote aer & ignis, non quidem ex virtute particularis, sed vniuersalis naturæ, Parimodo itaq; & aquę vallium ascendere poterãt. Ad quintũ respõdeo, quod vtiq; deus pulcherrimũ opus molitus ẽ, quemadmodum Plato optime probat, non tamẽ oportet quod totũ rerũ ornatũ eisdẽ in principio dederit, sed ordinate & per interualla vt decuit, nec hoc artifici derogat, ratio tamen procederet, si deus opus suum reliquisset informe. Nec sequitur q; deus opus suum à tenebris cęperit, nisi imperfectio corporalis naturæ tenebræ appellentur. Tenebræ enim nil positiuũ dicunt. ¶ Ad sextum dicendũ, q; salua per omnia veritate ac autoritate sacræ scripturæ, doctores catholici hanc literam de formatione lucis & solis diuersimode satis exponunt. Verũ tamen propter compendium nunc vnam viam assumo, quam tibi magis proportionatã opinor. Alijs tamen positionibus nil penitus derogans. Dico ergo breuissime, quod per lucem primo die factam intelligitur substantia solis nondũ perfecta in suo splendore, & quoniam perfectam claritatẽ quarto die sortitus est, ideo in ea conditus perhibetur, & per hoc ad vltima duas instantias inr. ore s- Pla. in Ti. Genes. I.

cit solutio. Quoniam & stellæ quarto die factæ dicuntur, non quo ad substantiam, sed quo ad ornatum seu plenam perfectionem, quoniam tunc naturalis eis impressa est claritas. ¶ Ad septimũ dic pro præsenti, quod per aquas quæ sup cœlos sunt, intelligenda sit nona sphera, quæ dicitur cœlũ cristallinum & aqueum, quia in dyaphoneitate cum aqua magis communicat, sicut & cœlum empyreum igneum nominatur, quia lucidissimum est: cœlum vero stellatum, partim quidem est lucidum, partimq; dyaphonicum. Hanc insuper nonam spherã etiam astrologi ponunt. ¶ Quod autem inquiris, cum firmamentum secundo die factum dicatur, de quo cœlo dicat scriptura: In Principio creauit deus cœ-
Genesi. 1. lum, Primo respondere possum, quod de cœlo empyreo quod vt factum est mox angelis est impletum. Rursus dicere possum, sicut & de sole ac stellis disserui, quod scilicet ideo firmamentum, secunda die dicitur factum, quia tunc distinctionem, id est virtutem causalem ac vniuersalẽ accepit, Quarto autem die ornatũ est stellis, quoniã tunc virtutẽ causalem accepit, ad determinatos effectus seu particularẽ, quæ potissime in stellis consistit. Porro secũdum hanc positionem dicere non oportet,
Augusti. quod firmamentũ sit elementaris materiæ, qđ li-
Ambro. cet quis diceret, nõ tñ eũ errare assererẽ, eo q̃ Au-
Damasc. gustinus, Ambrosius, Damascenus, atq; Basilius a-
Basilius. perte sententient cœlum & sydera esse de elementari materia igne & aqua. Itaq; cum præsens materia quo ad hanc partem opinabilis sit inter san-
ctos

ctos theologos ficut inter fummos philofophos, nec ad fidem directe pertineat, quid horum dicat merito, tibi philofophe fufficere debent refponfio nes prætactæ. P. Vere fic eft: fed vnum me mouet, nam fi cœlum & fydera elementaris effent naturę, non effet eis motus circularis naturalis, ficut nec igni & aquæ. T. Ambrofius aperte teftatur cœlum, folem & aftra non fine labore moueri, & ideo fecundum veritatē quādoq; quiefcent. Verūtñ tibi fatisfaciendo refpondere poffem, ficut & Platonici Peripateticis refpōderūt, q̄niā & Plato cęlū & aftra elemētaris eē naturę fatet. Ariftotel. vero primus inuenit hāc Philofophiā, q̄ cęlū fit fpecialis naturę, nec graue nec leue, nec calidū, nec frigidū, nec corruptibile, nec cōtrariaeitati admixtū. Sed q̄niā hęc difputatio nos à pricipali ꝓpofito diftrahit, ideo fi placet ad vtiliora ꝓperam⁹. P. Libenter confentio. Ambrofi Plato. Ari.li .1. de.c.& mi

¶De formatione hominis. Articul. x. Philofop.

CVm fcđm p̄tacta ò theologe tota fides criftiana de cui⁹ articulis difputationē iftā fu mpfim⁹, ad hoīs ordinet falutē, p̄cor te vt de hoīs īftitutione pleni⁹ mihi edifferas T. Hoc ꝓmpte agā, q̄niā id tibi fumme neceffariū ē. Ait enī fcriptura veritatis: Plātauerat aūt dñs de⁹ paradifum voluptatis, à pricipio in q̄ pofuit hoēm quē formauerat. Agnofce ergo q̄a protoplaftū virū Adā fecit extra paradifum, & trāftulit eū in paradifum. Eft autem paradifus locus omni amęnitate repletus, femper temperatiffimus, vniuerfis arboribus, floribus, fructibus, fontibus, atque delicijs adornatus. Genefi.2. Adā vbi format⁹. Paradi. q̄

In hoc loco posuit deus hominem primum, quate-
Eccles. 7 nus locus corresponderet locato. Fecit namq; deus
hominem ab initio rectum, originalem ei concre-
do iustitiam, per quam totus homo in seipso ordi
natus fuerat, obedientiæ per omnia absq; rebelli-
one, carne spiritui, sensu rationi, rationeq; deo. Vn-
de & locus temperatus atq; tranquillus homini ta-
liter instituto conuenit. Hæc vero concreata iusti
Genesi. 2 tia supernaturale fuit donum, & ideo homo in gra
tia erat creatus. Porro in paradiso fecit deus homi-
Ibidem ni viro adiutorium generandi, videlicet fœminā, q
& ipsa in originali iustitia facta est, dedit q; deus e-
is præceptum, quatenus promerendi occasionem
ipsis impenderet, iubens ne de fructu ligni scientiæ
boni & mali vescerentur, sed de cæteris omnibus.
Genesi. 3 Videns itaq; dæmon hominem taliter sublimatū,
itemq; ad gloriam de qua ipse eiectus est transfe-
Isai. 13 rendum, summo rancore transfixus est. Intēdēsq;
quemadmodum hominem à diuino mandato de
Genesi. 3 flecteret. Primum mulierem per serpētem loquēs
aggressus affatusq; est, quam cum decepisset & ad
Roma. 5 gustum vetiti pomi inclinasset, instigauit eandē vt
virum quoq; suum ad idem induceret, q & ipsemu
lieri consensit, sicq; priuaricati sunt ambo, & gratiā
.1. Cor. 15 ac originalem iustitiam perdiderunt, & per conse-
quens locum tranquillū amittentes, in vallem mi
seriæ, laboris atq; doloris proiecti sunt. ¶ Præterea
cum gratiam primam nullus de condigno possit
mereri, gratiam quam tam posteris perdiderūt, nec
sibi nec posteris recuperare valebant, sine miserati
one

one diuina: amissam quoq; iustitiam & gratiā posteris nequaq̄ reparare poterant. Ideoq; oēs proles eorum quæ concepto semine nascitur, originali culpa inficitur: tamen de virgine gloriosa nihil de termino, propter causas idoneas. Et nisi per mediatorem dei & hominum redimeretur, æterna beatitudine iuste destitueretur: tum quia ex puris naturalibus gratiam adipisci nequiuit, tum quia pro peccato satisfacere non valuit, nisi per virtutem fidei, qua Christo coniungitur. Semper nāq; ad salutē à principio mundi necessaria erat adultis aliquo mō fides futuri saluatoris, quia aliter ei connecti eiusq; effici membra non poterant. ¶ Quoniamquidē ergo homo fraudulenter erat seductus, atq; aliena deiectus nequitia, misertus est eius, omnisq; suę posteritatis deus piissimus. Vnde & primis parētib° locum pœnitentiæ contulit, atq; futurum esse mūdi saluatorem insinuauit. Eiecti ergo protoplasti, pęnitentiæ se dederant, genueruntq; filios & filias, quorū aliqui boni manserūt, & hi dicuntur in Genesi filij dei, vtpote nati stirpe Seth. Ipsi nāq; iuste viuentes in fide & spe venturi Messyæ, defuncti sunt. Nati vero de Caym maliciose vixerunt, & filij hominum dicti sunt. Hic autē rex Messyas, saluator mūdi, vnigenit° dei, hō verus, deus incarnatus, nouissime diebus vltimæ ætatis, visitauit & fecit redēptionem humanam, quemadmodum pollicitus erat per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetæ eius. P. Multa mihi dixisti quæ intellectum meum obtundunt atque reuerberant. T. Nunc hactenus

1. Tim. 2

Testamēti veteris ac noui fides q̄le exigebat

1. Cor. 15

Genesi. 3.

Genesi. 5.

Genesi. 9

Genesi. 4

Iohan. 1.

Hebræ. 1.

Luce. 1.

sic facta sunt. In his aũt q̃ restãt explanãda existũt.

¶ Qualis sit emanatio rerũ à principio primo.

Articulus. VIII. Philosophus.

Antequam procedamus, primũ mihi edisse re q̃lis sit emanatio rerũ creatarũ à deo, an scilicet sit naturalis ꝓcessio, an essentialis diuinæ lucis emicatio, an formalis generatio, an libera diffusio, an artificialis & velut sapientialis effluxio. T. hanc dubitationẽ breui ac dulci versiculo
Ps. 32. 148 elegantissime soluit diuinus Dauid. Nẽpe de deo loquens: Ipse, inquit, dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Dicere autẽ ad intellectum pertinet, ad voluntatem mandare. Deus ergo benedictus & felix est causa mundi, per intellectũ & volũtatem, & inquãtũ per intellectũ est mũdi origo, sic rerum creatio dici potest sapientialis effluxio. Scri-
Psal. 103. ptũ est enĩ: Omnia in sapientia fecisti. Artificialis ꝗ; q̀ dicitur, quoniã est per modum quo procedũt artificiata ab artifice. Nam sicut artifex secundũ formam quam mente concepit effectum ad extra ꝓducit, sic intellectus diuinus e cũdũ exẽplarem rationem, idealemq́; formam vniuersa sapienter artificiosissimeq́; instituit. Quippe q omnia in nume-
Sapiẽ. 11 ro, pondere & mensura produxit. P. Quid est hoc quod dicis, deum omnia in numero, põdere & mẽsura fecisse? The. Hoc dupliciter potest intelligi. Primo quod vnumquodque sigillatim in numero, pondere & mensura effectum est. Secundo quod omnia simul in his tribus creata sunt. Itaque

que secundum primum sensum, omnia sigillatim in numero facta sunt, quia nulla creatura est penitus simplex, sed est in ea aliquis numerus, vtpote essentialium partium, seu actus & potentiæ. Quē admodum ait Boethius, quod in omnibus citra deum est compositio ex quo est, & in quo est. Et secundum Auicennam, Thomam, & Egidium, hoc sic intelligitur, quod in omnibus creaturis est realis distinctio, esse & essentiæ. Est quoque vnūquodque factum in pondere, id est in quadam naturali ad proprium vltimatumque finem inclinatione. Omnia enim ad certum finem mouentur, & ad vltimum finem singula aliqualiter ordinantur. Et recte per pondus inclinatio naturalis accipitur, quoniam sicut pondus trahit ponderosum, sic naturalis appetitus seu inclinatio trahit ad debitum finem. Ideoque Augustinus testatur: Quia quod in materialibus facit pondus, hoc in intellectualibus efficit amor. Singula demum in mensura, id est in certa specie, determinato gradu, ac limitata perfectione sunt condita. Solus enim deus est simpliciter pfectus ac illimitatus: omnis vero creatura determinatam perfectionem sortitur, atque per hanc in specie collocatur. Denique iuxta sensum secundum, omnia simul accepta in numero facta sunt, quoniam non est multitudo actu infinita. Sunt etiam omnia facta in pondere, id est ordine, quoniā naturæ rerū coordinatæ sunt, & ordinantur vna ad aliā, oēsq; simul ad icreatā naturā.

Boet.li 5. cōsolatio philosop
Thomas
Auicēna.
Egid.Ro

Arist.li.1. de.c.& m

Augusti.

Malac. 3

P. Anteq̃ de isto puncto tecum cõtendã, primũ explana quæ sit merces impiorum. T. Duplex eis pœna infligitur, vna damni, quæ est carentia diuinæ visionis, omnisq; boni: & hæc correspondet auersioni quæ in peccato consistit. Alia ẽ pœna sensus, videlicet ignis infernalis, & hæc conuersioni ad bonũ caducum, quæ in peccato est correspõdet. P. Finitur ne pœna ista aliquando? T. In inferno nulla est redemptio, sed desperatio amara atq; perpetua, imò sicut sanctus Thomas testatur, nũq̃ interrumpitur, sed semper actualiter pœnalior est, quã sit pœna q̃ moriens sustinet in ipso separationis momento, quo præ angustia nimia separatur anima à corpore. P. Magna heu nimis miseria: & væ illis qui ad eam perueniunt. T. Bonum esset eis si nati non essent homines illi. P. Miror quod deus qui essentialiter pius, & dulcis, ac bonus est, opera manuum suarum sic æternaliter damnat & cruciat, præsertim cũ peccatum temporale fuerit. T. Vide ergo bonitatem & districtionẽ altissimi dei, horrendũ est valde incidere in manus dei viuentis. Nec putes

Thomas

Pęna impiorum cõtinua.

Mat. 26.

Roma. 11

Heb. 10.

putes minorem esse dei iustitiã quã sit misericordia eius. Ideoq; sicut pro temporali actu meritorio æternaliter beatificat, sic pro temporali demerito sine fine cõdemnat. Nempe cũ deus q in mortali peccato contemnitur sit maiestatis immensæ, atq; infinitæ sanctitatis ac bonitatis, ideo peccatũ mortale infinitæ grauitatis efficitẽ. Nã quo is q offendit pstãtior fuerit, eo enormior offensa cẽsetur.

¶Disputatio philosophi quod deus per essentiã ab ab intellectu creato videri nõ possit. Art. 19. Phi.

IN libro de causis pbatur, quod causa prima est superior omni narratione, & non narratur nisi per causas secundas. Et Proclus Platonic' ostẽdit, quod deus est omnino ignotus, & à nullo intellectu qui post eum est cõprehẽsibilis. Non ergo videri per essentiam potest. T. Naturali virtute videri non potest in seipso, quoniam diuinus splẽdor in seipso omnino immensus est, & propterea intellectus finitus aciem suam in ipsum figere naturaliter nequit, sed supernaturaliter creatis mẽtibus visio ista conceditur. P. Infiniti cum finito nulla ẽ pportio, ergo nec immediata cõiunctio, seu p essentiam visio. Deus autẽ infinitus est, omnis vero intellectus creatus finitus, quomodo ergo tam immediate conuenient, quoꝝ nulla consistit proportio? T. Si inter deum & creaturas nulla foret proportio, non essent creaturę quedam factę ad dei imaginẽ, nec appareret in rebus diuina perfectio per modũ similitudinis atq; vestigij, nec inuisibilia dei per visibilia agnoscerentur. Nec esset d'emũ omnis effectus

Proclus Platonic.

Gen. 1.

Roma. 1

Finiri ad infinitũ qualis ꝓportio eẽ poteſt

ctus quædã participare ſimilitudo ſuæ cauſæ. Itaq; inter finitum & infinitũ eſſe poteſt proportio imitatiua, non autem naturalis: & hoc in propoſito ſufficit. Nã quis fateor intellectum creatũ diuinã naturam in ſeipſa videre, non tamẽ totaliter cõprehẽdit eandem, nec omnia videt in ea quæ in ea reſplẽdent, imó in infinitum deficit ab illa comprehenſione qua diuinus intellectus ſeipſum cognoſcit. P. Cũ diuina eſſentia ſit vnitas ſimpliciſſima, in q̃ nulla diuerſitas exiſtit, quomodo in ſe ipſa valet videri, non tamen totaliter comprehendi? T. Nõ ſic aſſero deum videri, non autem totaliter comprehendi tanquã pars eius videatur, parsq; abſcondatur, ſed ideo quia diuina eſſentia non videtur ab intellectu creato in tanta plenitudine ſicut ex ſeipſa cognoſcibilis eſt. Cũ enĩ vnumquodq; ſit cognoſcibile ſecũdum quod in actu eſt, quo aliquid eſt actualius eo eſt ex natura rei cognoſcibilius, Vnde & Ariſtoteles tuus, maniſeſtiſſima naturæ intelligentias appellauit, eo quod propter actualitatem ſuam præcipuam, potiſſime quantũ in ſe ẽ cognoſcibiles ſint. Deus autem ſupergloriosus & ſuperbenedictus eſt actus purus, ſic quod actualitas eius omnium plenitudinem, perfectione immenſa cõplectitur, Ideoq; infinitæ vtiq; cognoſcibilitatis eſt, & quia infinita in eo relucent, & quia ipſa eius eſſentia eſt veritas incircunſcripta tantæ excellẽtiæ, vt à nulla virtute finita videri poſſit, tam plene, perfecte, & clare, ſicut viſibilis eſt. Nec hoc miraris, quoniam eãdem veritatem naturalem vnus philoſophus clarius

Ariſtot.

us perfectiusq; cognoscit quam alter, vel quia sub tilioris est ingenij, vel quia plures causas agnoscit. Sic igitur diuina essentia immediate ac clare videt, à solo tamen diuino intellectu perfecte comprehẽditur. Nam tã intellectus dei quã essentia eius, immensa sunt, imó potius substantialiter omnino idẽ existunt. ¶Deniq; ex his elicere vales, quod nõ oẽs beati eque clare deum aspiciunt, sed singuli secundum proprij intellectus dispositionem, ex meritis procedentem deum contemplantur, & ipso fruuntur. p. Intelligere nequeo nec admirari sufficio, q̊modo intellectus creatus diuinam possit intueri essentiam. En nunquã natura inferior operationem sortitur superioris naturæ, nisi participando similitudinem ac proprietatem naturæ superioris. Nõ eñ aqua vel ferrũ calefacit, nisi ꝓprietatẽ ignis, videlicet caliditatẽ participet. Cũ ergo diuinã essentiam speculari sit ꝓpria actio intellectus diuini, non potest intellect⁹ creatus huic actiõi cõformari, nisi diuinę naturę ꝓprietatẽ participet: hoc autẽ effici neqt. Quoniã nulla entitas cõuenit vniuoce creaturis & deo, imo q; creatũ ẽ, nec genere nec specie cũ diuina natura cõmunicat. Qualiscũq; ergo participatio ĩtellectib⁹ creatis ascribatẽ, tãta eẽ nõ valet vt p eã ad diuinę essentię visionẽ idõei fiãt. Pręterea, oĩs dispositio creatis mẽtib' in ẽ, finita ẽ. Receptũ eñ vt nosti ẽ in recipiẽte, scđm recipiẽtis manerię. Dispositio aũt finita nõ ẽ ĩfinitę efficatię, sed finitę. Nõ ergo leuare pt intellectũ ad pfecte vidẽdũ ĩfinitũ visibile, q; videri nõ pt nisi p efficatiã ĩfinitã.

Adhuc

Vnde sicut lumen gloriæ in patria est perfecta participatio similitudinis dei, quoniam per ipsum eleuatur intellectus creatus ad esse dei formem, vt qualis est deus per naturam, talis sit ipse per gratiam consummatam seu gloriæ lumen deo fruendo, vitamq; æternam in ipso possidendo, quemadmodū scriptum est, Scimus quoniam cū apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Sic gratia vitæ præsentis est quædam inchoatio diuinæ pfectionis imago. Vnde gratia & gloria omnem naturalem perfectionem transcendunt, & quandā supernaturalem diuinæ naturæ participationem animæ conferunt. Ideoq; per gratiam efficitur homo idoneus ad promerendam supernaturalem beatitudinem, quæ vtiq; est dignitatis immensæ: eo q & gratia sit quodammodo efficatiæ infinitę. Vnde nec ex meritis datur, nec quispiam eam de condigno ex puris naturalibus promeretur. Deniq; ex his obiectiones tuæ cito soluuntur. Primæ enī duæ bene concludunt, quod homo per liberū arbitriū virtuose viuere valeat, loquendo de virtutibus naturalibus acquisitis, moralibus atq; politicis, non tamen ostendunt quod virtutes tales supernaturalis beatitudinis meritoriæ sint. Porrò quod tertio adduxisti sic soluitur, quoniam nullus de carentia gratiæ excusatur. Deus nanq; semper paratus ē eā impendere, nisi homo obicem ponat. Rursusq; deus vniuersis & singulis sufficienter præstat & prouidet gratiam gratis datam, per quam se ad gratiam gratificantem valet aptare, idq; quod in se est iplere

1. Ioh. 3

re

re.P. Eleganter respondes, sed quęso, vt de vnitate subiectoque gratiæ parum edisseras.

¶De vnitate gratię & subiecto ei⁹. Art. XII. Theol.

EX pręinductis ni fallor elicere vtiq; potuisti, quoniã sicut se habet essentia animę ad potẽtias & habitus naturalesq; actus, sic se habet gratia ad virtutes gratuitas & infusas, omnes quoq; operationes meritorias. Est enim gratia prima vita animæ per quam sortitur esse spirituale, quẽadmodum per formam substantialem adipiscitur ipsum quo generat̃ esse naturale. Et sicut ab essentia animæ fluunt naturales potentiæ quæ naturalibus atq; acquisitis perficiũtur habitibus, sic à gratia tanquã à radice charitas, virtutesq; cæteræ, ac tota spiritualis ædificij machina dependet & manat. Ideoq; gratia gratũfaciens est duntaxat secundum essentiam vna ac simplex, quemadmodũ & essentia animæ. Et quoniã gratia imediate respicit substantiam animæ eamq; perficit, adornat atq; deificat, tanquã radius lucis diuinę, ac supnaturalis diuinæ similitudo naturæ. Ideo subiectum gratiæ propriũ aliud prorsus nõ ẽ, nisi animæ ratiõalis seu intellectualis creaturę essentia, P. Properem⁹ ad alia.

¶De quinto articulo fidei, scilicet de resurrectione mortuorum. Articulus. XIII. Theologus.

QVemadmodũ quartus articulus fidei asserit spiritualem esse resurrectionem hominis, quæ impletur per gratiam. Gratia nãq; est vita animæ, & per eam resurgit homo ab animæ morte, sic quintus fidei Christianæ articul⁹ cõ- Gratia vita animę.

liū rerum, nec homo aliud est quā anima corpore vtens. Ideo'q; secundū eum non differt an eidē an alteri corpori reassocietur. Fides aūt orthodoxa testatur, eandē animā eidē numero quod primo habebat corpori reuniri, quatenus idem numero q̄d per mortem cecidit, & in corpore meruit, resurgat & redeat, atq; in eodem corpore anima præmietur in quo nūc præmiari meretur, ipsum'q; corpus particeps fiat pœnæ vel gloriæ, quod nunc consors est pœnitentialis laboris vel libidinis inordinatæ. Ph. Mirabilior item'q; irrationabilior mihi videtur fides tuę religiōis q̄ philosophia Platōis. T. Fateor q; mirabilior sit. Q̄d aūt irratiōabilior sit, tibi incūbit ꝓbare. Hō quid

¶ Disputatio philosophi cōtra resurrectionē mortuoꝝ. Articul⁹. 14. Philoso.

FOrmę eiusdē rationis debetur corpus eiusdē naturę ac cōparis q̄litatis. Dū ergo rationalis aīa semꝑ eiusdē ratiōis ac speciei ꝑmaneat, si corpori denuo copulatur, nō debetur ei nisi corp⁹ tale qua'e nunc habet, videlicet eiusdē conditionis existens, non ergo īmortali reunienda est corpori. ¶ Præterea, nobilius esse habet aīa extra corpus q̄ in corpore, illa ꝑsertim q̄ nūc sapiētię virtutū'q; intēta ē studio. Separata qppe diuinę mēti & separatis substantijs ē cōformior, & diuinę illuminatiōis capatior. Nō ergo naturaliter corpori reunit, nec hoc ei⁹ ꝑfectio eēt Adhuc diuersi mot⁹ nō termināt ad eādē formā: Mot⁹ eñ̄ specificat, vnitatē'q; sortit a termino, sed generatio & resuscitatio sūt mot⁹ diuersi, id ergo ꝓgignit nullo mō idē nūero resuscitatur.

¶Denique de causa resurrectionis inquiro cum corpora mortuorum nunc cibus fiant vermiculorũ atque in cineres redigantur & pulueres, quomodo colligentur? Sunt aũt & alia multa quæ sciscitari nunc possem, sed hæc primitus solue, quatenus ex tua solutiõe occasionẽ suscipiã cõpendiosi⁹ inuestigãdi.

¶Solutio instãtiarum philosophi. Articul.xv. Theol.

Genesi.2. IN memoriam reduc quæ tibi superi⁹ de primordiali hominis rerumque institutione disserui, & de originali iustitia quã ante inobedientiã habuit. P. Partim recordor. Quæ aũt præsenti nostræ indagini prosunt, resumere tibi molestum non sit. T. Dixi tibi si recolis, quod ante peccatum sic institutus fuit homo, quod nulla poterat in corpore eius esse morbi molestia, nec in sensualitate cõtra rationẽ rebellio, quãdiu anima deo mansit subiecta. Porrò voluntate à deo per peccatum auersa, duo consecuta sunt mala: Vnum in anima, scilicet originalis culpæ, seu priuatio gratiæ. Aliud in corpore, vt pote moriendi necessitas: horum quoque vtrũque in posteros deriuatur. Per Christi autẽ passionem ab vtroque liberamur, quoniam merito passionis suæ totam naturam humanam ab originali culpa sanauit, atque eidem immortalẽ vitam promeruit, q̃ sine corporum resuscitatione esse nõ valet. Vt & nobis spem resurgendi præstaret, ipse primo surrexit.

Rom. 4 Vnde Apostolus: Mortuus est, inquit, propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostram. Itaque cum immortalitas quam homo ante peccatum diuinitus habuit, eidem per Christum reparata

parata sit, consequens est, vt homo aliquando ad immortalem vitam resurgat. P. Multa dicis quæ mihi obscura ignotaq; sunt, videlicet de peccati originalis transfusione, & merito passionis Christi. T. Non omnia simul tibi dicere possum, sed ea quæ modo induxi, postea plenius pandam. P. Nūc igitur obiectiones meas dissolue. T. Prima tua instantia satis declarat quod immortale corpus habere nō sit naturale, sed supernaturale dei donum, quemādmodū etiam ante peccatum non per naturam, sed gratiam immortalitas homini prestita fuit, nō tamē talis qualis in resurrectione donabitur. Illa quippe prima immortalitas talis erat, vt per eam posset homo non mori, si scilicet non peccasset: Non autē fuerat talis, vt per eam impossibile esset hominem mori, Talis aūt præstabitur in resurrectione futura, ex tunc equidē nūquā mori poterunt homines. Ea vero quæ supernaturaliter dantur, nō sunt innaturalia nec contra naturam, quoniā naturę non derogant, sed eam perficiunt. ¶ Insuper secūda obiectio non contra fidem, sed contra Platonem procedit. Si enim poneremus animas talia corpora resumere qualia modo habent, bene argueres. Talia nanq; grauant ac deprimunt animam. Nos vero asserim⁹ corpora in futura resurrectiōe omnino disponenda proportionandaq; esse meritis atq; dispositionibus animarum: Ideoq; animæ sanctæ in nullo propter corpora reassumpta in contēplatione impedientur, sed perfectius beatificabuntur, quemadmodum postmodū clarius innotescet. ¶ Ad tertiam

Genesi. 2.

Supnaturalia non sunt contra naturā

Plato.

tiam dico quod resuscitatio non est motus naturalis, sed à solo deo est efficienter. Vnde resuscitatio actiua non est nisi deus resuscitans. Et per hoc patet responsio ad id quod sciscitaris. Collectio nanque cinerum seu materiarum ad compaginationẽ corporum, ministerio fiet angelico, non tamen in instanti, sed tempore valde breui virtute diuini imperij, cuius imperium per sonitum tubæ intelligi potest. Philosoph⁹. Totum quod dicis naturalem rationem excedit, sed nunc de differentia, qualitate, & ordine resurgentium astrue. Theolog. Quẽadmodum omnia quæ fidei sunt supernaturalia asseris, sic ea per quæ initiata, continuata, stabilitaq́ȝ est, naturalẽ rerum cursum excedunt, itaque vt in primo tibi libro ostẽdi, supernaturalia extãt. Philosophus. Quales præmissæ talis conclusio, sed nũc age quod petij. Theologus. Quoniam resurrectió mortuorum tibi tam admiranda videtur, non prius accedam ad ea quæ postulas, nisi tibi in primis per rationes probabiles comprobem, quam rationabilis sit iste Christianæ fidei de resurrectione articulus. Philosophus. Has quoque libenter intenteque audiam.

Resuscitatio nõ ẽ mot⁹ naturalis

1. Tess. 4.

¶Rationes probabiles de resurrectione mortuorum. Articulus XVI. Theologus.

IN immortalitate vt reor rationalis animæ cõcordamus. Philosophus. Intellectum esse inorganicum atque perpetuum ac immortalẽ oẽs nobiliores tam Peripatetici quam Platonici concesserunt. Theologus. Cum ergo intellectus sit naturalis

Intellect⁹ naturalis pñãtissi- ma virt⁹ animæ.

naturalis itē q̄ præstātior virtus aīæ, seqtur essentiā aīæ immortalē existere. Non est ēm potentia dignior vel incorruptibilior essentia à qua emanet, & cui inhæret. Phi. Hoc consequens nisi dicere velim (Auerroi dicenti consentirem) animam humanā non esse intellectualem, à perfectione formali atque intrinseca, sed per illustrationem dumtaxat intelligentiæ separatæ. The. Si hoc asseris in promptu habeo vnde te impugnem. Phi. Veraciter positio eius valde irrationabilis est, & omnes pene philosophi ei repugnant, ideoque immortalitatem animæ tecum cōcedo. The. Concedis quoque vt arbitror animam essentialem esse partem hominis naturalemque formam corporis, P. Licet quidam astruant non esse materiam de essentia sensibilium rerum, negari tamen non potest, quin anima sit naturalis corporis forma, ac p̄ hoc pars essentialis totius compositi. Theologus. Omne quod est naturaliter pars totius, p̄fectius habet esse in toto quā in seipso, & naturaliter appetit toti vniri Philosophus. Hoc Aristoteles testatur. Theologus. Anima igitur separata, imp̄fectum esse habet, & in corpore sibi proportionato excellentiori modo subsisteret quam seipsa: Nunquam enim coniunguntur actus & potentia, seu forma & materia, nisi propter indigentiam vtriusque, quod de materia atque potentia palam est, & de forma insuper patet. Nam formæ illæ quæ perfectam operationem sine materia sortiri possunt & exequi, separatæ subsistunt, nec corpori vniuntur, vt intelligentiæ.

Auerrois error

Arist. de anima

Sequitur ergo quod anima separata cum non habeat esse perfectum nec cōpletum in specie, naturaliter corpore vniri desiderat. Naturale aūt desiderium ab autore naturæ procedit. Vnde nec frustrari potest: frustraretur vero si effectum nunq̄ acquireret. Restat ergo vt hoc naturale desiderium animæ aliqn̄ compleatur, per actualem eius cū corpore copulam. ¶Præterea quod naturale est, hocvtiq; inseparabile est, anima aūt naturaliter est corporis forma, esse ergo corporis formam vel actu vel aptitudine inseparabile est ab ea. Non potest itaq; in perpetuum à corpore separata manere, quoniā naturalis aptitudo esse non potest inanis. ¶Adhuc anima rationalis vere beatitudinis capax est, hanc aūt in præsenti vita adipisci non potest, in qua nec vera securitas, nec plena contentio, nec inuariabilis status, sine quibus beatitudo perfecta esse non potest. Sequitur ergo vt post hanc vitam eam cōquirat, sed sine corpore eam sortiri non potest. Nihil enim vere beatum est, nisi omnes suæ potentiæ conuenientē connaturalemq; actū habeant, secundū quod felicitatis statui congruit. Multæ aūt sunt potentiæ animæ quæ sine corpore actum non habent. Ad plenā itaq; beatitudinem obtinendā, corporis est reassumptio oportuna. Atuero sicut anima per corpus demeretur atq; meretur, sic in eodē præmianda est siue torquenda. P. Rationes istæ satis probabiles sunt, non tamen demonstratiue videntur. T. Nec ego eas tāquam demonstratiuas ꝓpono, quia vt in primo libro fassus sum, fides Christiana

Beatū ꝓprie quid

stiana

ſtiana demonſtrationi non ſubiacet. P. Rationes iſte magis ni fallor ſunt pro Platone quam fide, nõ eñ probaſti quod immortali corpori anima reaſſociari deſideret. T. Penultima ratio id oſtẽdit: Rationes quoq; Ariſtotelis contra Platonem tibi ſufficere poſſunt. Enimuero cũ formæ ſit ꝓportionãda materia, rationabile ſatis apparet vt rationalis anima cum immortalis ſit, immortali corpori reaſſocietur. ¶ Amplius, cum anima ſeparata nobili⁹ eſſe habeat, quam haberet in carne mortali ſeu vita præſenti, conſtat quod non appetit corpori reuniri mortali, niſi valde inſipiens ſit atq; per errorẽ decepta. Quis enim de ſtatu feliciori ad miſerias venire molitur aut cupit? Talis autem deceptio & inſipientia in anima ſeparata, illa præſertim quę lumini intelligentiarum vnita eſt, locum non habẽt. Non ergo deſiderat ad corpus præſentibus ſubſtratum miſerijs, vt Plato opinatur deſcendere. ¶ Rurſus, reaſſotiatio animæ cum corpore, non vtiq; ad eſſe naturale, ſed ad ſtatum remunerationis ordinatur. Ideoq; rationabile eſt vt corpus diſponatur ſecundum exigentiam meriti atq; demeriti. P. Rationes heæ fidem ſatis adornãt & roborãt. Sed nũc ad ea quæ ſciſcitabar pauloante, reſponde.

Plato. Ariſtote

Pla. in thi

¶ De differentia, qualitate, & ordine reſurgentiũ. Articulus. XVII. Theologus.

EX præoſtenſis nunc lucet, quod qualitas reſurgentium corporum parificãda proportionandaq; erit qualitatibus animarum, Ideo q; in electis & reprobis erũt qualitates omnino oppoſitæ

Qualitat es electoꝝ & reꝓboꝝ oppoſitæ ſunt

Dotes corporum electorum quatuor in futuro

positæ. P. Qualia erunt corpora electorum? T. Quatuor dotibus ornabuntur: Erũt nempe clarissima, impassibilia, agilia atq; subtilia. P. Quomodo dotibus istis parificantur corpora animabus? T. Ex q̃ animæ beatorum erunt diuinæ luci immediate vnitæ, & velut in abyssum diuini splendoris absorptæ, ideo per redundantiam erit in corpore quoq; splendidissima claritas, tanto vtiq; amplior quo felix anima diuino lumini intimius meretur vniri. Porrò ex fruitione dei erit anima in omni suo desiderio summe contenta atq; quieta, sic vt quicq̃d optauerit protinus sortiatur, & ob id corpus agile erit seu celerrime mobile, quatenus illic repente esse possit, quo anima velit. Rursus cum anima deo fruens omnis mali euaserit laqueum, ideo corpus suum impassibile erit. Quod etiam subtile erit, id ẽ spiritui plenissime subditum, & instar cœlestiũ corporum sic sua forma satiatum atq; repletum, vt aliam recipere nec queat nec cupiat.

Mala quatuor corporum malorum in futuro.

¶ Corpora vero impiorũ obscurissima erunt, passibilia, ponderosa & grossa. P. Si talia erunt corpora beatorum, non erunt eiusdem naturæ cuius & modo, præsertim si erunt subtilia. T. Dona gratiarum & accidẽtales dispositiones, nec speciem mutant neq; naturã. Erunt igitur corpora resurgentium eiusdem naturæ, secũdum speciem, cuius & modo, nec sic subtilia appellantur quasi aerea, nec carnem habentia neq; ossa, imo visibilia & palpabilia erũt, hñtia carnẽ & ossa, sicut & Christus ostendit se discipulis visibilem atq; palpabilem. P. Vbi manebunt homines post resur-

Essentiæ corporum beatorum ĩ futuro, q̃les.

surrectionem? T. Vnusquisque in suo loco resurget, & mox ad iudicium dei vniuersale quod in valle Iosaphat fiet, angelico portabuntur ministerio, vel diuino imperio. Philo. In qua ætate & sexu resurgent? Theolo. In ætate Christi, & singuli in proprio sexu. Ea enim quæ ad perfectionem speciei, veritatem quoque indiuidui integritatemque naturæ pertinent, tunc in hominibus remanebunt. Ideoque omnium corpora integra erunt, deo supplente quod defuit.

¶ De octauo fidei orthodoxe articulo, scilicet de remuneratione vniuersorum.

Articulus. XVIII. Theologus.

EXigit diuina iustitia vt recipiat vnusquisque prout gessit in corpore. Philosophus. Quæ est merces bonorum, & quæ pœna malorum? Theologus. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit deus his qui diligunt eum. Philosophus. Quæ tamen sunt hæc, prout vales declara. Theologus. Deus qui naturaliter bonus est, ac summe liberalis atque munificus, non aliud præparauit amatoribus suis nisi seipsum. Philosophus. Per quem modum? Quomodo enim possidere potest creatura deum immensum? T. Per clarissimam diuinæ essentiæ visionem, atque immensæ dei bonitatis fruitionem. Vident enim diuinam essentiam in seipsa sicuti est, & non tantum in enigmate, & prout resplendet in re creata. Videndo autem diligunt, diligendo fruuntur, atque æternaliter tenent possidentque dilectum.

2. Cor. 5
Colos. 3
Isa. 64
1. Cor. 2
1. Iohn. 3
1. Cor. 13

Phi-

Deo frui quid. P. Quid est deo frui? T. Deo frui est diuinæ bonitatis dulcedine beatifica affici, quod aliud prorsus nõ ē nisi diuinę beatitudinis participē effici, deũ in seipso amplecti, eo repleri, omne desiderabile in ipso habere, & ei propter se pure itemq; inauertibiliter inhærere. ¶ Deniq; scias tres esse dotes animæ, quę tribus theologicis virtutibus correspondent, vtpote

Dotes animę tres

visionem quæ correspondet fidei, tentionem quæ correspondet spei, & fruitionem quæ succedit charitati. P. Anteq̃ de isto puncto tecum cõtendã, primũ explana quæ sit merces impiorum. T. Duplex eis pœna infligitur, vna damni, quæ est carentia diuinæ visionis, omnisq; boni: & hæc correspondet auersioni quæ in peccato consistit. Alia ē pœna sensus, videlicet ignis infernalis, & hæc conuersioni ad bonũ caducum, quæ in peccato est correspõdet. P.

Thomas

Finitur ne pœna ista aliquando? T. In inferno nulla est redemptio, sed desperatio amara atq; perpetua, imò sicut sanctus Thomas testatur, nũq̃ interrumpitur, sed semper actualiter pœnalior est, quã sit pœna q̃ moriens sustinet in ipso separationis momento, quo præ angustia nimia separatur anima à corpore. P. Magna heu nimis miseria: & væ illis qui ad eam perueniunt. T. Bonum esset eis si nati non essent homines illi. P. Miror quod deus qui essentialiter pius, & dulcis, ac bonus est, opera manuum suarum sic æternaliter damnat & cruciat, præsertim cũ peccatum temporale fuerit. T. Vide ergo bonitatem & districtionē altissimi dei, horrendũ est valde incidere in manus dei viuentis. Nec

Pęna impiorum cõtinua.

Mat. 26.

Roma. 11

Heb. 10.

putes

putes minorem esse dei iustitiã quã sit misericordia eius. Ideoq; sicut pro temporali actu meritorio æternaliter beatificat, sic pro temporali demerito sine fine cõdemnat. Nempe cũ deus q in mortali peccato contemnitur sit maiestatis immensæ, atq; infinitæ sanctitatis ac bonitatis, ideo peccatũ mortale infinitæ grauitatis efficit. Nã quo is q offendit p̃stãtior fuerit, eo enormior offensa cẽsetur.

¶Disputatio philosophi quod deus per essentiã ab ab intellectu creato videri nõ possit. Art. 19. Phi.

IN libro de causis ꝓbatur, quod causa prima est superior omni narratione, & non narratur nisi per causas secundas. Et Proclus Platonic' ostẽdit, quod deus est omnino ignotus, & à nullo intellectu qui post eum est cõprehẽsibilis. Non ergo videri per essentiam potest. T. Naturali virtute videri non potest in seipso, quoniam diuinus splẽdor in seipso omnino immensus est, & propterea intellectus finitus aciem suam in ipsum figere naturaliter nequit, sed supernaturaliter creatis mẽtibus visio ista conceditur. P. Infiniti cum finito nulla ẽ ꝓportio, ergo nec immediata cõiunctio, seu p essentiam visio. Deus autẽ infinitus est, omnis vero intellectus creatus finitus, quomodo ergo tam immediate conuenient, quorũ nulla consistit proportio? T. Si inter deum & creaturas nulla foret proportio, non essent creaturę quedam factę ad dei imaginẽ, nec appareret in rebus diuina perfectio per modũ similitudinis atq; vestigij, nec inuisibilia dei per visibilia agnoscerentur. Nec esset d̃emũ omnis effe-

Proclus Platonic.

Gen. 1. c

Roma. 1

ctus

Finiti ad infinitū qualis ꝓportio eē potest

ctus quædā participate similitudo suæ causæ. Itaq; inter finitum & infinitū esse potest proportio imitatiua, non autem naturalis: & hoc in proposito sufficit. Nā q̄uis fateor intellectum creatū diuinā naturam in seipsa videre, non tamē totaliter cōprehēdit eandem, nec omnia videt in ea quæ in ea resplēdent, imó in infinitum deficit ab illa comprehensione qua diuinus intellectus seipsum cognoscit. P Cū diuina essentia sit vnitas simplicissima, in q̄ nulla diuersitas existit, quomodo in se ipsa valet videri, non tamen totaliter comprehendi? T. Nō sic asse ro deum videri, non autem totaliter comprehendi tanquā pars eius videatur, parsq; abscondatur, sed ideo quia diuina essentia non videtur ab intellectu creato in tanta plenitudine sicut ex seipsa cognoscibilis est. Cū enī vnumquodq; sit cognoscibile secū dum quod in actu est, quo aliquid est actualius eo est ex natura rei cognoscibilius, Vnde & Aristoteles tuus, manifestissima naturæ intelligentias appellauit, eo quod propter actualitatem suam præcipuam, potissime quantū in se ē cognoscibiles sint. Deus autem supergloriosus & superbenedictus est actus purus, sic quod actualitas eius omnium plenitudinem, perfectione immensa cōplectitur, Ideoq; infinitæ vtiq; cognoscibilitatis est, & quia infinita in eo relucent, & quia ipsa eius essentia est veritas incircunscripta tantæ excellētiæ, vt à nulla virtute finita videri possit, tam plene, perfecte, & clare, sicut visibilis est. Nec hoc miraris, quoniam eādem veritatem naturalem vnus philosophus clari

Aristot.

us

us perfectiusq; cognoscit quam alter, vel quia sub tilioris est ingenij, vel quia plures causas agnoscit. Sic igitur diuina essentia immediate ac clare videt, à solo tamen diuino intellectu perfecte comprehēditur. Nam tā intellectus dei quā essentia eius, immensa sunt, imó potius substantialiter omnino idē existunt. ¶Deniq; ex his elicere vales, quod nō oēs beati eque clare deum aspiciunt, sed singuli secundum proprij intellectus dispositionem, ex meritis procedentem deum contemplantur, & ipso fruuntur. p. Intelligere nequeo nec admirari sufficio, q̊modo intellectus creatus diuinam possit intueri essentiam. En nunquā natura inferior operationem sortitur superioris naturæ, nisi participando similitudinem ac proprietatem naturæ superioris. Nō eñ aqua vel ferrū calefacit, nisi ꝓprietatē ignis, videlicet caliditatē participet. Cū ergo diuinā essentiam speculari sit ꝓpria actio intellectus diuini, non potest intellect⁹ creatus huic actiōi cōformari, nisi diuinę naturę ꝓprietatē participet: hoc autē effici neqt. Quoniā nulla entitas cōuenit vniuoce creaturis & deo, imo q̇ creatū ē, nec genere nec specie cū diuina natura cōmunicat. Qualiscūq; ergo participatio ītellectib⁹ creatis ascribatᷣ, tāta eē nō valet vt p eā ad diuinę essentię vīsionē idōei fiāt. Pręterea, oīs dispositio creatis mētib⁹ in ē, finita ē. Receptū eñ vt nosti ē in recipiēte, scd͞m recipiētis manerię. Dispositio aūt finita nō ē īfinitę efficatię, sed finitę. Nō ergo leuare p̄t intellectū ad ꝑfecte vidēdū īfinitū visibile, q̇ videri nō p̄t nisi p efficatiā īfinitā.

Adhuc

¶ Adhuc aũt supernaturalia dona in infinitum nõ possunt excedere dona naturæ, sed deum per essentiam contemplari omnem creati intellectus capacitatem in infinitum excedit. Cuius signum est quod creari non posset intellectus tam excellens & altus qui ex puris naturalibus ad diuinæ visionem essentiæ pertingere valeat: Non ergo intellectus creatus per supernaturale donum hanc diuinitatis visionẽ consequi potest.

¶ De lumine gloriæ, harumq; obiectionũ solutiõe.

Articulus, XX. Theologns.

VEhementer miratus es ó philosophe, incõprehensibilem huius nostræ fidei articuli veritatem, & non immerito. Res nanq; hęc tãta est, vt per humanam quidem rationẽ credi possit, non autem intelligi, neq; scrutari. Veruntamẽ instantiæ tuæ insolubiles non sunt. Igitur ad primã respõdeo, quod partim procedit. Nã intellectus beati in patria non tam immediate vniuntur luci diuinæ, nec sine medio diuinam cernunt essentiam, quin per lumen gloriæ disponantur ad visionem hanc deiformem. Est autem lumen gloriæ quedã supernaturalis bonitas, diuinæ naturæ supernaturalis similitudo existens, cuius gratia inchoatio est disponens atq; deificans intellectum, vt p speciẽ cernere possit deum: & licet lumen istud secundum essentiam finitum sit, à diuina natura infinito deficiens, & nec specie nec genere cum illa communicãs, efficax est tamen mentem creatam dispõere ad diuinæ lucis immediatum intuitum. Quoniã ex hoc

Lumen glorię qd

quod

quod est super naturalis diuinæ naturæ similitudo, atque alterius ordinis ab omni dono naturæ, eatenus, vt nulli creaturæ naturalis perfectio effici possit vti nec gratia, habet quãdam dignitatem immensam. ¶Porrò per hoc quoque sequens instantia soluitur. Ad visionem nanque dei per speciẽ nequaquam exigitur efficatia simpliciter infinita, cũ nec visio ista infinita sit ex parte videntis, sed ratione obiecti vocatur dignitatis immensæ, quoniam deus est bonitas simpliciter infinita. ¶Ad tertiam dico, quod gratia lumenque gloriæ secundum substantiam finitæ sunt, sicut & omnis creatura. Vnde cõsequitur vt non excedant dona naturę simpliciter infinitæ, sed quodammodo infinitæ, id est, improportionabiliter, loquendo de proportione propriè dicta, quæ scilicet est inter entia vnius eiusdemque ordinis. Sicut ergo inter punctum & lineam non est proportio, quia quotienscunq; puncta multiplicentur, non efficiũt lineam, sic inter lumen gloriæ & naturalia dona nõ est proportio ꝓpriè dicta, sed aliqua habitudo. Similiter deũ perfectè comprehendere omnem naturalem virtutem omnino in infinitum excedit, nec alicui creaturæ ꝑ gratiã cõmunicari id potest. Videre vero per essentiã sicut intellectus creati conspiciũt, nõ simpliciter infinite excedit naturalem virtutem, sed imꝓportionabiliter & quodammodo infinite.

¶De forma intelligibili ꝑ q̃ videtur diuina essentia. Articulus. .XXI. Philosophus.

L Adhuc

ADhuc vna itemq; præcipua difficultas mihi exoritur: Omnis nempe cognitio per similitudinem quandã efficitur, Quo maius oportet speciẽ cogniti inesse cognoscenti. Nã & diuinus intellectus secundũ præhabita omnia certis proprijsq; rationibus atq; Ideis cognoscit. Per qđ ars rationibus plena perhibetur. ¶ Si ergo intellectus creatus videre potest diuinã essentiam, hoc est per aliquã formam intelligibilem sibi vnitã: Aut igitur per formam creatã aut increatam, Non ꝑ formam creatam, quoniã omnis forma creata finita ẽ ã diuina essentia infinite deficiens, vnde nec diuinã perfectionem perfecte repræsentare valet, nec ꝑ eã cognoscitur deus, nisi tanquam per effectum, & ꝑut in tali forma bonitas sua relucet. Nec per increatam formam visio ista potest haberi. Increata namq; forma esse non potest, nisi diuina essentia, quę esse non potest alicuius creati intellectus intelligibilis forma. T. Sufficienter (ni fallor) probasti nõ posse videri deum sicuti est per speciem seu per formã ĩtelligibilem creatam: Ideo fateor ipsam diuinã essentiam intellectui creato vniri, tanquã intelligibilem formam seu speciem, vt sit ipsa & quod videtur & quo videtur. P. Hoc mirabiliter sonat, nec q̃spiam pholosophorum tale quidvnquam asseruit. T. Non bene perpendis, imo errare videris. Nõne inter Peripateticos asserentes intellectũ humanũ ĩ vita præsenti intelligere posse substantias separatas, dissentio est: quibusdam videlicet Auicenna & Algazele dicentibus hoc fieri per intentionem intelligibilem

telligibilem animæ rationali ab intelligentia īpressam. Aliis vero vtpote Auerroi & Alexandro, ecōtra opinantibus atq; dicentibus, effici hoc per vnionē essentiæ substantiæ separatæ cū intellectu humano, itaq; sicut isti de intelligentia astruunt q̄ p essentiam vniatur menti humanæ, proportionabiliter ego de diuina essentia sentio in beatitudinis patria. P. Partim quidem conuincis me inconsiderate locutum, sed valde dissimile reor de essentia intelligentiæ, & natura diuina, quarum vna finita, alia vero est immensa. T. Propone tamē quod moueat te. P. Propinqua mihi apparet positio ista cum illis qui ponebant deum omnium rerum esse formale. Rursus intelligibilis forma est inhærens perfectio intellectus, ex ea quoq; & intellectu fiet vnū, à quo immediate progreditur atq; producitur operatio intellectualis. Diuina vero essentia cū sit purus in se subsistens actus, hoc modo intellectui creato vniri non potest, imo hoc diuinę perfectiōi plurimum derogaret. T. Quamuis prænominati philosophi asserant vnam intelligentiam cognosci ab alia per vnionem essentiæ eius cum alia, Non tamen fatentur quod vna sit esse formale alterius. Similiter nec ego concedere cogor, quod deus sit esse formale intellectus creati: Non enim dat actum primum seu esse per formalem intrinsecamque cōiunctionem, sed efficienter duntaxat. Illi autem q opinati sunt deum fore omnium esse formale, dixerunt deū esse omne q̄ est, substātialeq; eē cūctorū.
L 2 Præterea

Præterea nequaquam consequitur quod diuina essentia sit menti creatæ formaliter inhærens, pro eo quod ei vnitur tanquam intelligibilis forma, imo tam secundum gentiles quam Christianos quosdam philosophos, inter quos sunt Albertus & Egidius, species visibiles quæ diffunduntur ad oculum non sunt in aere tanquam in subiecto, sed vt in differente, formæque intelligibiles secundum eosdem non sunt in intellectu subiectiue, sed perfectiue, & hoc est propter diminutum ac debile esse talium formarum. Quanto magis diuina essentia quæ est prima veritas perficere potest intellectum sine inhæsione accidentali atque intrinseca. ¶ Porro vnum quod ex vnione intellectus cum forma intelligibili resultat, non est vnum simpliciter, sed est vnum tale quale ex coniunctione perfectibilis perficientisque prouenit. Sic autem ex diuina essentia & mente creata vnum fieri nil vtique prohibet. Nam & qui adhæret deo, vnus cum eo spiritus fertur. Operatio demum intellectualis quæ est mentis creatæ, diuinæ essentiæ modo dicto vnite, immediate causatur à mente creata, & subiectatur in ea. Diuina vero essentia est causa principalis efficaciam præstans: forma quippe semper est operationis principium. P. Si diuina essentia est menti creatæ & videtur seu obiectum, & quo videtur videlicet intelligibilis forma, tunc imo alia atque alia ratione vnitur menti, vt obiectum & vt forma, hanc autem distinctionem libenter audirem. T. Diuina essentia in quantum intellectum creatum actuat, perficit, & velut ad se trahit atque deiformiter format, rationem accipit

Albertus Egidi.ro.

1.Cor.6

pit intelligibilis formæ, non quod ad naturā intellectus creati, coarctetur aut certe trahet, sed potiꝰ ꝙ illū ad diuinæ naturæ assimilationē trahit ac erigit. Inquantū vero est terminus intellectiue visionis, id scilicet quod videtur obiectū vocatur. Nā in deo ꝙ ꝙ idem prorsus censentur intelligens, intellectus, seu virtus intelligendi, intelligibilis forma, & quod videtur siue obiectum. Sed ratio nostra distinctionē quandā inducit, eo quod nequeat diuinū esse secū- 1. Iohā.3
dum propriam puritatē ac simplicitatem agnoscere. In patria vero videbitur deus sicuti est, & non ponet circa eū ratio nostra distinctiōes huiusmōi, sed implebitur quod ait propheta: In die illa erit deus vnus, & nomen eius vnū, quoniā per vnā speciē cognoscetur, & in ea sola ipsa diuinitas perfecte videbitur, proptereꝗ vno nomine exprimetur. Nūc autem quia per varias formas in ænigmate, id est, tenebrosa imagine à nobis contemplatur, varijs ꝙ ꝙ nominibus appellatur. P. Profundissime mihi respondes, sed cū diuina essentia vniatur menti creatæ tanquā intelligibilis forma, cur aiunt Christiani omnia à beatis in patria cognosci in verbo, id ē, filio, potius quā in diuina essentia. ¶Deniꝗ, cur magis in verbo quā patre vel spiritu sancto, cū tñ pater sit verbi origo, & spiritus sanctus spiritus veritatis dicatur.

Zach.14

1. Cor.13.

Iohan.16

¶ Responsio Theologi ad quæstionem Philosophi, cur potius dicantur beati in patria omnia videre in verbo quam in diuina essentia; vł patre aut spiritu sancto. Articulus XXII. Theologus.

Reminiscere iam eorũ quæ in his quæ de sup bñdicta trinitate sunt dicta habita sunt. Dixi quippe si recolis, quod verbum seu filius pcedat à patre per intellectum, spiritus sanctus ab vtroq; per voluntatem. Ideoq; quæ ad intellectum
1.Cor.1 pertinent verbo appropriantur, vt esse sapientiam
Iohã. 14 patris, veritatem, exemplar, imaginem, & propterea omnia in ipso cognosci dicuntur. Ipse enĩ est expressio sapientiæ paternæ mentis, in qua quicquid in sapientia atq; essentia patris continetur, eminen-
Collos. 1 ter ac plene resultat & lucet. Vñ filius est patris imago, omniũ quoq; quæ facta sunt aut fieri possunt exemplar & species, idea & ratio. Non tamen sic vniuersa in verbo cognosci dicuntur, quasi pater nõ videatur nisi per filiũ, imó & pater & spiritus sanct⁹ immediate à beatis cernuntur, imó tota trinitas vna existens vera, immensa, æternaq; deitas, est beatæ fruitionis primũ, summum, ac immediatũ obiectũ, quoniã sicut tota trinitas vniuersa indiuise creauit, sic omnes beatos indiuise felicitat. Et secundũ fidelem Augustinum, ea sola vere finaliterq; fruendum est. Enimuero cum diuina essentia absolutissime nominetur, nomen enĩ essentiæ summe est absolutum, & de omnibus quæ in deo sunt vere dicibile. Pater enim est essentia diuina, similiter filius, & idem spiritus sanctus, tota insuper trinitas diuina essentia verissime dicitur. ¶ Propterea ad insinuãdum quod beati in patria totam trinitatem, singulasq; diuinas personas clare ac immediate conspiciunt, conuenientissimũ dictũ est, quod diuina essen-

tia

tia vnitur beatis tanquã intelligibilis forma. Etenĩ in ea cognoscunt quicquid ad plenam beatitudinẽ pertinet. Nihilominus videtur pater in filio tanquã in pfecta ac naturali imagine, Filiᵘˢ ꝗꝫ in patre sicut riuᵘˢ in fonte, Spiritus sanctᵘˢ in vtroq; & vterq; ĩ ipso

¶Quæ videntur in diuina essentia & quæ non. Articulus. XXIII. Philosophus.

AD quæstionem propositam efficaciter respondisti theologe. Sed quoniam iuxta pręostensa intellectus creati non omnia in diuina natura cognoscunt quæ in ea resplendent, cũ infinita in ea reluceant. Iam precor edissere quæ nã in ea videntur à beatis, & quæ nõ. T. Quicquid ad veram beatitudinem spectat cognoscere, hoc oẽs ac singuli in diuina aspiciunt luce. Supernaturalis demum felicitas de qua nunc ꝓfamur, naturalem beatitudinem præsupponit: Non enim esse potest quid simpliciter supnaturaliterꝗꝫ beatũ sine pfectiõe naturæ. Ad naturalẽ aũt beatitudinẽ exigitur totiᵘˢ vniuersi naturas ordinẽꝗꝫ cognoscere. Talẽ nanq; beatitudinẽ substãtijs separatis asscripserũt philosophi. Ideo oẽs beati in patria totius mũdi, vtpote oĩm visibiliũ ac inuisibiliũ species & genera, naturas ac ordinẽ in diuina essentia pfectissime intuẽt. Nõ aũt reqrĩt vt cũcta in particulari agnoscãt. ¶Deniq; naturalis capacitas ĩ beatis pfecte iplẽt, sed intellectus ẽ ꝗdãmodo oĩa scđm Aristotelẽ, eo ꝗ oĩm capax sit per cognitionem in specie, non in singulari. Singularia eñ propter indeterminationẽ suã relinquũtur ab arte, omnia itaꝗꝫ secundũ speciẽ sciunt.

Deᵘˢ quomõ videtã btis.

Beati ꝗ mõ omĩa in diuina essẽtia cõspiciant.

 Pręterea

Præterea ea quoq; in particulari atq; distinctissime in verbo conspiciunt, quæ ad plenã beatitudinẽ singulariter pertinent. Vnde singuli beatorũ singulos distincte cognoscunt, & ardentissime diligũt: hoc equidem ad perfectã societatẽ, accidentaleque præmiũ confert & proficit. Rursus, quæ specialem ad quẽpiam beatorum habitudinem habent, ea singuli distincte in verbo cernunt. Ideoq; sancti eos optime nõscunt, qui eos colunt, amant & inuocãt, precesq; eorum intelligunt. Sed & martyres sancti eos specialiter mõ cognoscunt, quos in præsenti p se, utores habebãt, quatenus per hoc amplius gaudeant. Porrò, non omnes sancti eque multa nec eque clare in deo cognoscunt, neq; rationes diuinorum effectuũ eque perfecte inspiciunt. P. Cũ diuinam essentiam intueri incõparabiliter maius sit q̃ quoscunq; effectus, quantaslibet creaturas cognoscere, videtur quod nullus effectus, creaturaq; nulla eos quæat latere, quibus impartitum est essentiam diuinitatis prospicere. T. Quamuis maius sit deum videre quã quoscũq; effectus, nihilominus maius est in diuina essentia plura videre, quã eã videndo pauciora in ea cognoscere. Ideoq; nõ sequitur, q deũ vidẽtes, vniuersa creata i particulari cognoscãt.

Cõtra hę resim Vualdẽsium

¶Introductio rationum Theologi quam ꝓbabile sit nõ posse beatificari intellectũ creatũ nisi in diuinę visione essentię. Articulus. XXIIII. Theologus.

SEcundum excellentiores philosophos, Platonem & Proclum, Aristotelem & Alpharabium, atq; eorum sequaces, omnis dei cogni-

tio, quæ per species creatas habetur potius est per ablationem seu abnegationẽ, quã per positionem. Melius enim scitur in ea quid deus non est, q̃ quid est, imò quid est penitus ignoratur, Et hoc ipsum ĩ libro de causis asseritur. Deniq; magnus Dionysi⁹ in mistica theologia, & Iohannes Damascenus libro primo idẽ testãtur. Scire aũt de aliquo qd non est, & non quid est, est potius ignorare quã scire. In tali igitur noticia non quiescit intellectus, quoniã naturaliter appetit de ignoto notitiam. Et vti naturaliter certitudinẽ atq; scientiam appetit, sic ignorantiam fugit. Non vtiq; contentari potest, donec de deo quid sit intelligat. Ergo in sola dei perfecta visione, vera beatitudo consistit. Præterea intellectus non sistit in agnitione effectus, sed causam inquirit, & nisi illã cognoscat, non contentatur neq; quiescit. In nullius ergo creaturæ noticia, vltimata consistit felicitas, sed in solius primæ causæ contuitũ, vel ergo in illo qui est per effectũ, vel in eo qui est per speciem increatam, non primum quoniã videre deum per effectũ seu creaturas est dũtaxat cognitio quia est. Scientes autem de aliquo quia est, desideramus agnoscere quid ẽ. In tali ergo cognitione intellectus nequaquã quiescit, sed in ea qua scitur de deo quid est, quod esse non valet nisi p speciem increatãm. ¶ Deniq; cum visio dei per creata imperfecta sit, habẽs eã, perfici appetit. ¶ Adhuc ad id vnũquodq; conuertitur à quo procedit, in illius ergo cõtemplatione intellectus humanus beatificatur, à quo immediate creatur. Sed à solo deo creatur

Beatitudo vera vbi sit

tur,quemadmodum ante probatum est,in solo deo felicitatur,& non in intelligentia aliqua,sicut Auicēna opinatus est. P, Rationes istæ nihil demōstrant. T, Ego interim eas tanq̃ probabiles introduxi:fidem autem demōstrare non studeo,sed quod rationi non repugnet,imo quod ratio ei deseruiat,quãuis ad eam pertingere nequeat,probare intendo. P, Diffusius aliquid mihi de felicitate cœlesti,quã Christiani expectant,eloquere.

Responsio theologi de gaudijs felicitatis cœlestis. Articulus. XXV. Theologus.

QVale proinde sit gaudium beatorũ in patria,tu ipse ô philosophe per propriæ atque philosophicæ subtilitatis indaginem, vtcunq; elicere vales. Scis nanq; Aristotele contestãte, q̄ gaudiũ seu delectatio oritur ex vnione potentiæ ad bonum conueniens. Est enim gaudium diffusio animi,ex contuitu boni. ¶ Deniq; magnitudo gaudij ex tribus causatur, videlicet ex bonitate seu conuenientia obiecti, ex nobilitate potentiæ,& ex modo seu medio vnionis. Quoniam ergo diuina essentia quam omnes beati vident,qua etiam perfecte fruuntur,sit infinita bonitas, immensa dulcedo, incircunscriptibilis pulchritudo, interminabile lumen,& vt ad omne dicam, omnium bonorum & pulchrorum ac desiderabilium intensiue atque simpliciter infinita, superessentialisq; plenitudo,cõstat quod gaudium beatorũ in patria ex parte obiecti, sit prorsus sup omnẽ linguã, cogitationẽ ac intellectũ, plenissimũ, dulcissimũ, purissimũ, desiderabilissimũ.

Gaudiũ quid.

bilissimũ, ardẽtiss securiss. & in omni delectatõis nobilitate pfectũ. Deniq; intellectus & volũtas quib⁹ beati deo vniũt, sunt nobilissimæ potentiæ animæ, vtpote inorganicæ & indestructibiles, in qbus sup sctẽ trinitatis imago relucet. Cũ ergo ipsæ tã infinite perfectionis obiecto copulẽt, ideo ex parte potẽtiæ operãtis ẽ gaudiũ btõrũ dignis. intẽsissimũ atq; æternũ. Insuper cũ secundũ p̃ostensa, mediũ per q̃d deus videt aliud nõ sit nisi diuina essentia mẽti creatæ tãq̃ intelligibil' forma vnita, dispositio q̃q; mẽtis btẽ q̃ ad dei visionẽ disponit, sit lumẽ gloriæ, elucescit q̃ gaudiũ btõrũ ex parte vnionis seu medij sit oĩno incõphensibile ac vere perfectũ, mẽtẽ felicẽ totaliter occupãs, implẽs ac supadimplẽs, in deũ absorbens & inauertibiliter æternaliterq; in ipo stabiliẽs. Quid nẽpe ẽ immenso bono, immensæ dulcedini, immensoq; lumini immediate vniri, deo in seipso frui, atq; eo sicuti est totaliter affici. P. Magna sunt gaudia hæc, & reuera ineffabilia valde, ac desiderabilia nimis. Cũ ergo oĩa ista ita se habeãt, cõfiteor plane, q̃m nihil ẽ Chr̃iano felici⁹, qppe cui tãta bona reposita sunt. T. Ea q̃ dixi ad eẽntiale p̃miũ ptinẽt. Est aũt & aliud p̃miũ q̃ accidẽtale vocaẽ. P. Quæ ẽ horũ distinctio p̃mioꝝ? T. Essentiale p̃miũ ẽ ipa essentia btitudinis in solius veræ deitatis visiõe seu fruitiõe cõsistens, & corrñdet charitati: a cui eñi seu feruori charitatis, p̃miũ essentiale debẽ. Porro p̃miũ accidẽtale in bonis creatis situ ẽ, in agnitiõe sc; ac delectatiõe eoꝝ: corrñdetq; atq; debẽ bonæ opatiõi, cæterarũq; virtutũ: cui tñ etiã eẽntiale p̃miũ reddit, inquãtũ à charitate imperatur. Præ-

Medium p q̃d de⁹ videt, q̃d.

Præterea virginitati, martyrio, ac doctoratui propter specialem præcipuamq; difficultatem debetur aureola, quod est speciale quoddam gaudium mentis, de opere precellenti ac priuilegiato proueniens. Hoc demum agnosce, quia tot sunt æternæ beatitudinis gaudia, vt nemo ea scire effariq; valeat, nisi is cuius sapientiæ non est numerus, & cui ipse dignatur hoc pandere. Nempe gaudebunt beati super se de dei visione: infra se, de cœlestium orbium elementorumq; inæstimabili pulchritudine: intra se, de corporis & animæ glorificatione: extra se, de angelorum & hominum la[ta]bunda societate: nihil quod optent potest deesse, nihil adesse quod horreant. Hic summa securitas, secura tranquillitas, tranquilla iucunditas, iucunda felicitas, felix æternitas, æterna felicitas. ¶Ecce hæc ex parte dicta sunt, & cum vix paruam stillam de eis audierimus, quis poterit tonitruum sermonum de eis audire? Omnino deus piissimus, deus fidelis, & naturaliter bonus atq; largissimus fidelibus seruis suis copiosissimam mercedem repẽdit amatoribus suis, non aliud q̃ seipsum retribuit, & quo nunc quis pro eius amore se plenius abnegat, eo in patria deus eidem seipsum integrius atq; totalius reddit atque communicat. P. Beati qui ad beatitudinem tantã electi sunt. T. Quemadmodũ te teste, nil Christiano felicius, sic nihil periculosius neque damnosius q̃ christianam fidem habere, & vitam rennuere: omnium hominum miserrimus, est malus Christianus. P. Nũc de malorũ tormẽtis pfecti^9 eloquamur.

¶De im

¶De impiorum tormentis. Artic.26 Philosophus

CVm pœna sit merces peccati, ac per hoc inter pœnam culpamq́ꝫ proportio esse debeat, non video quomodo pro temporali peccato infligatur pœna æterna. Aeternitas nanque & tẽpus in infinitũ distant, proportioneq́ꝫ carẽt. Denique amaritudo pœnæ delectationi correspondet peccati, quomodo ergo pro momẽtaneo quod delectat, rependitur æternum quod cruciat. Præterea violentum non potest esse perpetuum Rursus corpus mixtum in tot tormentis incorruptum subsistere, & præsertim in igne, impossibile prorsus videtur. T. Omnia facta sunt quatenus in cunctis & singulis diuina reluceret perfectio Congruit enim in effectibus naturam perfectionemq́ꝫ resplendere causarum. Itaque sicut in creatione apparet diuina potentia, in gubernatione sapientia, in reparatiõe clementia: sic in remuneratione manifestatur diuina iustitia. Ideoq́ꝫ sicut in electis diuina benignitas in æternum patebit, sic in reproborũ damnatione dei equitas sine fine clarebit Nec obest quod obijcis, licet enim peccatum sit temporale quo ad efficientiam, est tamen infinitum quo ad enormitatis excessum eo quod cõmittatur contra maiestatem sanctitatem, ac equitatem immensam Et quoniã creatura capax non est pœnæ infinite intensiue, ideo torquetur pœna secundum durat onẽ seu extensiue infinita Et huius gdẽ multa patent exẽpla in iure humano: Nã crimẽ læsæ maiestatis tẽporale existit, seruitus aũt perpetua Rursus, pro tẽpora

li peccato transmittitur quispiã in æternũ exilium: licet aũt pœnę hęx finem sortiãtur, hoc per accidẽs esse videtur. Nã si vita semper duraret, pęna quoq; maneret. Deniq; pro homicidio cito pacto, vita ir recuperabiliter tollitur. Nec oportet vt sit eadẽ intentio in amaritudine pœnæ & delectatione pecca ti, sicut prædicta exẽpla insinuant, sed seruatur illic proportionalitas aliqua, quoniã pro maiori delectatione inordinata, amplior redditur pœna. Per se aũt quantitas pœnæ respondet non delectatiõi, sed enormitati peccati, q̃ vtiq; ex multis circũstantijs prodit. Rationes proinde variæ sunt, cur pro tẽ porali peccato pœna impartitur perpetua. ¶ Primo quoniã hęc vita ẽ via ad aliam vitã, nã ad hoc vnitur corpori anima vt sancte & iuste viuendo ad veram beatitudinem transeat, q̧ philosophi quoq; concesserunt. Mors aũt est terminus vię, post terminum vero non contingit mutari, sed est quies à motu. Itaq; post mortem finitur via perueniendi ad vltimũ finem. Ideo anima quæ ante mortem beatitudinẽ non meretur, postmodũ eam nequit sortiri, vnde in æterna miseria permanet. ¶ Secundo, quoniã homo in suo æterno peccat, ideo in dei æterno torquetur. ¶ Tertio quia peccatum ex eo q̧ contra immensum deum cõmittitur, interminabiliter vindicatur. ¶ Quarto quia macula culpæ quæ est causa pœnæ, indelebiliter perseuerat. Non em̃ si ne pœnitentia & gratia potest deleri, post mortem autem impij nunquã vere pęnitebunt, quia in malo indurati erunt, vnde nec gratiam consequi pote

terũt

sunt. P. Quomō non pœnitebunt de malo, ꝑ quo tanta tunc sustinent? T. In ea dispositione atq; affe ctu quo anima separatur à corpore, incōuertibili ter manet, In peccato aūt mortali cōstituit sibi homo finē in bono caduco. Ideoq; in mortali peccato decedēs in talis boni affectu īmutabiliter manet, & illo frui mallet quā deo, quoniā illud maius dile xit & diligit quā deum. Dolent igitur de peccato nō per se vt pote quia peccatū est malum, sed p acci dens, scilicet inquātū est afflictiuū. P. Est in inferno alia pœna sensus quā ignis? T. Vtiq; ibunt em̄ de in tensissimo calore, ad vehementissimū frigus. Est q̄ q; illic fletus, non tamē perlachrymarū resolutionē sed cerebri conturbationē, & stridor dentium, maximus fœtor, horridus tenebrosusq; locus, molesta societas, desperatio atq; blasphemia. Singuli quippe sensus in miserijs suis affligentur tormentis, & q̄ niā est illic, & erit horridus aspectus, ideo ē ibi modicus ac fumosus teterq; splendor ignis, ad nullum solatiū, sed vt se mutuo cōspicere queant ad miseriæ cumulum. P. Cum ignis ille corporeus sit, q̄mō agit in spiritū, vt est dæmō & aīa? T. Vt diuinæ instrumentū iustitiæ, nō vt agens naturale. P. Cessante motu cœlesti, cū sit motuū primus, nullus vt apparet esse poterit motus. T. Per diuinam potentiam erit motus localis in cœlis & inferis. Verumtamē generatio, itēq; corruptio prorsus cessabūt: hoc quoque agnosce, quod qui sine mortali peccato decedunt, nec tamē in gratia fuerunt, vt sunt pueri non babtizati, pœnam sensus nunquam habebūt.

Disputatio

¶ Disputatio Theologi contra Philosophū de feli-
citate atq; miseria hominū. Articul. XXVII. Theo.

CONtemplare nunc quæso philosophe æquo
iudicio, quid melius sonet, fidei nostræ posi-
tio, an philosophorū assertio. En inter Peri-
pateticos p̄clari Auicēna & Algazel, qui vltimā ho
minis felicitatem in cōtemplatione intelligentię vl
timæ statuerunt, animas rationales nunc à corpo
re separatas, dixerunt actu infinitas. Quid aūt tam
Auice. irrationabile, quā quod sapientissimus conditor o
Alga. pera sua non ordinauerit ac determinauerit, atq; ĩ
numero, mensura & pondere collocauerit. P. Quo
ad hoc cæteri naturales eis contradicunt. T. Pauca
vel nulla est inter eos concordia. Ēmuero qui eis
contradicunt plus errant, quā ipsi. ¶ Auerrois enī
& Abubater ne admitterent infinitatē animarū, sciē
tes quoq; intellectum esse perpetuū, arbitrati sunt
Alex. phi animam humanam esse mortalem, intellectū autē
losop. non esse in nobis nisi per quandem resplendētiam
Auicen. ab intelligentia separata. Alexander aūt vtrūq; vi-
dens esse absurdum, asseruit animas rationales o-
mnino mortales, ipsumq; intellectum esse potenti-
am materialem, ac de materia demū eductā. ¶ Por
ro, quod Auicenna posuit animas iniustas tādem à
miseria eripi, atq; intelligentiarū luminibus copula
ri, nunc improbatum est. Cū enim mors sit termi-
pla. in ph nus viæ, nō potest post eā reditus esse ad vltimū fi-
Pla. ii thi. nem. Hæc igitur de Peripateticorum errore indu-
xerim. Nunc aūt de Stoicis dicam: Ecce princeps e-
orū Plato in Thimeo & Phedone de præsenti ma

teria

teria multa edisserens, hoc tãdem concludit, ꝙ animæ bonoꝝ corporibus segregatæ, ad stellaꝝ contubernia, sydereasq́ꝫ mansiones redeuntes, post certa interualla, rursus corporibus delectẽtur, eisq́ꝫ denuo vniri desiderent, & ad vitæ huius miserias descendere cupiant. Quid aũt tã stultũ, q̃ opinari animã in tanta sapientiæ ac veritatis contemplatione consistentẽ, corpore delectari, & à tanta beatitudine in miserias non ignotas relabi velle? ¶ Deniq́ꝫ cõtra positionẽ hanc in præinductis cõpletius disputatũ est. P. Quãuis rationes tuæ per se non cogant me, vt me fidei huic articulo subdam, nihilominus cunctis pensatis, videlicet rationibus tuis naturalibus, fidei quoq́ꝫ supnaturalibus argumẽtis, atq́ꝫ cõtrauersia quę inter philosophos est, fidei potius adhærendũ recenseo. T. Rite consideras. Vis ne itaq́ꝫ de præsenti plura sciscitari materia? P. Si iubes procedamus ad cætera. T. Iam de sex fidei orthodoxe expediti sumus articulis. Porró nunc septimum introimus qui est de incarnatiõe verbi. Et quoniam articulus iste eorum qui de humanitate sunt Christi, articulorum primus est, atq́ꝫ post duos articulos primos fidei, quorum est vnus de diuina vnitate, secundus de æterna trinitate, præ cæteris est præcipuus. Ideo si tibi sic cõuenire videtur, in eo à nouo ordiar libro. Hoc eq́dẽ scias ꝙ tota theologica veritas de trinitatis deitate, humanitateq́ꝫ Christi specialiter principaliterq́ꝫ pertractet. P. Iuxta præconceptam animo formam, ó theologe inchoa.

EXPLICIT LIBER TERTIVS.

¶INCIPIT LIBER QVARTVS DE incarnatione filij dei &c. ¶Proœmium.



VI fecit stellas, hic est deus noster:& post hæc super terrā visus est,& cum hominibus conuersatus est. P, Lucide mihi insinua fidei tuæ articulū hunc. T, Credimus ó philosophe, cōfitemur & indubitanter agnoscimus,q̄ cre- Baruc. 3

Genesis.1 ator cæli & terræ,qui hominem ad suam imaginē condidit,pro hominū reparāda salute,homo fact9

Iohan.1 fit.P,Salus quæ reparatur deperdita fuit,& denuo recuperatur,si ergo hominū salus reparata est,depdita fuit.T.Ita est, prsus,&heu oino sic est,Nūquid oblitus es quēadmodū tibi pdixi de hominis cōstitutione primeua,de priuaricatiōe ipsius,de expulsione àparadiso, de originali iustitia, hæreditarioq; peccato seu infectiōe naturæ? P,Quantū psenti tractatui cōuenit, reiterare digneris. T.Nō in solis nudis purisq; naturalibus cōdidit hominē deus,sed in naturali quadā ac originali iustitia cū plasmauit. Hæc aūt iustitia in primo parēte fuerat,nō solū vt in determinata psona,sed etiā tanq̄ in humanæ naturæ primordiali principio. Ideoq; hanc pdidit tā sibi quā alijs dū peccauit. Itaq; defectus seu priuatio originalis iustitiæ,naturale peccatū seu origina-

Roma.5 lis culpa vocat̃. qa tota natura humana in primo

Peccatū actuale quid. parēte erat infecta,&ex cōsequēti in o:bus q naturali origine ab eo pdibāt, hoc peccatū in primo homine & actuale seu psonale fuerat inquātū p actū

pprīū

ꝓpriũ illius cõmissum erat psonæ,& naturale seu originale inquãtũ naturã in suo fõte corrupit:in posteris vero nõ actuale,sed originale tm̃mõ est. Ideo ꝙ in eis nõ correspõdet sibi pœna sensus,sed dãni. In Adã aũt duplex ei pœna debebat,videlicet sensus, inquãtũ fuerat actuale:& dãni, ꝓut erat originale, ratiõe auersiõis priuaricatiõisq; grã. Ab hoc demũ originali peccato, & à pœna eius liberari nõ valuit humana natura à seipsa, sed superioris naturæ redẽptore indiguit, Vñ ꝓpter delẽdũ peccatũ huiusmodi ac reformandũ atq; sanandum totam naturam humanam, vnigenitum dei incarnatum fatemur. Peccatũ originale quid.

¶ Qua dei iustitia primi parentis peccatum posteris imputetur. Articulus primus. Philosophus.



Omne peccatũ volũtariũ ẽ. Si ergo originale peccatũ in posteris rationẽ culpæ sortit,in eisdẽ voluntariũ erit. Nulli nãq; ĩputatur in culpã ꝙ vitare nõ potest: originale aũt peccatũ ĩ posteris neq̃q̃ volũtariũ ẽ, nã in potestate eorũ nõ ẽ,vt sine eo nascãt. Preterea q̃ aliter habere se neq̃ũt,pctã nõ sunt. sed originale peccatũ cũ naturale dicat nõ ĩeẽ nõ pt,nullatenꝰ igit peccatũ existit. Adhuc is puniẽdꝰ ẽ q offendit,q̃mõ ergo,ꝑ primi hoĩs culpa ceteri pœnę,iteq; dãnatiõi obnoxij fiũt:q̃ ĩq̃ ẽ ista sanctiss,dei iustitia? Amplꝰ aĩa nõ ẽ ex traduce,sed ab extrĩseco,& scd̃m te creat ĩmediate à deo,q̃mõ ergo originali pctõ inficit? non potes asserere ꝙ ex cõtactu materiæ seu vnione cũ carne:Caro enĩ aũ copulã aĩę eẽ neq̃t pcti subiectũ.

¶Amplius quæro, an primus parens pœnituit gratiãq; reparauit, vel saltim readipisci potuit an non. Si sic, tunc peccatum eius ante prolis propaginem deletũ erat, & natura in ipso à peccato sanata. Non ergo per generationem peccatum transiuit ab ipso in filios. Non puto autem te dicturum q̃d pœnitere non potuit, quoniam sic redemptor ei prodesse non potuisset. Atuero si prothoplastus homo suo peccato naturam inficere valuit, cur sua pœnitentia eandem reficere atq; sanare nequiuit. T, Omne peccatum esse voluntarium tam philosophi q̃ theologi astruunt: Veruntamen non omnia peccata æqualiter voluntaria sunt. Actuale nanque peccatum voluntarium est voluntate personę peccãtis. Porro originale peccatum volũtarium est quoq;, non vtiq; voluntate singulorum determinata & propria, sed voluntate primi parentis. Quomodo ergo imputatur quæris nobis in culpã. En eo modo imputatur nobis in culpam, quomodo eramus in primo parẽte, eo quippe modo quo eramus in eo, nati sumus habere, imo & vero haberemus originalem iustitiam. Nam vt Anselmus testatur, est priuatio primordialis iustitiæ debitæ in esse. Contemplãdum est itaq; qualiter eramus in primo parente. Ecce vt nosti Porphirio tuo dicente. Participatione speciei plures homines sunt vnus homo. Deniq; sicut multa membra sunt in vno corpore, sic multa indiuidua sunt in vna natura specifica. Itaque vniuersi nos in primo parente eramus, sicut in primo principio, & in natura humana, quæ in ipso

Peccatũ q̃ñ volũtarium.

1. Cor. 12

ipso fontaliter fuit, atq; originalis dono iustitię dotata fuit, non solum inquantum personam primi hominis respiciebat, sed inquantum cunctis ex illo propagandis communis fuerat. Vnum ergo in primo parēte quodammodo fuimus, prout varia membra in suo corpore vnum existunt. Per hunc igitur modum omnes in ipso peccauimus atq; in ipso cecidimus, eramusq; natura filij iræ, & item añ damnati q̄ nati: non aliquo actu suppositali distincto & proprio, sed quasi actu naturæ, & in actu primi parentis, prout continebamur in eo. Per hoc autem tuæ primæ instantiæ sunt solutæ. Prima qdē apertæ. Et vt secundā apertius soluam, dico quod licet non sit in nostra potestate suppositali carere isto peccato, iuste tamen imputatur nobis propter liberam illius potestatē, in quo vnum eramus atque cecidimus. Illud tamen obiectio obtinet q; nō imputatur nobis quasi proprium & actuale peccatum. Vnde nec pro eo pœnam sensus incurrimus, sed damni duntaxat: vtpote diuinæ visionis carentiam, ad quam per originalem ordinabamur iustitiam. Et per hoc ratio tertia ē soluta. Nam eo modo quo punimur offendimus, punimur nempe pęna naturæ, id est, naturam viciatam concernente, scilicet pœna damni, & offendimus offensione naturalis originalisq; culpæ. ¶ Ad quartum respondeo, q; in eodem instanti quo anima creatur infunditur, & infundendo huius peccati macula inquinatur, quæ quidem culpa seu macula inerat semini, non essentialiter, sed radicaliter, quemadmodū Ephe. 2

ex semine leprosi generatur leprosus, quamuis in semine lepra non nisi radicaliter fuerit. ¶ Ad quintũ dicendum, quod Adam pœnituit, gratiamq; obtinuit: hæc vero pœnitentia esse non potuit pro peccato, nisi prout actuale erat, & gratia illa originalis iustitiæ innocentiam non reduxit, neq; pro infectione naturæ satisfactoria fuit, sed efficaciam præstitit ad merita personalia in futurũ. Deniq; signũ huius est quod ante Christi passionem nullus sanctorum beatitudinis regnum ingredi potuit, licet enĩ actuali peccato carebant, tamen pro originalis defectu iustitiæ, quo ipsi erant corrupti, satisfacere nõ valebant. ¶ Vltima vero obiectio cæteris est facilior: Potest enim homo per se cadere atq; peccare, itemq; perire, non autem sine gratia potest resurgere, promereri atq; saluari. Itaq; potuit primus parẽs gratiam toti naturæ seu posteritati communicandam peccando amittere, non tamen eandem reparare. ¶ Denique vt dicitur peccauit voluntate naturæ, id est actionem habente quæ in naturam posteritatis transiuit, pœnituit autem voluntate personæ. Philosophus. Eleganter mihi respondes. Verũ tamen nondum capere quæo, qua dei iustitia propter primi patris peccatum, tota eius posteritas, vltimi finis felicitatis destituta consistat. Ideoque desidero vt difficultatem præsentem manifestius pãdas. T. Prompte parebo.

Adã quõ pœnituit

¶ Introductio cõuenientis exempli ad lucidiorem præsentis difficultatis explanationem habendam.

Articulus .II. Theologus.

Secundum

SEcūdū præhabitorū tenorē innotescit, q̄d sicut vltima & vera hominis beatitudo, supnaturalis est, sic ,ptoplastis parentibus supnaturalia erant indita dona, videlicet originalis iustitia, q̄tenus per proportionata media ad supernaturalem finem pertingerent. Hæc vero iustitia primo parēti erat non solū vt singulari personæ, sed etiam velut naturæ principio data, ita quod si ipse creatori pareret, in omnem suam sobolem donum suū trāsfunderet. Sin autem, ipse illud perderet, nec posteris communicaret: quoniam igitur peccauit, posteri hoc dono iustitiæ priuati sunt. In hoc autē nullū præiudicium, nullaq; posteris irrogatur iniuria, quia nec ipsis nec primo parenti debebatur hoc donum ex conditione seu dignitate naturæ, sed ex sola creatoris liberalitate. Cuius aptū induc̄ exēplū: Si eīm rex aliquis militi suo munus aliquod nō debitū sed gratuitū, vtpote bonū feudale, tali conditione impēdat, q̄d si ipse regi in tali aut tali negotio efficaciter militauerit, ipse quidē bonū sibi præstitū possidebit, suæ quoq; illud progeniei relinquet. Si itaq; miles ille infidelis inobediensq; fuerit, nonne tam ipse quam eius posteritas bono impēso iuste carebunt? Sic est de peccato primorum parentum & posteritatis ipsorum. Et quoniam posteritas originali iustitia caret, per quam ad beatitudinem ordinata à deo erat cœlestem: Ideo illam adipisci non valuit, nisi vel ipsam reacquireret, vel aliquis pro eius defectu debitum solueret. Non potuit autem aliquis purus homo illam reacquirere,

ipsam videlicet naturam ad pristinā innocentiam suam reducere, nec etiā pro eius carentia satisfacere, cuius rationes cito insinuandæ sunt. P. Non imputat̄ modo hominibus originalis culpa? T. Sicut per Ade demeritū omnes eramus pœnæ damni propter originalis culpæ transfusionē obnoxij: sic merito Christi à debito isto primordialis peccati sumus soluti. Vnde nec imputatur nobis ad pœnam, quia Christus pro ipso satisfecit, vnde ipso passo ac mortuo, mox beatitudinis ianua patuit. P. Quomō abstulit Christus originalem culpā? an naturalē iustitiam seu primordialem innocentiā retribuendo, an pœnam duntaxat tollēdo? T. Optime atq; vtiliter sciscitaris, sed vtinā primordialem iustitiā singulis, vti & Ade tribueret. Nunc vero nō est quæstio. Experimur nempe, q amissam originalis iustitiæ gratiā seu innocentiā non reddit, nec suæ passionis merito confert, nisi per modum quem dicam. Satisfecit tamen omnino pro debito seu pœna exhibēda omnibus pro primo peccato. ¶ Porrò defectus qui originalem culpam sequūtur, non penitus abstulit, propter quod graue iugū super omnes Ade filios inductum est. Hij vero defectus sunt mors infirmitatesq; in corpore, fomes in sensualitate, ignorātia in intellectu, itemq; obliquitas in volūtate: hos defectus ac originalis peccati pœnas Christus merito suæ mortis abstulit, q̄tum ad sufficiētiam. Immortalitatem quippe quā nobis promeruit, in futura resurrectione præstabit. Gratiam vero cōtra fomitis inclinationem, & ad bona agēda incessabiliter

Rom. 5

Eccl. 40.

Christus à quibus nos sua morte redemerit.

liter donat his qui se capaces efficiunt, aut certe per alios efficiũtur capaces. Opportunũ est equidẽ meritum passionis Christi nobis aliquo modo applicari, nosq; id q̃d in nobis est facere, & ita ad nostrã cooperari salutem. Eis vero qui seipsos ad cõmunionem Christi disponere nequeũt, infantibus scilicet cõmunicatur meritum Christi per alios in fonte baptismatis, in quo omnia peccata delentur, gratia q̃que denotatur, fomes aũt debilitatur, non tñ extinguitur. P. Iuxta professionẽ tuam audire nũc cupio, cur nullns purus homo pro originali peccato satisfacere valuit.

¶ Quod nec homo pur⁹ nec etiam angelus humanam naturam ab originalis debito culpæ redimere potuit. Articulus, III. Theologus.

EX præinductis declaratũ opinor, quod post originalis amissionem iustitiæ, quæ erat gratia toti naturæ collata, aliam gratiam homo reparare nequibat, nisi personalẽ seu ipsam personam respicientem ac perficientẽ. Nam quoniã primus homo ante peccatum in originali iustitia ipsi naturæ data erat, ideo actionẽ habere potuit trãseuntem in totam naturam. post gratiã vero naturæ amissam, actus & operatiões eius personales mãserunt. Ideoq; per eas se ad gratiam personalẽ tantũmodo præparare valebant. Sed per actũ seu meritum ex gratia personali procedens reparari non potest tota natura, nec reformari, nec ad pristinam innocentiam reduci, nec à debito solui. Nullus ergo purus homo, nec Adam nec eius successor merito

Deus solus reparare p[illegible] [illegible] naturam

rito suo naturã in primo parente viciatã redimere potuit. Præterea per originale peccatũ vita æterna erat ablata. Vita autẽ æterna seu cœlestis felicitas ratione sui obiecti, qđ est deus benedictus, est quodãmõ immensæ dignitatis. Deo eñ in seipso frui ĩfinita quodãmõ pfectio ẽ. Sicut ergo hãc nulla creatura per pura naturalia potest mereri sibi, sic nullus potest eã toti naturæ reparare per gratiã personalẽ atq; finitã. Vnde necessaria erat in redemptore dignitas infinita, quæ nec puro homini, nec etiã angelo cõpetere potest. ¶ Amplius vt nosti philosophie, natura communis atq; specifica propter indeficientẽ suã communicabilitatẽ, inexhausibilẽq; participalitatẽ, infinitæ quodãmodo dignitatis perfectionisq; est, omnibus nanq; indiuiduis eminet, et in infinitũ quantũ in se est communicabilis est. Nullus igitur eã reformare liberareq; potuit, nisi q infinitæ efficatiæ ad satisfaciẽdũ existit, quod puræ creaturæ non conuenit. ¶ At vero ostendi tibi superius quemadmodũ peccatũ infinitæ enormitatis sit, q̃niã contra immẽsam sanctitatẽ excessus est. Pro tali aũt ac tanto excessu, satisfactor immensæ idoneitatis exigitur. P. Multa mihi decora proponis, sed videtur quod angelus cũ sit inter diuinã humanãq; naturã medius, pro humana natura satisfactoritẽq; mediator esse valuerit. T. Diligentius pensa: licet eñ sit angelus præstantior homine in ratione formæ, quoniam alterius naturæ & ordinis est, non tamen in ratione finis, quia ad eandem beatitudinem ordinatur vterq;. ¶ Insuper in præinductis iã

Peccatũ enormitatis infinitæ q̃re.

tibi

tibi probaui, quod ficut rationalis anima à deo im mediate producitur, sic in eo solo finaliter felicitatur. Si aũc angelus aut aliqua pura creatura humanæ salutis repararet beatitudinẽ, non deberent homines in solo deo spẽ suã statuere, atq; ad eũ omnino conuerti, & in ipso solo beatificari, sed in huiuscemodi suo redemptore iure sperarent, seq; ad eum conuerterent, nec soli se creatori subijcerent, sed tali quoq; liberatori se merito subderent. Et hanc rationem assignat Anselmus. P. Nũc ergo de ipsa dei incarnatione prosemur. Et primo desidero quatenus mihi rationes icarnatiõis vnigẽiti dei explanes.

¶De rationibus incarnationis filij dei.

Articulus .IIII. Theologus

IN superioribus admiratus es ò philosophe, dũ propter vnius hominis culpã audisti totũ genus humanũ dãnationi fuisse obnoxiũ, pserti q; sciscitabaris qua dei exigente id cõtigisset iustitia. Itaq; sicut tunc imperscrutabilem diuinæ æqtatis censuram mirabaris, sic modo ineffabilem æternæ benignitatis mirare abyssum. Ecce enim sicut propter vnius viri inobedientiam tota erat viciata natura, sic quoque propter vnius obedientiam atque meritum, hæc ipsa natura reparata redemptaque est. ¶ Rationabile nanque erat & condecens vt per alienam circunuentionem decepti, alterius redimerentur clementia, itemque per alium perditi, per alium recuperarentur. ¶ Quemadmodum igitur primus homo non propria malicia originaliter, sed serpentina imo dyabolica suggestione peccauit, sic p

Roma. 5

1. Cor. 15

Genes. 3

sic p alterius pietatem, Christi videlicet, meritũ eũdem reparare condecuit. Et vti posteri primi parẽtes demerito perierũt, sic alterius merito redẽpti salui[que] fierent. Hæc est ergo philosophe vna diuinæ incarnationis causa, quatenus sicut per alium cecidimus, sic per aliũ resurgeremus. Et quoniã præostẽsum est, non potuisse liberationem hanc effici à pura creatura, nec humana ne[que] angelica, aliter exhiberi nõ valuit, nisi à deo. Deus vero in propria sua natura ad satisfaciendum & promerendũ aptus nõ est, quod vti[que] propter naturæ suæ excellentiã accidit. Si ergo deus satisfacere pro perdito hominũ genere debuit, aliam quandã assumere naturam eũ oportuit: sed angelicam eum assumere non congruebat, quoniam illa erat assumenda natura quæ perijt, quatenus per eandem reparatio exhiberetur, p quam damnatio inducebatur. Quod nempe peccauit, aliquo mõ quantum possibile fuit, satisfacere debuit. ¶ Propterea ergo deus homo factus est, q̃tenus inquantum homo satisfaceret promerendo, at[que] vt deus ydoneitatem efficacẽ præstaret humanitati assumptæ, pro homine redimendo. ¶ Præterea inter naturam angelicam at[que] humanam hæc extat distinctio, quod angelus prima sua electione volũtaria at[que] deliberatiua in termino ponitur, id est vltimo fini perfecte ac vltimate coniũgitur, aut certe ab ipso inconuertibiliter, irreparabiliter[que] auertitur, & hoc propter suę cõtingit simplicitatẽ naturæ, propter quã ad qđ se primo conuertit, se totũ conuertit: hõ aũt qa ex anima & corpore constat, non

nō statim prima sua cōuersionē vel auersiōe in termino ponitur, nec immutabiliter se cōuertit ad id ad quod se semel conuertit, durāte vita corporea. Itaq; post lapsū pœnitere atq; resurgere potest. Ideoq; hominē lapsum liberari decebat magis quam angelū. Ostensum est aūt, quod à pura creatura liberari nequiuit: Ideoq; deum incarnatū fides testat diuina ¶ At vero omnes rationes in præcedenti inductæ articulo, quod nec homo purus, nec angel9 naturam humanam reparare valebat, nunc quoq; afferri applicariq; possunt ad probandū, quod non nisi à solo creatore liberatio ista fieri valuit. ¶ Porro aliæ plurime rationes assignari possunt, videlicet quia in incarnatione dei potentia eius maxime splendet, dum scilicet ea in vnā nectit personam q̄ inter se distantiam habet immēsam, bonitas quoq; diuina per hoc potissime innotescit, cū se tam liberaliter, tāq; incomparabiliter creaturæ rationali communicat. Misericordia etiam, dum taliter subuenit. Iustitia, dum nec peccatum manet inultum, nec q; perierat manet damnatum: sed & sapientia dei in incarnatione eius summe innotescit, vt cito patebit. Enimuero nec melius, nec clarius, nec eminentius, insinuare hominibus potest quāti eos creator existimet, quāta sit beatitudo beatoꝝ, quanta etiam miseria impiorū, nisi per incarnationem filij dei: nā ex dignitate legati pensari solet dignitas causæ pro qua mittitur. Cum ergo deus pater vnigenitum suū mittit in mundum, vt saluetur mundus p ipsum, clarissime elucescit quanta sit dignitas con- Iohan. 3

diti ōis

¶ Disputatio Theologi contra Philosophũ de felicitate atq; miseria hominũ. Articul. XXVII. Theo.

Contemplare nunc quæso philosophe æquo iudicio, quid melius sonet, fidei nostræ positio, an philosophorũ assertio. En inter Peripateticos p̃clari Auicēna & Algazel, qui vltimã hominis felicitatem in cõtemplatione intelligentię vltimæ statuerunt, animas rationales nunc à corpore separatas, dixerunt actu infinitas. Quid aũt tam irrationabile, quã quod sapientissimus conditor opera sua non ordinauerit ac determinauerit, atq; i numero, mensura & pondere collocauerit. P. Quo ad hoc cæteri naturales eis contradicunt. T. Pauca vel nulla est inter eos concordia. Emuero qui eis contradicunt plus errant, quã ipsi. ¶ Auerrois eñ & Abubater ne admitterent infinitatē animarũ, sciētes quoq; intellectum esse perpetuũ, arbitrati sunt animam humanam esse mortalem, intellectũ autē non esse in nobis nisi per quandem resplendētiam ab intelligentia separata. Alexander aũt vtrũq; videns esse absurdum, asseruit animas rationales omnino mortales, ipsumq; intellectum esse potentiam materialem, ac de materia demũ eductã. ¶ Porro, quod Auicenna posuit animas iniustas tãdem à miseria eripi, atq; intelligentiarũ luminibus copulari, nunc improbatum est. Cũ enim mors sit terminus viæ, nõ potest post eã reditus esse ad vltimũ finem. Hæc igitur de Peripateticorum errore induxerim. Nunc aũt de Stoicis dicam: Ecce princeps eorũ Plato in Thimeo & Phedone de præsenti materia

Auice. Alga.

Alex. philosop. Auicen.

pla. in ph Pla. ii thi.

teria multa edisserens, hoc tãdem concludit, q̃ animæ bonorum corporibus segregatæ, ad stellarum contubernia, sydereasq́ue mansiones redeuntes, post certa interualla, rursus corporibus delectẽtur, eisq́ue de nuo vniri desiderent, & ad vitæ huius miserias descendere cupiant. Quid aũt tã stultũ, q̃ opinari animã in tanta sapientiæ ac veritatis contemplatione consistentẽ, corpore delectari, & à tanta beatitudine in miserias non ignotas relabi velle? ¶ Deniq; cõtra positionẽ hanc in præinductis cõpletius disputatũ est. P. Quãuis rationes tuæ per se non cogant me, vt me fidei huic articulo subdam, nihilominus cunctis pensatis, videlicet rationibus tuis naturalibus, fidei quoq; supnaturalibus argumẽtis, atq; cõtrauersia quę inter philosophos est, fidei potius adhærendũ recenseo. T. Rite consideras. Vis ne itaq; de præsenti plura sciscitari materia? P. Si iubes procedamus ad cætera. T. Iam de sex fidei orthodoxe expediti sumus articulis. Porrò nunc septimum introimus qui est de incarnatiõe verbi. Et quoniam articulus iste eorum qui de humanitate sunt Christi, articulorum primus est, atq; post duos articulos primos fidei, quorum est vnus de diuina vnitate, secundus de æterna trinitate, præ cæteris est præcipuus. Ideo si tibi sic cõuenire videtur, in eo à nouo ordiar libro. Hoc eq̃dẽ scias q̃ tota theologica veritas de trinitatis deitate, humanitateq; Christi specialiter principaliterq́ue pertractet. P. Iuxta præconceptam animo formam, ò theologe inchoa.

EXPLICIT LIBER TERTIVS.

M Incipit

¶INCIPIT LIBER QVARTVS DE incarnatione filij dei &c. ¶Procemium.



VI fecit stellas, hic est deus noster: & post hæc super terrã visus est, & cum hominibus conuersatus est. P. Lucide mihi insinua fidei tuæ articulũ hunc. T. Credimus ô philosophe, cõfitemur & indubitanter agnoscimus, q creator cœli & terræ, qui hominem ad suam imaginẽ condidit, pro hominũ reparãda salute, homo fact⁹ fit. P. Salus quæ reparatur deperdita fuit, & denuo recuperatur, si ergo hominũ salus reparata est, deperdita fuit. T. Ita est, prsus, & heu oĩno sic est. Nũquid oblitus es quẽadmodũ tibi pdixi de hominis cõstitutione primeua, de priuaricatiõe ipsius, de expulsione à paradiso, de originali iustitia, hæreditarioq peccato seu infectiõe naturæ? P. Quantũ psenti tractatui cõuenit, reiterare digneris. T. Nõ in solis nudis purisq naturalibus cõdidit hominẽ deus, sed in naturali quadã ac originali iustitia cũ plasmauit. Hæc aũt iustitia in primo parẽte fuerat, nõ solũ vt in determinata psona, sed etiã tanq in humanæ naturæ primordiali principio. Ideoq hanc pdidit tã sibi quã alijs dũ peccauit. Itaq defectus seu priuatio originalis iustitiæ, naturale peccatũ seu originalis culpa vocat, qa tota natura humana in primo parẽte erat infecta, & ex cõsequẽti in oĩbus q naturali origine ab eo pdibãt, hoc peccatũ in primo homine & actuale seu psonale fuerat inquãtũ p actũ pprium

Baruc. 3

Genesis. 1

Iohan. 1

Roma. 5

Peccatũ actuale quid.

ꝓpriũ illius cõmissum erat ꝑsonæ,& naturale seu originale inquãtũ naturã in suo fõte corrupit: in posteris vero nõ actuale, sed originale tm̃mõ est. Ideo ꝙ in eis nõ correspõdet sibi pœna sensus, sed dãni. In Adã aũt duplex ei pœna debebat, videlicet sensus, inquãtũ fuerat actuale: & dãni, ꝓut erat originale, ratiõe auersiõis priuaricatiõisq; grãæ. Ab hoc demũ originali peccato, & à pœna eius liberari nõ valuit humana natura à seipsa, sed superioris naturæ redẽptore indiguit, Vñ ꝓpter delẽdũ peccatũ huiusmodi ac reformandũ atq; sanandum totam naturam humanam, vnigenitum dei incarnatum fatemur. Peccatũ originale quid.

¶ Qua dei iustitia primi parentis peccatum posteris imputetur. Articulus primus. Philosophus.



Mne peccatũ volũtariũ ẽ. Si ergo originale peccatũ in posteris rationẽ culpæ sortit, in eisdẽ voluntariũ erit. Nulli nãq; ĩputatur in culpã ꝙ vitare nõ potest: originale aũt peccatũ ĩ posteris neq̃q̃ volũtariũ ẽ, nã in potestate eorũ nõ ẽ, vt sine eo nascãt. Prętereа q̃ aliter habere se neq̃ũt, pctã nõ sunt. sed originale peccatũ cũ naturale dicat nõ iẽẽ nõ pt, nullatenꝰ igit peccatũ existit. Adhuc is puniẽdꝰ ẽ q offendit, q̃mõ ergo ꝓ primi hoĩs culpa cęteri pęnę, itẽq; dãnatiõi obnoxij sũt: q̃ iq̃ ẽ ista sanctiss. dei iustitia? Amplꝰ aĩa nõ ẽ ex traduce, sed ab extrinseco, & scd̃m te creat ĩmediate à deo, q̃mõ ergo originali pctõ inficit? non potes asserere ꝙ ex cõtactu materiæ seu vnione cũ carne: Caro em̃ aũ copulã aĩę eẽ negt pcti subiectũ.

¶Amplius quæro, an primus parens pœnituit gratiāq; reparauit, vel saltim readipisci potuit an non. Si sic, tunc peccatum eius ante prolis propaginem deletũ erat, & natura in ipso à peccato sanata. Non ergo per generationem peccatum transiuit ab ipso in filios. Non puto autem te dicturum q̄d pœnitere non potuit, quoniam sic redemptor ei prodesse non potuisset. At uero si prothoplastus homo suo peccato naturam inficere valuit, cur sua pœnitentia eandem reficere atq; sanare nequiuit. T, Omne peccatum esse voluntarium tam philosophi q̄ theologi astruunt: Veruntamen non omnia peccata æqualiter voluntaria sunt. Actuale nanque peccatum voluntarium est voluntate personę peccātis. Porro originale peccatum volũtarium est quoq;, non vtiq; voluntate singulorum determinata & propria, sed voluntate primi parentis. Quomodo ergo imputatur quæris nobis in culpā. En eo modo imputatur nobis in culpam, quomodo eramus in primo parēte, eo quippe modo quo eramus in eo, nati sumus habere, imo & vero haberemus originalem iustitiam. Nam vt Anselmus testatur, est priuatio primordialis iustitiæ debitæ in esse. Contemplādum est itaq; qualiter eramus in primo parente. Ecce vt nosti Porphirio tuo dicente. Participatione speciei plures homines sunt vnus homo. Deniq; sicut multa membra sunt in vno corpore, sic multa indiuidua sunt in vna natura specifica. Itaque vniuersi nos in primo parente eramus, sicut in primo principio, & in natura humana, quæ in ipso

Peccatũ q̄ũ volũtarium.

1. Cor. 12

ipso fontaliter fuit, atq; originalis dono iustitię dotata fuit, non solum inquantum personam primi hominis respiciebat, sed inquantum cunctis ex illo propagandis communis fuerat. Vnum ergo in primo parēte quodammodo fuimus, prout varia membra in suo corpore vnum existunt. Per hunc igitur modum omnes in ipso peccauimus atq; in ipso cecidimus, eramusq; natura filij iræ, & item añ damnati q̄ nati: non aliquo actu suppositali distincto & proprio, sed quasi actu naturæ, & in actu primi parentis, prout continebamur in eo. Per hoc autem tuæ primæ instantiæ sunt solutæ. Prima qdē apertæ. Et vt secundā apertius soluam, dico quod licet non sit in nostra potestate suppositali carere isto peccato, iuste tamen imputatur nobis propter liberam illius potestatē, in quo vnum eramus atque cecidimus. Illud tamen obiectio obtinet q; nō imputatur nobis quasi proprium & actuale peccatum. Vnde nec pro eo pœnam sensus incurrimus, sed damni duntaxat: vtpote diuinæ visionis carentiam, ad quam per originalem ordinabamur iustitiam. Et per hoc ratio tertia ē soluta. Nam eo modo quo punimur offendimus, punimur nempe pœna naturæ, id est, naturam viciatam concernente, scilicet pœna damni, & offendimus offensione naturalis originalisq; culpæ. ¶ Ad quartum respondeo, q; in eodem instanti quo anima creatur infunditur, & infundendo huius peccati macula inquinatur, quæ quidem culpa seu macula inerat semini, non essentialiter, sed radicaliter, quemadmodū ex

Ephe. 2

SEcūdū præhabitorū tenorē innotescit, q̄d sicut vltima & vera hominis beatitudo, sup̄naturalis est, sic ,ꝓtoplastis parentibus sup̄naturalia erant indita dona, videlicet originalis iustitia, q̄te nus per proportionata media ad supernaturalem finem pertingerent. Hæc vero iustitia primo parē ti erat non solū vt singulari personæ, sed etiam velut naturæ principio data, ita quod si ipse creatori pareret, in omnem suam sobolem donum suū trās funderet. Si autem, ipse illud perderet, nec poste ris communicaret: quoniam igitur peccauit, poste ri hoc dono iustitiæ priuati sunt. In hoc autē nullū præiudicium, nullaq; posteris irrogatur iniuria, quia nec ipsis nec primo parenti debebatur hoc donum ex conditione seu dignitate naturæ, sed ex sola creatoris liberalitate. Cuius aptū inducā exēplū: Si eñ rex aliquis militi suo munus aliquod nō debitū sed gratuitū, vtpote bonū feudale, tali conditi one impēdat, q̄d si ipse regi in tali aut tali negotio efficaciter militauerit, ipse quidē bonū sibi præsti tū possidebit, suæ quoq; illud progeniei relinquet. Si itaq; miles ille infidelis inobediensq; fuerit, nonne tam ipse quam eius posteritas bono impēso iuste carebunt? Sic est de peccato primorum parentum & posteritatis ipsorum. Et quoniam posteritas originali iustitia caret, per quam ad beatitudi nem ordinata à deo erat cœlestem: Ideo illam adipisci non valuit, nisi vel ipsam reacquireret, vel ali quis pro eius defectu debitum solueret. Non potu it autem aliquis purus homo illam reacquirere,

ipsam videlicet naturam ad pristinā innocentiam suam reducere, nec etiā pro eius carentia satisfacere, cuius rationes cito insinuandæ sunt. P. Non imputat̃ modo hominibus originalis culpa? T. Sicut per Ade demeritū omnes eramus pœnæ damni ꝓpter originalis culpæ transfusionē obnoxij: sic merito Christi à debito isto primordialis peccati sumus soluti. Vnde nec imputatur nobis ad pœnam, quia Christus pro ipso satisfecit, vnde ipso passo ac mortuo, mox beatitudinis ianua patuit. P. Quomō abstulit Christus originalem culpā? an naturalē iustitiam seu primordialem innocentiā retribuendo, an pœnam duntaxat tollēdo? T. Optime atq; vtiliter sciscitaris, sed vtinā primordialem iustitiā singulis, vti & Ade tribueret. Nunc vero nō est quæstio. Experimur nempe, ꝙ amissam originalis iustitiæ gratiā seu innocentiā non reddit, nec suæ passionis merito confert, nisi per modum quem dicam. Satisfecit tamen omnino pro debito seu pœna exhibēda omnibus pro primo peccato. ¶Porrò defectus qui originalem culpam sequūtur, non penitus abstulit, propter quod graue iugū super omnes Ade filios inductum est. Hij vero defectus sunt mors infirmitatesq; in corpore, fomes in sensualitate, ignorātia in intellectu, itemq; obliquitas in volūtate: hos defectus ac originalis peccati pœnas Christus merito suæ mortis abstulit, q̃tum ad sufficiētiam. Immortalitatem quippe quā nobis promeruit, in futura resurrectione præstabit. Gratiam vero cōtra fomitis inclinationem, & ad bona agēda incessabiliter

Rom. 5

Eccl. 40.

Christus à quibus nos sua morte redemerit.

liter donat his qui se capaces efficiunt, aut certe per alios efficiũtur capaces. Opportunũ est equidẽ meritum passionis Christi nobis aliquo modo applicari, nosq́ʒ id q̃d in nobis est facere, & ita ad nostrã cooperari salutem. Eis vero qui seipsos ad cõmunionem Christi disponere nequeũt, infantibus scilicet cõmunicatur meritum Christi per alios in fonte baptismatis, in quo omnia peccata delentur, gratia q̃que denotatur, fomes aũt debilitatur, non tñ extinguitur. P. Iuxta professionẽ tuam audire nũc cupio, cur nullus purus homo pro originali peccato satisfacere valuit.

¶ Quod nec homo pur⁹ nec etiam angelus humanam naturam ab originalis debito culpæ redimere potuit. Articulus, III. Theologus.

EX præinductis declaratũ opinor, quod post originalis amissionem iustitiæ, quæ erat gratia toti naturæ collata, aliam gratiam homo reparare nequibat, nisi personalẽ seu ipsam personam respicientem ac perficientẽ. Nam quoniã primus homo ante peccatum in originali iustitia ipsi naturæ data erat, ideo actionẽ habere potuit trãseuntem in totam naturam, post gratiã vero naturæ amissam, actus & operatiões eius personales manserunt. Ideoq́ʒ per eas se ad gratiam personalẽ tantũmodo præparare valebant. Sed per actũ seu meritum ex gratia personali procedens reparari non potest tota natura, nec reformari, nec ad pristinam innocentiam reduci, nec à debito solui. Nullus ergo purus homo, nec Adam nec eius successor merito

Deus solus reparare p[illegible] [illegible] naturam

rito suo naturã in primo parente viciatã redimere potuit. Præterea per originale peccatũ vita æterna erat ablata. Vita autẽ æterna seu cœlestis felicitas ratione sui obiecti, qđ est deus benedictus, est quodãmõ immensæ dignitatis. Deo eñi in seipso frui ĩfinita quodãmõ pfectio ẽ. Sicut ergo hãc nulla creatura per pura naturalia potest mereri sibi, sic nullus potest eã toti naturæ reparare per gratiã personalẽ atq; finitã. Vnde necessaria erat in redemptore dignitas infinita, quæ nec puro homini, nec etiã angelo cõpetere potest. ¶ Amplius vt nosti philosophe, natura communis atq; specifica propter indeficientẽ suã communicabilitatẽ, inexhausibileq; participalitatẽ, infinitæ quodãmodo dignitatis perfectionisq; est, omnibus nanq; indiuiduis eminet, et in infinitũ quantũ in se est communicabilis est. Nullus igitur eã reformare liberareq; potuit, nisi q infinitæ efficatiæ ad satisfaciẽdũ existit, quod puræ creaturæ non conuenit. ¶ At vero ostendi tibi superius quemadmodũ peccatũ infinitæ enormitatis sit, q̃ oñiã contra immẽsam sanctitatẽ excessus est. Pro tali aũt ac tanto excessu, satisfactor immensæ idoneitatis exigitur. P. Multa mihi decora proponis, sed videtur quod angelus cũ sit inter diuinã humanãq; naturã medius, pro humana natura satisfactor itẽq; mediator esse valuerit. T. Diligentius pensa: licet eñi sit angelus præstantior homine in ratione formæ, quoniam alterius naturæ & ordinis est, non tamen in ratione finis, quia ad eandem beatitudinem ordinatur vterq;. ¶ Insuper in præinductis iã tibi

Peccatũ enormitatis infinitæ q̃re.

tibi probaui, quod sicut rationalis anima à deo immediate producitur, sic in eo solo finaliter felicitatur. Si añc angelus aut aliqua pura creatura humanæ salutis repararet beatitudinẽ, non deberent homines in solo deo spẽ suã statuere, atq; ad eũ omnino conuerti, & in ipso solo beatificari, sed in huiuscemodi suo redemptore iure sperarent, seq; ad eum conuerterent, nec soli se creatori subijcerent, sed tali quoq; liberatori se merito subderent. Et hanc rationem assignat Anselmus. P. Nũc ergo de ipsa dei incarnatione prosequamur. Et primo desidero quatenus mihi rationes icarnatiõis vnigẽiti dei explanes.

¶De rationibus incarnationis filij dei.

Articulus .IIII. Theologus

IN superioribus admiratus es ò philosophe, dũ propter vnius hominis culpã audisti totũ genus humanũ dãnationi fuisse obnoxiũ, pferti q; scitabaris qua dei exigente id cõtigisset iustitia. Itaq; sicut tunc imperscrutabilem diuinæ æqtatis censuram mirabaris, sic modo ineffabilem æternæ benignitatis mirare abyssum. Ecce enim sicut propter vnius viri inobedientiam tota erat viciata natura, sic quoque propter vnius obedientiam atque meritum, hæc ipsa natura reparata redemptaque est. Roma. 5 1. Cor. 15

¶ Rationabile nanque erat & condecens vt per alienam circunuentionem decepti, alterius redimerentur clementia, itemque per alium perditi, per alium recuperarentur. ¶ Quemadmodum igitur primus homo non propria malicia originaliter, sed serpentina imo dyabolica suggestione peccauit, Genes. 3

sic p alterius pietatem, Christi videlicet, meritū eū- dem reparare condecuit. Et vti posteri primi parē- tes demerito perierūt, sic alterius merito redēpti sal uiq; fierent. Hæc est ergo philosophe vna diuinæ in carnationis causa, quatenus sicut per alium cecidi- mus, sic per aliū resurgeremus. Et quoniā præostē- sum est, non potuisse liberationem hanc effici à pu- ra creatura, nec humana neq; angelica, aliter exhi- beri nō valuit, nisi à deo. Deus vero in propria sua natura ad satisfaciendum & promerendū aptus nō est, quod vtiq; propter naturæ suæ excellentiā acci dit. Si ergo deus satisfacere pro perdito hominū ge nere debuit, aliam quandā assumere naturam eū o- portuit: sed angelicam eum assumere non congru ebat, quoniam illa erat assumenda natura quæ pe rijt, quatenus per eandem reparatio exhiberetur, p quam damnatio inducebatur. Quod nempe pec- cauit, aliquo mō quantum possibile fuit, satisfacere debuit. ¶ Propterea ergo deus homo factus est, q̄- tenus inquantum homo satisfaceret promerendo, atq; vt deus ydoneitatem efficacē præstaret huma nitati assumptæ, pro homine redimendo. ¶ Præte- rea inter naturam angelicam atq; humanam hæc extat distinctio, quod angelus prima sua electione volūtaria atq; deliberatiua in termino ponitur, id est vltimo fini perfecte ac vltimate coniūgitur, aut certe ab ipso inconuertibiliter, irreparabiliterq; a- uertitur, & hoc propter suę cōtingit simplicitatē na turæ, propter quā ad qđ se primo conuertit, se totū conuertit: hō aūt q̄a ex anima & corpore constat,

non

nō statim prima sua cōuersionē vel auersiōe in termino ponitur, nec immutabiliter se cōuertit ad id ad quod se semel conuertit, durāte vita corporea. Itaq; post lapsū pœnitere atq; resurgere potest. Ideoq; hominē lapsum liberari decebat magis quam angelū. Ostensum est aūt, quod à pura creatura liberari nequiuit: Ideoq; deum incarnatū fides testat diuina ¶ At vero omnes rationes in præcedenti inductæ articulo, quod nec homo purus, nec angelus naturam humanam reparare valebat, nunc quoq; afferri applicariq; possunt ad probandū, quod non nisi à solo creatore liberatio ista fieri valuit. ¶ Porro aliæ plurime rationes assignari possunt, videlicet quia in incarnatione dei potentia eius maxime splendet, dum scilicet ea in vnā nectit personam q̄ inter se distantiam habet immēsam, bonitas quoq; diuina per hoc potissime innotescit, cū se tam liberaliter, tāq; incomparabiliter creaturæ rationali communicat. Misericordia etiam, dum taliter subuenit. Iustitia, dum nec peccatum manet inultum, nec q̄ perierat manet damnatum: sed & sapientia dei in incarnatione eius summe innotescit, vt cito patebit. Enimuero nec melius, nec clarius, nec eminentius, insinuare hominibus potest quāti eos creator existimet, quāta sit beatitudo beatorꝝ, quanta etiam miseria impiorū, nisi per incarnationem filij dei: nāex dignitate legati pensari solet dignitas causæ pro qua mittitur. Cum ergo deus pater vnigenitum suū mittit in mundum, vt saluetur mundus ꝑ ipsum, clarissime clucescit quanta sit dignitas condiciōis Iohan. 3

ditionis humanæ, ad quantã sit beatitudinẽ condi ta, & quantã incurrebat miseriã. ¶ Adhuc aũt p incarnationẽ verbi amor dei ad nos potissime patet, dũ se nobis tã intime, tã specialiter & tã immediate coniungit. Amplius aũt ex dei incarnatione maxima nobis vtilitas prouenit, Meritũ nãq; ipsi9 Christi propter verã deitatẽ humanitati vnitã infinitæ quodãmodo dignitatis plenitudinisq; existit. Nil aũt meruit Christus sibi de præmio essentiali, sed totũ nobis impendit. Itaq; sciens misericordissimus conditor, deus omnipotens, vniuersam insufficientiã, maximãq; indigentiã nostrã, vt perfecte nobis succurreret, filiũ suũ charissimũ misit in mundũ, vt per eũ copiosissime iuuaremur. Vnde tẽpus Christianæ religionis non immerito tempus gratiæ dicitur, nã in eo gratia dei, ꝓpter ineffabile meritum Christi exuberantissime cunctis impenditur. ¶ Adhuc aũt dei perfecta sunt opera, sed per nullam purã creaturã tã conuenienter & plane ostendi hominibus poterat vera perfectio, pfecta humilitas, cæteraq; omnia quæ ad salutẽ necessaria sunt, sicut per deum hominẽ factũ. Eius nanq; exinanitio omnẽ cõfundit superbiã sine mensura, eius quoq; patientia atq; paupertas omnẽ irã, auaritiãq; inenarrabiliter destruit. At vero vt ordo vniuersi oĩno cõpleret, ꝓut erat possibile, deũ incarnari decebat. Erãt eñ ab æterno tres personæ in vna essentia. Erãt quoq; ab origine mundi duæ naturæ in vna persona, quẽadmodũ in homine cernim9 in q̃ ex forma atq; materia resultat vna natura specifica, ac vna persona. In angelis

angelis aũt p̃sona tã simplex ẽ q̃ natura. Quippe in q̄b⁹ vtrũq; aliud prorsus nõ est nisi simplex separa taq; forma. Itaq; ad cõplementũ ordinis rerũ resta bat vt essent tres naturę in vna p̃sona, & hoc ĩ Christo, id ẽ, deo incarnato impletũ est, in q̃ sunt aĩa, caro, itẽq; diuinitas in vna hypostasi. Nihilõinus dicitur, q̃ in Christo sunt duę naturę, sed tũc natura ꝓpria sumit̃ pro essentia specifica, sic eñi caro & aĩa sunt vna natura. P. Diu te disputãtẽ sustinui, & libẽter audiui, dũ de re tã incõphensibili tã ꝓbabiles cõ geris rõões. Verũtñ multa mihi se ingerũt, circa p̃ determinatã materiã dubia. Et anteq̃ ad difficiliora accelerẽ, duo tibi in primis dubia moueo. ¶ Primo q̃ iure, q̃liq; mõ meritũ Christi nobis cõmunicetur ac reputet̃ ad veniã. ¶ Secundo, cur potius filius quã pater aut spiritus sanctus sit incarnatus.

¶ Rñsio theologi q̃ iure, & q̃lit meritũ Chr̃i nobis cõmunicet̃ & ĩputet̃ ad veniã. Articul. V. Theolo.

TRes tibi ó philosop. cõpẽdiosiusq̃ valeo causas proponã ad declarationẽ quæstionis inductæ ¶ Prima, nã sicut in Adã cecidimus ꝓpter vnitatem naturæ, quã cum eo cõmunem habemus, & quæ in ipso erat infecta, sic in Christo redempti sanatiq; sumus, propter vnitatem cõmunicãtẽq; naturę nr̃ę; cũ natura humana in eo, q̃ in ipso sine macula fuit. Et p hoc, ꝑter vnitã deitatẽ, toti speciei humanę gr̃am adipisci p̃ualuit. ¶ Scd̃a causa est q̃niã charitas oĩa facit cõmunia Ideoq; Chr̃us ꝓpter incõparabilẽ dilectiõis sue ac humanũ gen⁹ ardorẽ, meritũ suũ nob̃ cõmunicare iustissime potuit

Tertia

Tertia deniq; ratio est: nam sicut genus humanū
Gene.3 diaboli erat seruituti obnoxium, propter extensionem manus primi parentis ad ligni vetiti gustū, sic demon dominium suum in homines iuste amisit, dum manum suam misit in Christū, eundē crucifigi procurans, in quo nihil suum, id est, nullum malum erat inueniens. Deniq; ad sensum conspicimus, q̄d vnus homo q amicus est regis, proximū suum à rege depulsum, merito dilectioneq; sua regi reconsiliat, atque ad pristinum gradum reducit.
P. Festino ad eorum discussionem quæ me fortius mouent, ideoq; de huius puncti solutione contentor, & ad secundum te aggredi precor. Fateor nempe rationabiles esse rationes allatas.

¶Cur potius filium q̄ patrem vel spiritum sanctū fateamur hominem factum. Artic. VI. Theolog.

AD hoc deus venit in mundum vt sua incarnatio nostra esset deificatio. Itaq; constat ideo deum nobis similem factum, vt nos quoq; ei assimilaremur. Quoniam ergo filio appropriatur imago seu similitudo, decuit filium potius incarnari q̄ patrem vel spiritum sanctum. Quoniam etiā homo dicitur dei imago, is enim aptissime vnum assimilat alteri qui primo & singulariter similis est ei cui alium assimilare intendit. ¶Denique ad hoc deus homo factus est, vt mundum docendo illuminaret. Quoniam igitur filio appropriatur veritas & sapientia, recte ipse caro, id est, homo factus est, quia docere & illuminare sapientiæ actus consistit. Vnde scriptum est: Scimus quoniā filius dei venit

venit, & dedit nobis sensum vt cognoscamus deū verū. ¶Præterea tam angelus apostota quā homo transgressor specialiter contra filiū peccauerūt: Angelus nanq; dei æqualitatem expetijt, qđ filio proprium est: Homo aūt scientiam deiformem optauit, Quod itē filio proprie competit, cū sint in eo omnes sapientiæ sciētiæq; thesauri. Propter quod deus pater quasi zelatus pro filio, vtrūq; damnauit. Cernens hoc filius, figmento suo cōpatiens, patrisq; honorem minui atq; ordinationē frustrari, in homine pereunte conspiciens, & ipse pro patre zelās, exultauit vt gygas ad currendam viā, ad liberandū saluandumq; hominem. Insuper cū inter filium dei atq; naturam humanā singularis quædam conuenientia sit, quippe cum filius sit verbū paternæ mētis, & processio intellectus, homo vero ab intellectuali seu rationali perfectione speciē sortiatur, magis decebat filium humanitatem assumere. Adhuc aūt in alijs multis insinuatur specialis quædā affinitas inter dei vnigenitū & hominem: Nam & beatitudo hominis in cognitione veritatis cōsistit. Cognitio aūt veritatis operatio est intellectus, & filius dei diffusio est intellectus paterni, vnde & veritas patris vocat. ¶Rursus rōnal' anima dei appellatur imago, & filius vtiq; imago est patris, atq; secūdum rationē similitudinis emanat à patre. At uero omnia in filio dei tanq̄ in æterno exemplari resplēdent, imò ipse est vniuersorum exemplar, in homine quoq; cuncta quasi in quodam exemplo relucent, propter quod minor mundus omnisq; creatu- Psalm. 18

ra est dictus. Itaq; propter has inter verbũ & hominem conuenientias amplius decuit verbum hominẽ fieri, q̃ aliã personã, & etiam ideo ne induceret confusio nominũ diuinarũ personarũ. Nã si vel pater vel spiritus sanctus homo fieret, non solũ filius nominari filius posset. Adhuc aũt per eundẽ decuit omnia refici, per quẽ facta extiterãt, omnia autẽ per verbũ facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Congruebat ergo per verbũ reparari perẽpta. Sufficiunt tibi ista philosophe, an plures causas requiris? P. Vere mi dñe theologe, omnino sufficiũt. Ex præhabitis enĩ recordor, quod licet tã pater quam spiritus sanctus sit sapiẽtia & veritas, & omnes tres personæ sibi coæquales existant, soli tñ filio ista rationabiliter appropriẽtur. Sed anteq̃ cor meũ effundã ad argumentandũ, primo mihi edissere q̃lis sit vnio ista dei & hominis, seu verbi & carnis.

¶ De vniõe verbi & humanitatis. Art. VII. Theolo.

Omnem naturalem vnionem vnio ista ó philosophe inæstimabiliter transcendit, omnẽq; intellectum prorsus excedit. Nihilomin⁹ quantũ fide instruimur ac ratione iuuamur, respõdendũ est tibi. ¶ Agnosce ergo quod vnio ista psonalis atq; hypostica nominatur, q̃niã in Christo sic verbo est cõiuncta humanitas, vt sint in ipso duæ perfectę naturę, & vna duntaxat persona. Ipsa qppe natura Christi humana, quæ ex anima rationali humanaq; carne veraciter constat, ad subsistentiam verbi assumpta est, ita vt in eodem esse personali in quo verbũ ęternaliter subsistit, naturaq; humana

mana subsistit, Ideoq; nõ est in Christo nisi vnũ esse suppositale actualis existentiæ. Vtraq; aũt natura integra, & in suis naturalibus proprietatibus inconfusa permãsit. Ipsa nempe verbi diuinitas in nullo penitus est variata aut pturbata. Et humana Christi natura ea habet q̃ ad humanæ speciei pfectionẽ respiciunt. P. O admirabilis vnio, incõprehensibilisq; coniunctio, dũ ea quæ in infinitũ distant, in vnã personã conueniunt. Sed anteq̃ obiectiones meas adducã, in primis diligentius veritatẽ inquirã. Igitur si vtraq; natura in proprietate sua permansit, tunc erunt in Christo duo intellectus, duæ etiã voluntates. T. Vtiq; est enĩ in Christo intellectus diuinus increatus, qui etiã in tribus personis vnus atq; idẽ existit, intellectus quoq; creatus humanus. Cõformiter de voluntate censendum est. P. Intellectus & voluntas humana in Christo a naturalibus suis habitibus, operationibusq; non vacant. T. Breuiter dico sicut in Christo sunt duo intellectus, voluntatesq; duæ, sic in ipso sunt duæ sapientiæ & scientiæ, duæ quoq; dilectiones, ac duæ iustitiæ, & sic de perfectionibus cæterarum virtutum. P. Erant ergo in ipso duæ actiones. The Ita est, diuina videlicet & humana. Phi. Ergo in ipso sunt duæ personæ: Nam operari & agere non est nisi suppositorum. Theologus. Nonne in vno homine sunt plures actiones, in quo tamen nec persona nec natura multiplicatur. Sunt nempe in singulis nobis operationes sensitiuæ, intellectiuæ, & appetitiuæ, & tamen nõ est in nobis nisi vna natura specifica.

Quid ergo miraris si in Christo sint duæ operatio nes? imò & plures in quo sunt duæ perfectæ naturæ. Licet aūt agere sit suppositi, non tamen conseqtur, vt si plures sint actiones, sint etiā plura supposita. Diuersitas em̄ operationū non est immediate ex parte suppositi, licet suppositum sit id ꝙ agit, sed cōtingit ex diuersitate potentiarum, quæ sunt principia quo agēdi. Sicut ergo in Christo sunt plures potentiæ, sic & in eo variæ operationes censendæ sunt. P. Non tam faciliter dimittā te, bene quidem respondes, sufficienterq; ostēdis quod ab vno supposito progredi possint variæ actiones propter diuersitatem potentiaꝝ ex vna natura manātium. Si aūt potentiæ quæ sunt proxima agendi principia, ex diuersis naturis procedant, non possunt esse diuersarū operationū principia, si non fuerint plura supposita. T. Vnde hoc probas? P. Quia agere præsupponit esse. Itaq; natura quæ non habet propriam actualē seu personalē existentiam, habere non valet ꝓpriæ speciei operatiōem perfectā. Si igitur in Christo natura humana non subsistit propria substantia, nec propriæ speciei existentiā personalitatemq; habet, habere nō poterit actionem vere & perfecte humanam. T. Hæc est alia ratio, & magis difficilis, sed non insolubilis. Concedo itaq; quod agere præsupponit esse, & quod natura habere nequit perfectam operationē nisi sortita fuerit variā personalitatem. Non tamen admitto quod necesse sit eā ꝓpriæ speciei personalitatem habere, quāuis hoc naturaliter verum sit: per diuinam vero omnipotentiam fie

am fieri poteſt, vt ſuperioris alteriusq́ naturæ perſonalitas, inferiori naturæ cõmunicata ſufficiat, & ſic eſt in Chriſto. Verbi nãque hypoſtaſis naturam humanã ad ſe aſſumit, & quoniã per hoc eſſentialia naturæ aſſumptæ nõ variantur, ideo habere poteſt proprias actiones. Quia vt Ariſtoteles ait, Natura eſt principium operandi eius in quo eſt. Verũtamẽ operationes paſſionesq́ humanæ licet Chriſto ratione naturæ aſſumptæ aſſcribãtur, quoniam tamẽ ſuppoſitorũ eſt pati & agere, propterea actiones paſſionesq́ illæ Chriſto tanq̃ perfecto ſuppoſito proprie attribuuntur. Nã & diuina aſſcribuntur homini, humanaq́ deo in Chriſto, propter identitatem perſonę. Nihilominus intuẽdũ eſt, quid propter qd dicatur propter diſtinctionem naturæ. P. Secundũ Ariſtotelem viuere viuentibus eſt eſſe. Si ergo Chriſtus non habuit propriæ perſonalitatis exiſtẽtiam, igitur nec habuiſſet proprię ſpeciei vitam videlicet humanam. T. Nõ ignoras q̃ viuere interdũ dicit actũ primũ, & tũc aliud nõ eſt viuere niſi vitale eſſe, & ſic eo mõ Chriſtus non habuit ꝓpriæ ſubſiſtentię viuere, quomõ nõ habebat proprie ſpeciei ſuppoſitale exiſtere. Viciſſim vero viuere dicit actũ ſecũdũ ſeu operationẽ vitalẽ, vt ſunt ſentire, cognoſcere, velle, & hoc mõ habuit Chrs vt hõ ꝓpriũ viuere. Hæc ſecũdũ hõ-mã vera ſunt.

¶Diſputatio philoſophi cõtra incarnationẽ verbi.

Articulus .VIII. Philoſophus.

SI præinducta rite concipio o theologe, tũc ſic deum aſſeris incarnatum, vt ſit vna perſona in vera deitate ac pfecta humanitate conſiſtẽs,

ipsam videlicet naturam ad pristinã innocentiam suam reducere,nec etiã pro eius carentia satisfacere,cuius rationes cito insinuandæ sunt. P. Non imputat̃ modo hominibus originalis culpa? T. Sicut per Ade demeritũ omnes eramus pœnæ damni ꝓpter originalis culpæ transfusionẽ obnoxij:sic merito Christi à debito isto primordialis peccati sum⁹ soluti. Vnde nec imputatur nobis ad pœnam,quia Christus pro ipso satisfecit,vnde ipso passo ac mortuo,mox beatitudinis ianua patuit. P. Quomõ abstulit Christus originalem culpã? an naturalẽ iustitiam seu primordialem innocentiã retribuendo,an pœnam duntaxat tollẽdo? T. Optime atq; vtiliter sciscitaris,sed vtinã primordialem iustitiã singulis, vti & Ade tribueret. Nunc vero nõ est quæstio. Experimur nempe, ꝙ amissam originalis iustitiæ gratiã seu innocentiã non reddit,nec suæ passionis merito confert,nisi per modum quem dicam. Satisfecit tamen omnino pro debito seu pœna exhibẽda omnibus pro primo peccato. ¶ Porrò defectus qui originalem culpam sequũtur,non penitus abstulit,propter quod graue iugũ super omnes Ade filios inductum est. Hij vero defectus sunt mors infirmitatesq; in corpore, fomes in sensualitate, ignorãtia in intellectu,itemq; obliquitas in volũtate: hos defectus ac originalis peccati pœnas Christus merito suæ mortis abstulit,q̃tum ad sufficiẽtiam. Immortalitatem quippe quã nobis promeruit, in futura resurrectione præstabit. Gratiam vero cõtra fomitis inclinationem,&ad bona agẽda incessabiliter

Rom.5

Eccl.40.

Christus à quibus nos sua morte redemerit.

liter donat his qui se capaces efficiunt, aut certe per alios efficiũtur capaces. Opportunũ est equidẽ meritum passionis Christi nobis aliquo modo applicari, nosq́ id qđ in nobis est facere, & ita ad nostrã cooperari salutem. Eis vero qui seipsos ad cõmunionem Christi disponere nequeũt, infantibus scilicet cõmunicatur meritum Christi per alios in fonte baptismatis, in quo omnia peccata delentur, gratia q̃que denotatur, fomes aũt debilitatur, non tñ extinguitur. P. Iuxta professionẽ tuam audire nũc cupio, cur nullus purus homo pro originali peccato satisfacere valuit.

¶ Quod nec homo pur⁹ nec etiam angelus humanam naturam ab originalis debito culpæ redimere potuit. Articulus, III. Theologus.

Ex præinductis declaratũ opinor, quod post originalis amissionem iustitiæ, quæ erat gratia toti naturæ collata, aliam gratiam homo reparare nequibat, nisi personalẽ seu ipsam personam respicientem ac perficientẽ. Nam quoniã primus homo ante peccatum in originali iustitia ipsi naturæ data erat, ideo actionẽ habere potuit trãseuntem in totam naturam, post gratiã vero naturæ amissam, actus & operatiões eius personales manserunt. Ideoq́ per eas se ad gratiam personalẽ tantũmodo præparare valebant. Sed per actũ seu meritum ex gratia personali procedens reparari non potest tota natura, nec reformari, nec ad pristinam innocentiam reduci, nec à debito solui. Nullus ergo purus homo, nec Adam nec eius successor merito

Deus solus reparare p... ... ...

rito suo naturã in primo parente viciatã redimere potuit. Præterea per originale peccatũ vita æterna erat ablata. Vita autẽ æterna seu cœlestis felicitas ratione sui obiecti, qđ est deus benedictus, est quodãmõ immensæ dignitatis. Deo eñ in seipso frui infinita quodãmõ pfectio ẽ. Sicut ergo hãc nulla creatura per pura naturalia potest mereri sibi, sic nullus potest eã toti naturæ reparare per gratiã personalẽ atq; finitã. Vnde necessaria erat in redemptore dignitas infinita, quæ nec puro homini, nec etiã angelo cõpetere potest. ¶ Amplius vt nosti philosophe, natura communis atq; specifica propter indeficientẽ suã communicabilitatẽ, inexhausibilẽq; participalitatẽ, infinitæ quodãmodo dignitatis perfectionisq; est, omnibus nanq; indiuiduis eminet, et in infinitũ quantũ in se est communicabilis est. Nullus igitur eã reformare liberareq; potuit, nisi q infinitæ efficatiæ ad satisfaciẽdũ existit, quod puræ creaturæ non conuenit. ¶ At vero ostendi tibi superius quemadmodũ peccatũ infinitæ enormitatis fit, q̃ niã contra immẽsam sanctitatẽ excessus est. Pro tali aũt ac tanto excessu, satisfactor immensæ idoneitatis exigitur. P. Multa mihi decora proponis, sed videtur quod angelus cũsit inter diuinã humanãq; naturã medius, pro humana natura satisfactor itẽq; mediator esse valuerit. T. Diligentius pensa: licet eñ sit angelus præstantior homine in ratione formæ, quoniam alterius naturæ & ordinis est, non tamen in ratione finis, quia ad eandem beatitudinem ordinatur vterq;. ¶ Insuper in præinductis iã

Peccatũ enormitatis infinitæ q̃re.

tibi

tibi probaui, quod sicut rationalis anima à deo im mediate producitur, sic in eo solo finaliter felicitatur. Si aūt angelus aut aliqua pura creatura humanæ salutis repararet beatitudinē, non deberent homines in solo deo spē suā statuere, atq; ad eū omnino conuerti, & in ipso solo beatificari, sed in huiuscemodi suo redemptore iure sperarent, seq; ad eum conuerterent, nec soli se creatori subijcerent, sed tali quoq; liberatori se merito subderent. Et hanc rationem assignat Anselmus. P. Nūc ergo de ipsa dei incarnatione prosequamur. Et primo desidero quatenus mihi ratiões icarnatiōis vnigēiti dei explanes.

¶De rationibus incarnationis filij dei.

Articulus .IIII. Theologus

IN superioribus admiratus es ò philosophe, dū propter vnius hominis culpā audisti totū genus humanū dānationi fuisse obnoxiū, ṗterea q; scrutabaris qua dei exigente id cōtigisset iustitia. Itaq; sicut tunc imperscrutabilem diuinæ æquitatis censuram mirabaris, sic modo ineffabilem æternæ benignitatis mirare abyssum. Ecce enim sicut propter vnius viri inobedientiam tota erat viciata natura, sic quoque propter vnius obedientiam atque meritum, hæc ipsa natura reparata redemptaque est. ¶ Rationabile nanque erat & condecens vt per alienam circunuentionem decepti, alterius redimerentur clementia, itemque per alium perditi, per alium recuperarentur. ¶ Quemadmodum igitur primus homo non propria malicia originaliter, sed serpentina imo dyabolica suggestione peccauit, Roma. 5 1. Cor. 15 Genes. 3

sic p

sic p alterius pietatem, Christi videlicet, meritũ eũdem reparare condecuit. Et vti posteri primi parẽtes demerito perierũt, sic alterius merito redẽpti salui fierent. Hæc est ergo philosophe vna diuinæ incarnationis causa, quatenus sicut per alium cecidimus, sic per aliũ resurgeremus. Et quoniã præostẽsum est, non potuisse liberationem hanc effici à pura creatura, nec humana neq; angelica, aliter exhiberi nõ valuit, nisi à deo. Deus vero in propria sua natura ad satisfaciendum & promerendũ aptus nõ est, quod vtiq; propter naturæ suæ excellentiã accidit. Si ergo deus satisfacere pro perdito hominũ genere debuit, aliam quandã assumere naturam eũ oportuit: sed angelicam eum assumere non congruebat, quoniam illa erat assumenda natura quæ perijt, quatenus per eandem reparatio exhiberetur, p quam damnatio inducebatur. Quod nempe peccauit, aliquo mõ quantum possibile fuit, satisfacere debuit. ¶Propterea ergo deus homo factus est, q̃tenus inquantum homo satisfaceret promerendo, atq; vt deus ydoneitatem efficacẽ præstaret humanitati assumptæ, pro homine redimendo. ¶Præterea inter naturam angelicam atq; humanam hæc extat distinctio, quod angelus prima sua electione volũtaria atq; deliberatiua in termino ponitur, id est vltimo fini perfecte ac vltimate coniũgitur, aut certe ab ipso inconuertibiliter, irreparabiliterq; auertitur, & hoc propter suę cõtingit simplicitatẽ naturæ, propter quã ad qđ se primo conuertit, se totũ conuertit: hõ aũt qa ex anima & corpore constat,

non

nō ſtatim prima ſua cōuerſionē vel auerſiōe in termino ponitur, nec immutabiliter ſe cōuertit ad id ad quod ſe ſemel conuertit, durāte vita corporea. Itaq; poſt lapſū pœnitere atq; reſurgere poteſt. Ideoq; hominē lapſum liberari decebat magis quam angelū. Oſtenſum eſt aūt, quodā pura creatura liberari nequiuit: Ideoq; deum incarnatū fides teſtat̃ diuina ¶ At vero omnes rationes in præcedenti inductæ articulo, quod nec homo purus, nec angel⁹ naturam humanam reparare valebat, nunc quoq; afferri applicariq; poſſunt ad probandū, quod non niſi à ſolo creatore liberatio iſta fieri valuit. ¶ Porro aliæ plurime rationes aſſignari poſſunt, videlicet quia in incarnatione dei potentia eius maxime ſplendet, dum ſcilicet ea in vnā nectit perſonam q̃ inter ſe diſtantiam habet immēſam, bonitas quoq; diuina per hoc potiſſime innoteſcit, cū ſe tam liberaliter, tāq; incomparabiliter creaturæ rationali communicat. Miſericordia etiam, dum taliter ſubuenit. Iuſtitia, dum nec peccatum manet inultum, nec q̇ perierat manet damnatum: ſed & ſapientia dei in incarnatione eius ſumme innoteſcit, vt cito patebit. Enimuero nec melius, nec clarius, nec eminentius, inſinuare hominibus poteſt quāti eos creator exiſtimet, quāta ſit beatitudo beato℞, quanta etiam miſeria impiorū, niſi per incarnationem filij dei: nāex dignitate legati penſari ſolet dignitas cauſæ pro qua mittitur. Cum ergo deus pater vnigenitum ſuū mittit in mundum, vt ſaluetur mundus p̄ ipſum, clariſſime eluceſcit quanta ſit dignitas con- Iohan. 3
ditiōis

angelis aūt pſona tā ſimplex ē q̄ natura. Quippe in qbꝰ vtrūq; aliud prorſus nō eſt niſi ſimplex ſeparataq; forma. Itaq; ad cōplementū ordinis rerꝫ reſtabat vt eſſent tres naturę in vna pſona, & hoc i Chriſto, id ē, deo incarnato impletū eſt, in q̄ ſunt aīa, caro, itēq; diuinitas in vna hypoſtaſi. Nihilōinus dicitur, q; in Chriſto ſunt duę naturę, ſed tūc natura ꝓpria ſumit pro eſſentia ſpecifica, ſic em̄ caro & aīa ſunt vna natura. P. Diu te diſputātē ſuſtinui, & libēter audiui, dū de re tā incōphenſibili tā ꝓbabiles cōgeris ratiōes. Verūtn̄ multa mihi ſe ingerūt, circa p̄determinatā materiā dubia. Et anteq̄ ad difficiliora accelerē, duo tibi in primis dubia moueo. ¶ Primo q̄ iure, q̄liq; mō meritū Chriſti nobis cōmunicetur ac reputet ad veniā. ¶ Secundo, cur potius filius quā pater aut ſpiritus ſanctus ſit incarnatus.

¶ Rn̄ſio theologi q̄ iure, & q̄lit meritū Chr̄i nobis cōmunicet & īputet ad veniā. Articul. V. Theolo.

TRes tibi ó philoſop. cōpēdioſiusq̄ valeo cauſas proponā ad declarationē quæſtionis inductæ ¶ Prima, nā ſicut in Adā cecidimus ꝓpter vnitatem naturæ, quā cum eo cōmunem habemus, & quæ in ipſo erat infecta, ſic in Chriſto redempti ſanatiq; ſumus, propter vnitatem cōmunicātēq; naturę nr̄ę cū natura humana in eo, q̄ in ipſo ſine macula fuit. Et p hoc, ꝓpter vnitā deitatē, toti ſpeciei humanę grām adipiſci ꝑualuit. ¶ Sc̄da cauſa eſt q̄nia charitas oīa facit cōmunia Ideoq; Chr̄us ꝓpter incōparabilē dilectiōis ſuę ad humanūgenꝰ ardorē, meritū ſuū nob̄ cōmunicare iuſtiſſime potuit

Tertia

venit, & dedit nobis sensum vt cognoscamus deũ verũ. ¶Praeterea tam angelus apostota quã homo transgressor specialiter contra filiũ peccauerũt: Angelus nanq; dei aequalitatem expetijt, qđ filio proprium est: Homo aũt scientiam deiformem optauit, Quod itẽ filio proprie competit, cũ sint in eo omnes sapientiae sciẽtiae'q; thesauri. Propter quod deus pater quasi zelatus pro filio, vtrũq; damnauit. Cernens hoc filius, figmento suo cõpatiens, patris q; honorem minui atq; ordinationẽ frustrari, in homine pereunte conspiciens, & ipse pro patre zelãs, exultauit vt gygas ad currendam viã, ad liberandũ saluandum'q; hominem. Insuper cũ inter filium dei atq; naturam humanã singularis quaedam conuenientia sit, quippe cum filius sit verbũ paternae mẽtis, & processio intellectus, homo vero ab intellectuali seu rationali perfectione speciẽ sortiatur, magis decebat filium humanitatem assumere. Adhuc aũt in alijs multis insinuatur specialis quaedã affinitas inter dei vnigenitũ & hominem: Nam & beatitudo hominis in cognitione veritatis cõsistit. Cognitio aũt veritatis operatio est intellectus, & filius dei diffusio est intellectus paterni, vnde & veritas patris vocatĩ. ¶Rursus rõnal'anima dei appellatur imago, & filius vtiq; imago est patris, atq; secũdum rationẽ similitudinis emanat à patre, At vero omnia in filio dei tanq̃ in aeterno exemplari resplẽdent, imò ipse est vniuersorum exemplar, in homine quoq; cuncta quasi in quodam exemplo relucent, propter quod minor mundus omnis'q; creatu

Psalm. 18

ra est dictus. Itaq; propter has inter verbũ & hominem conuenientias amplius decuit verbum hominẽ fieri, quã aliã personã, & etiam ideo ne induceret confusio nominũ diuinarũ personarũ. Nã si vel pater vel spiritus sanctus homo fieret, non solũ filius nominari filius posset. Adhuc aũt per eundẽ decuit omnia refici, per quẽ facta extiterãt, omnia autẽ per verbũ facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Congruebat ergo per verbũ reparari perẽpta. Sufficiunt tibi ista philosophe, an plures causas requiris? P: Vere mi dñe theologe, omnino sufficiũt. Ex præhabitis enĩ recordor, quod licet tã pater quam spiritus sanctus sit sapiẽtia & veritas, & omnes tres personæ sibi coæquales existant, soli tñ filio ista rationabiliter appropriẽtur. Sed anteq̃ cor meũ effundã ad argumentandũ, primo mihi edissere q̃lis sit vnio ista dei & hominis, seu verbi & carnis.

¶ De vniõe verbi & humanitatis. Art. VII. Theolo.

Omnem naturalem vnionem vnio ista ó philosophe inæstimabiliter transcendit, omnẽq; intellectum prorsus excedit. Nihilominus quantũ fide instruimur ac ratione iuuamur, respõdendũ est tibi. ¶ Agnosce ergo quod vnio ista psonalis atq; hypostica nominatur, q̃niã in Christo sic verbo est cõiuncta humanitas, vt sint in ipso duæ perfectę naturę, & vna duntaxat persona. Ipsa quippe natura Christi humana, quæ ex anima rationali humanaq; carne veraciter constat, ad subsistentiam Verbi assumpta est, ita vt in eodem esse personali in quo verbũ ęternaliter subsistit, naturaq; humana

mana subsistit, Ideoq; nõ est in Christo nisi vnũ esse suppositale actualis existentiæ. Vtraq; aũt natura integra, & in suis naturalibus proprietatibus inconfusa permãsit. Ipsa nempe verbi diuinitas in nullo penitus est variata aut pturbata. Et humana Christi natura ea habet q̃ ad humanæ speciei pfectionẽ respiciunt. P. O admirabilis vnio, incõprehensibilisq; coniunctio, dũ ea quæ in infinitũ distant, in vnã personã conueniunt. Sed anteq̃ obiectiones meas adducã, in primis diligentius veritatẽ inquirã. Igitur si vtraq; natura in proprietate sua permansit, tunc erunt in Christo duo intellectus, duæ etiã voluntates. T. Vtiq; est enĩ in Christo intellectus diuinus increatus, qui etiã in tribus personis vnus atq; idẽ existit, intellectus quoq; creatus humanus. Cõformiter de voluntate censendum est. P. Intellectus & voluntas humana in Christo à naturalibus suis habitibus, operationibusq; non vacant. T. Breuiter dico sicut in Christo sunt duo intellectus, voluntatesq; duæ, sic in ipso sunt duæ sapientiæ & scientiæ, duæ quoq; dilectiones, ac duæ iustitiæ, & sic de perfectionibus cæterarum virtutum. P. Erant ergo in ipso duæ actiones. The. Ita est, diuina videlicet & humana. Phi. Ergo in ipso sunt duæ personę: Nam operari & agere non est nisi suppositorum. Theologus. Nonne in vno homine sunt plures actiones, in quo tamen nec persona nec natura multiplicatur. Sunt nempe in singulis nobis operationes sensitiuæ, intellectiuæ, & appetitiuæ, & tamen nõ est in nobis nisi vna natura specifica.

Quid ergo miraris si in Christo sint duæ operationes? imò & plures in quo sunt duæ perfectæ naturæ. Licet aũt agere sit suppositi, non tamen consequtur, vt si plures sint actiones, sint etiã plura supposita. Diuersitas em̃ operationũ non est immediate ex parte suppositi, licet suppositum sit id q̄ agit, sed cõtingit ex diuersitate potentiarum, quæ sunt principia quo agẽdi. Sicut ergo in Christo sunt plures potentiæ, sic & in eo variæ operationes censendæ sunt. P. Non tam faciliter dimittã te, bene quidem respondes, sufficienterq́ ostẽdis quod ab vno supposito progredi possint variæ actiones propter diuersitatem potentiarũ ex vna natura manãtium. Si aũt potentiæ quæ sunt proxima agendi principia, ex diuersis naturis procedant, non possunt esse diuersarũ operationũ principia, si non fuerint plura supposita. T. Vnde hoc probas? P. Quia agere præsupponit esse. Itaq́ natura quæ non habet propriam actualẽ seu personalẽ existentiam, habere non valet ꝓpriæ speciei operatiõem perfectã. Si igitur in Christo natura humana non subsistit propria substantia, nec propriæ speciei existentiã personalitatemq́ habet, habere nõ poterit actionem vere & perfecte humanam. T. Hæc est alia ratio, & magis difficilis, sed non insolubilis. Concedo itaq́ quod agere præsupponit esse, & quod natura habere nequit perfectam operationẽ nisi sortita fuerit variã personalitatem. Non tamen admitto quod necesse sit eã ꝓpriæ speciei personalitatem habere, quãuis hoc naturaliter verum sit: per diuinam vero omnipotentiam sic

am fieri poteſt, vt ſuperioris alteriusq; naturæ perſonalitas, inferiori naturæ cōmunicata ſufficiat, & ſic eſt in Chriſto. Verbi nāque hypoſtaſis naturam humanā ad ſe aſſumit, & quoniā per hoc eſſentialia naturæ aſſumptæ nō variantur, ideo habere poteſt proprias actiones. Quia vt Ariſtoteles ait, Natura eſt principium operandi eius in quo eſt. Verūtamē operationes paſſionesq; humanæ licet Chriſto ratione naturæ aſſumptæ aſcribātur, quoniam tamē ſuppoſitorū eſt pati & agere, propterea actiones paſſionesq; illæ Chriſto tanq̄ perfecto ſuppoſito proprie attribuuntur. Nā & diuina aſcribuntur homini, humanaq; deo in Chriſto, propter identitatem perſonę. Nihilominus intuēdū eſt, quid propter qd dicatur propter diſtinctionem naturæ. P. Secundū Ariſtotelem viuere viuentibus eſt eſſe. Si ergo Chriſtus non habuit propriæ perſonalitatis exiſtētiam, igitur nec habuiſſet proprie ſpeciei vitam videlicet humanam. T. Nō ignoras q̄ viuere interdū dicit actū primū, & tūc aliud nō eſt viuere niſi vitale eſſe, & ſic eo mō Chriſtus non habuit ꝓpriæ ſubſiſtentię viuere, quomō nō habebat proprie ſpeciei ſuppoſitale exiſtere. Viciſſim vero viuere dicit actū ſecūdū ſeu operationē vitalē, vt ſunt ſentire, cognoſcere, velle, & hoc mō habuit Chrs vt hō ꝓpriū viuere. Hæc ſecūdū Thomā vera ſunt.

¶ Diſputatio philoſophi cōtra incarnationē verbi. Articulus .VIII. Philoſophus.

SI præinducta rite concipio o theologe, tūc ſic deum aſſeris incarnatum, vt ſit vna perſona in vera deitate ac ꝑfecta humanitate conſiſtēs,

sic quod in Christo seu in verbo incarnato sunt cāro & anima atq; diuina natura, ac per hoc æternū dei verbū ex homine genitū est, & ex tempore homo esse incœpit, qđ vtiq; ex patre æternaliter profluit, & in diuina personalitate ante omnia tempora subsistebat. T. Optime concipis, & dispēdiose tractata cōpendiose artificialiterq; resumis. P. Nūc ergo tibi obijciā quæ me vehemētissime angunt. T. Cōpendiosius quo vales propone, nihilominꝰ cor tuū audacter effunde. P. Quādocūq; ex duobus fit vere vnū, vnū se habet per modū potentiæ, aliud p modū actus, quemadmodū Aristoteles probat. Si ergo natura dei & hominis in Christo ad vnā constituendam personā cōueniunt, vna se habebit per modū potentiæ, alia vero per modum actus. Inter potentiā autē & actū, oportet esse proportionē nō qualemcūq;, sed verā ac propriam. Talis autē inter naturā diuinam & humanam cū infinite seu im̄proportionabiliter distent, esse non valent, nō ergo in vnitate personæ concurrunt. Prætereà in immensum plus excedit diuinæ naturæ dignitas atq; simplicitas qualitatē naturæ humane, quā angeli etiā summi essentia, naturā cuiuscūq; creati, sed ex natura angelica & sensitiua, nullatenus effici potest vna persona, ergo multo minus ex natura diuina & hominis. Denique vera generatio, est substantialis eē ad eptio. Nil enī gigni asseritur, nisi esse à generante sortiatur. Si ergo deus, ex virgin e matre est genitus, ex ea substantiale esse accepit, quod æterno verbo nō conuenit

conuenit, nisi duo esse suppositalia in ipso dicamus. ¶ Amplius ex duobus entibus in actu atque perfectis non fit vere vnum, & sicut Aristoteles probat, quod aduenit enti in actu est accidens, sed diuina natura est purus actus, natura quoque humana est quid completum in specie, nullatenus ergo resultat ex earum copula quid vnum seu vna persona. Imo cum natura humana adueniat filio dei post suum esse completum, accidentaliter se habebit ad ipsum. Ex his autem quae accidentaliter vniuntur, non prouenit aliquid vere vnum: Non ergo potest in Christo ex natura humana atque diuina vna constare persona. ¶ At vero nullum inuariabile veraciter de nouo generatur. Quod enim vere de nouo generatur, nouum esse nouamque naturam sortitur. Deus autem prorsus inuariabilis est, non ergo ex tempore genitus esse potest. ¶ Adhuc si Christus est verus homo, ergo in ipso est animae rationalis & corporis intrinseca formalisque vnio. Cum igitur anima sit substantialis Endelechia seu forma corporis, dat corpori esse substantiale & indiuiduatur per ipsum. In humanitate ergo Christi rationalis anima per materiam indiuiduata est, sed sicut forma dat esse specificum, sic forma singularisata seu indiuiduata dat esse personale ac hypostaticum. Natura ergo humana in Christo ex indiuidua singularique anima necessario habet esse, proprie speciei suppositale, & rationis suae proprium subsistentiam.

Et igitur ſicut in Chriſto ſunt duæ naturæ, ſic erũt & duæ perſonæ. Præterea ſicut ex anima rationali & corpore cõſtituit homo, ſic ex hac anima & hoc corpore conſtituitur hic homo, quod aliud nõ eſt niſi perſonam conſtitui. ¶Quoniam ergo in Chriſto eſt particularis anima & hoc corpus, videturq́ ex horum coniunctione neceſſario fiat hic homo & humana perſona, & non ſit in ipſo duntaxat hypoſtaſis verbi. Inſuper perſona non excedit naturam nec reperitur extra eam, natura enim communior eſt indeterminatiorq́ perſona. Si ergo perſona verbi eſt hypoſtaſis naturæ humanæ in Chriſto, extra eum non eſſet, & ſic non eſſet incircunſcripta atq́ vbique. ¶Amplius ſi Chriſtus eſt deus ex deo per generationem paternam, verusq́ homo ꝑ natiuitatem maternam, tunc ſunt in eo duæ generationes, duæ quoque ſunt filiationes. Si nãq́ in eo non ſunt duæ filiationes, eſſe non poteſt filius virginis: Nam ratione filiationis diuinæ non eſt virginis filius, alioquin ab æterno filius eius fuiſſet. Si autem ſunt in Chriſto duæ filiationes cum non ſit in eo niſi vna perſona, ſequitur ꝙ æterno dei verbo veroq́ deo realis relatio de nouo aduenerit, q̃ dato realiter dependeret ad creaturam creator Et cum filiatio perſonam reſpiciat, ſi ſunt in Chriſto duæ filiationes, erunt etiam in ipſo duæ perſonæ. ¶Præterea idem ſunt eſſe quidditatiuum & natura. ſi ergo habet Chr̃us duas naturas, habebit duo eſſe quidditatiua. Cumq́ diffinitio ſit ratio & terminus eſſe quidditatiuum diffiniti notificans, ſi habet

Chriſtus

Christus duo esse quidditatiua, erunt vnius rei plures diffinitiones, quod Arestoteles improbat. At vero secundum omnem Peripateticorum doctrinam, hæc est inter alterationem & generationem distinctio, quod per generationem acquirit res esse simpliciter, per alterationem vero non suscipit esse simplicit, sed esse tale aut tale, vtpote sine quo rem esse nil prohibet. Si igitur hoc verum est, æternum suppositum tẽporaliter gigni nullatenus potest, quoniam per esse temporaliter acquisitũ non habet esse simplicit er, & sine ipso esse potest. ¶ Adhuc, motis nobis localiter mouentur omnia quæ in nobis sunt, vel per se aut certe per accidens. Si er ex diuina itemq; humana natura Christus subsistit, sequeretur naturam diuinam seu verbum saltẽ per accidens moueri hominis motu. ¶ Amplius, diuersas naturas in vnam personam concurrere, est ordinem rerum confundere, quod deo non cõuenit, imó in hoc errauit Empedocles, Non ergo ex natura diuina & humana summe distãtibus, vna cõstat persona, Possem præterea alia multa adducere ó theologe, sed si ista d issoluere poteris, illa etiã te posse soluere arbitror. Ideoq; ad ista te dispone soluenda.

¶ Solutio Theologi ad allatas instãtias. Art. 9. T.

Quemadmodum tibi ó philosophe ab huius disputationis origine tetigi, in hoc potissimum naturales sunt decepti, quód diuinam potentiam, atq; diuinæ naturæ proprietatẽ ex naturali entium cursu, natur aliq; ordine ac lege

mensurare

mensurare itemque determinare præsumpserunt, quasi deus aliter agere nõ queat, quam rerum naturalis dispositio exigit, velut etiam proprietates atque conditiones rerum creatarum diuinã naturã perfecte ac plene ostẽderent, opinantes ea dũtaxat deo deberi attribui, quæ ex naturis rerum elucescũt, eique cõpetere constat. Vnde & superius vehemẽter miratus es, audita resurrectione mortuorum, immediata quoque cum diuina essentia vniõe intellectuum beatorum. Sic & mõ ingens te obstupefactio tabescit, veri dei incarnatione audita temporali. Restat prætereа vt adhuc vehementius admireris, cũ tibi de transsubstãtiatione quæ in hostia sacra contingit eloqui cœpero, fassusque fuero, etiã ea quæ penitus corrupta sunt eadem numero per diuinam virtutẽ refici reuertique posse. ¶ Porrò ista philosophantiũ existimatio, valde vtique vacua & debilis est. Effectus enĩ finitus, infinitam causæ suæ virtutem repræsentare nõ valet. Imo à plena eius repræsentatione infinitæ occũbit & deficit, virtus aũt diuina (vt optime nosti) omnino immensa est. Ideoque velle eam metiri diuinæ quoque conditionem naturæ velle ex his quæ in ordine rerum naturaliter fiunt aut sunt, scrutari omnino temerarium extat. Sic ergo in præsenti ex naturalibus visionibus rerum, vnionem verbi cum homine velle impossibilem comprobare inane est, Ideoque philosophie ad hanc vnionẽ credendam naturalem rationem non consulas, sed ea consideres per quæ tibi in primo libro ostendi, fidẽ catholicã esse à deo donatã. Denique rationes quas tibi pauloante induxi, sufficiẽter ostendunt

ostendunt, dei verbo vero'q; deo, incarnationẽ nec incongruentẽ nec derogantẽ existere. Nũc aũt manifestandũ opinor, q impossibilis extitit. ¶ Ad primã ergo obiectionẽ respondeo, q ipsa multipliciter solui possit. ¶ Primo nẽpe dicere possem, q tunc necesse est inter ea quæ vniuntur talẽ fore proportionẽ, ut habeat se vnũ per modũ actus, aliud'q; per modũ potentiæ, dum vnũ alteri formaliter, atq; intrinsece coniungitur, sic aũt nõ vnitur homini verbũ, Non enĩ est forma aut intrinseca humanæ naturę endelechia aut inhęrens perfectio. ¶ Secũdo respondeo, qđ inter actum & potentiã q̃ per naturale efficiens copulantur, oportet naturalẽ ꝓportionẽ existere. Sed diuinæ atq; humanæ naturæ in Christo, vnio nõ est p naturale efficiens, sed supnaturale, supressentiale'q; agẽs. ¶ Tertio dico, q etiã vtique in Christo diuina natura seu verbũ habet se per modũ actus, nõ informantis, sed pficiẽtis, & ad se assumentis: humanitas aũt per modũ potentiæ, & ẽ inter ea proportio non naturalis, seu eiusdem ordinis, sed tamen sufficiens, quoniã in natura humana, queadmodũ etiam in omni creata essentia est qdã obediẽtialis potẽtia, ad obediendũ diuinę uirtuti in cũctis, q̃ cõtradictionẽ nõ iplicãt. ¶ Ad secũdũ respõdeo, qđ naturalit loquẽdo uerũ cõcludit. Qđ aũt p diuinã potẽtiã ex natura angelica ac sensitiua unũ fieri neqat, nõ cõcedo. Nã & Arriãi supbissimi, licet falsissime dixerũt, asserebant tñ ex filio dei quẽ purã eẽ creaturã mentiti sunt, humano'q; corpore sic factã esse unã naturã, sicut & unã psonam.

Dicebãt

Dicebant nanq; verbum humano corpori loco animæ formaliter esse vnitū. ¶ Ad tertiam breuiter dico quod ad veram generationē sufficiat, quod genitū à generante veram naturam, vniusq; speciei cū natura gignentis suscipiat. Sic aūt filius dei ex virgine benedicta veram naturam accepit, Et sicut Athanasius ait, homo est ex substantia matris in seculo natus. ¶ Ad quartū respondeo quod ex duobus in actu esse essentiæ non fit vna natura, sed vna persona: & si vis quod nullo modo fieri possit ex eis vere vnum, dico hoc verū esse per formalem atq; intrinsecam vnionē, non aūt per supernaturalem assumptionem seu diuinā potentiam. Item in Christo natura humana non est actu ens, id est, actualē existentiam proprij ordinis habens. ¶ Deniq; si inde miraris, ad philosophiā Auerrois te remitto. Nō enī ignoras quemadmodū in libro de substātia orbis dicat, cœlum veraciter animatum. Nihilomin⁹ ponens tam orbē quē etiam immaterialem testatur, prout materia est subiectū formæ, ac pura potentia, q̄ animam illius esse per se actu ens, licet nō arbitrer te sibi in hoc omnimode consentire, sicut nec ego. ¶ Deniq; in summa cōtra gentiles ait sanctus Thomas, quod secundum Aristotelē cœlum ē vere animatum, & tamen anima eius solum intellectualis fit, & per consequens non potest esse actus informans seu forma corpori inhærens, licet prætet ca humanitas æterno verbo aueniat, non tamen est accidens, sed vera substātia: sed verū est q̄d nō ē necessaria ad subsist ētiam Verbi. Ideoq; secūdū doctores

ctores modum accidentis sortitur. ¶ Ad quintum aio, quod ex temporali generatione verbi æterni, nulla sit mutatio facta in verbo, sed in natura assum pta. Non eñ verbũ cõmiscetur, nec vt pars humanitati coniungitur, sed propter exuberantissimam proprij sui esse plenitudinem, eam assumit, suamq; ei personalitatem per ineffabilẽ modum cõmunicat, sicut superius quoq; asserui, diuinam essentiam intellectibus beatorũ sine sua mutatiõe vniri in patria. ¶ Ad sextũ dicendum, quod in Christo est formalis vnio carnis & animæ, & ex hac vnione resultat vna perfecta natura specifica, non tamen personalis subsistentia, quoniam natura humana sibijpsi non relinquitur, sed in eodẽ momento quo anima carni vnitur, vtrunq; à verbo assumitur. Veruntñ anima Christi dat corpori eẽ specificum, & hoc ad vnionem immediate consequitur. ¶ Et per idem sequens obiectio soluitur. Est nanq; in Christo hęc anima & hoc corpus, non tamen persona alia à verbi persona, quia hæc anima Christi non relinquitur agere, q̃ vtique ageret, nisi ad altius esse eam verbum assumeret. Vñ in Christo ex hac anima, istoq; corpore resultat particularis natura, non aũt separata à verbi persona. ¶ Ad octauũ respondeo, q̃ persona quæ est vnius ordinis cum natura & substantialiter idem cum ea non excedit eam. Sic autem hypostasis verbi non est humanę naturę persona, nec idem cum ea. ¶ Ad nonũ dico, quod in Christo sunt duæ generationes seu natiuitates, non tamen duæ filiationes. Generatio enim respicit naturam, filia-

tio aũt personã, & cũ in Christo non sit nisi diuina hypostasis cui realis relatio accidere nequit, ideo re latio q̃ refertur Christus ad matrẽ, non est nisi rationis Nihilomin⁹ est realiter filius eius, quoniã ex eius substantia ueraciter natus est, Quẽadmodũ etiam deus dicitur rerũ creator & dñs, non per relationem realẽ, cum tñ realiter sit eaũ creator ac dominus. ¶ Ad decimã dico, ꝙ vnius est uerbũ duntaxat esse quidditatiuũ, propriũ, inseparabile ac naturale, & sic in Christo diuina natura ẽ quidditas eius. Natura uero humana licet in Christo sit uera atq; perfecta natura, quoniã tñ sine ea esse potest uerbi persona, ideo per mediũ habitus se habet ad uerbũ, & non sicut naturaliter ad eius consistentiã pertinẽs. ¶ Ad undecimũ aio, ꝙ scd̃m philosophos ad uerã generationẽ sufficiat, ut unũ ex substantia alterius secundũ similitudinẽ naturalẽ nascatur, sed quoniã naturaliter ex natura profluit esse substantiale ac actuale, propterea asserunt generationẽ ad esse simpliciter terminari. Possum quoq; secundũ eos per esse simpliciter esse substantiale atq; specificũ, & nõ esse actualis existentiæ accipere, nisi quãdo natura rei sibi ipsi relinquitur. ¶ Ad duodecimũ quoq; respondeo, ꝙ ratio illa procederet, si unita esset homini uerbi ꝑsona ꝑ diuinitatis circunscriptionẽ uel formalẽ inhærẽtiã, sic aũt nõ est, uti iã patuit. ¶ Ad ultimũ aũt dicendũ, ꝙ incarnatio uerbi nõ solũ nõ est ordinis rerũ cõfusio, sed summ⁹ ornatus, decora ꝗ cõsummatio, & id superius sufficiẽter deduxi. Dicere autem sicut dixit Empedocles: Per litem & amicitiam

amicitiam rerum naturas nūc quidem misceri, nūc denuo segregari, sine uidelicet diuina ordinatione ac omni utilitate, hoc utique esset ordinem uniuersi confundere, diuinæque sapientiæ derogare. Phil. Vt cerno incarnationem unigeniti dei contemplare desiderans, naturalis philosophiæ principia supgredi indiget, nec in lege naturæ fundare se potest, sed ad omnipotentiam dei recurrere debet. Theologus, Ita est: Nam in his quæ sunt super naturam, tota ratio operis est potentia facientis Philosoph⁹. Cupio ut de sapientia & gratia humanæ naturæ in Christo diffusius tractes, & quæ mihi expedire agnoscis aperias.

¶ De perfectione sapientiæ & plenitudine gratiæ humanæ naturæ in Christo. Articulus, decimus.

Theologus.

DVdum dum de remuneratione sanctorum disputaremus, asserui omnes beatos I patria diuinam essentiam clare atque per speciem cernere. Cum ergo anima Christi intimius atque uicinius incomparabiliter unita sit uerbo, quam beatorum aliquis, utpote ad diuinam personalitatē assumpta, restat ut sicut à primo creationis suæ momento perfecte erat uerbo unita hypostatica unione, sic multo limpidius uiderit, clariusq; cognouerit diuinā essentiā à creatiōis suæ primordio q̄ aliquis sanctorū, siue angelorū, siue hoīm in patria.

Ideo

Ideo tibi cōstet philosophe, quod Christus etiam secundum naturam assumptam nunꝗ erat viator purus, sed à primo conceptiōis suæ maternę instanti excellentissimus extitit comprehensor. ¶ Denique cum sit Christus etiam vt homo humanæ salutis actor instrumentaliter, salus autem humana secundum præhabita est visio atque fruitio dei, necesse est Christum semp in pfectissima dei fruitiōe fuisse. Nam in omni ordine primum est maximum, & ꝑse ac regula atque mensura sequentium. P. Admisso quod anima Christi diuinitati in vnitate ꝑsonæ erat coniuncta, nō ambigo quin semper deum perfectissime viderit. Quo enim (vt Peripatetici itēque Platonici astruunt) fuerit aliquid primo enti propinquius, eo est ei in vniuersis perfectionibus similius. Vnde dato quod ad subsistentiam verbi sit assumpta humanitas, palam est quod in omni diuinarum ꝑfectionū participatiōe sit ipsi verbo similior. T. Subtiliter infers, & quoniā sic est, hoc quoque adijcio, quod solam humanitatem Christi plus diligit deus, ꝗ totum vniuersum, & ipsa sola clarius deum videt, plenius fruitur eo, atque perfectius possidet ipsum, quam oēs simul beati. P. Hoc vtique cōsequens est: Nam vnio in persona incomperabiliter excedit omnem vnionem in gratia sola. Sed sciscitor vnum, an ne perfecte comprehendit anima Christi deitatem immensam? T. Non vtique, non enī nisi intellectus immensus, immensam diuinitatem perfecte comprehendere valet, cuius causam superius si retines assignaui. Nā sicut diuina natura est immēsæ actua

sæ actualitatis, sic etiam est immensæ cõprehensibilitatis. Immensæ aũt cõprehensibilitati non correspondet nisi intellectus immensæ virtutis, q̃lis non est intellectus Christi humanus. ¶ Denique implicat infinitum intelligibile ab intellectu finito perfecte comprehendi, cum sit inter ea infinita distantia, & id quod perfecte comprehenditur, comprehendenti quodammodo extat finitum. P. Sic esse vt dicis naturalis probat ratio. Sed vnũ tibi obiicio. Vnio enim personalis maius esse donum videtur, q̃ qualiscunque diuinitatis cognitio. Si igitur Christo domini dei personalis communicata est vnio, potuit, & vt videtur, est ei data perfecta dei comprehẽsio. T. Licet in eadem subsistentia subsistat gemina in Christo natura, non tamen secundum æqualem plenitudinem communicatur humanitati subsistẽtia verbi, qua inest & conuenit verbo. Ideoque φ ar guis non procedit. P. Videt ne anima Christi cũcta in verbo quæ in ipso relucent? T. Prædixi quod deus infinita actualiter in seipso cognoscit quæ facere potest, nec tamen vnquã facturus est: virtus autẽ intellectus creati nõ valet simul infinita in actu cognoscere, ideo anima Christi nequaquã vniuersa intelligit, quæ in luce diuinitatis atque in verbo resplẽdent. Insuper tũc omnes effectus alicuius causæ cognosci possunt cum virtus causæ perfecte cognoscitur. ¶ Sicut ergo anima Christi diuinæ virtutis immensam potentiam non plene cõprehendit, sic nec omnia quæ deus facere potest. Veruntamen quæcunque sunt, fuerunt, vel erunt, plenissime nouit, p-

O pter

pter vnionem cum verbo. P, Conuenit ne Christo homini cognitio alia quam ista qua omnia videt in verbo? T, Triplex adhuc ei cognitio competit. Vnam enim habuit experimentalem, sicut & cæteri homines per ministerium sensuum, & in hac profecisse describitur. Secundam habuit per diuinam illuminationem, qua omnia nouit ad quæ se naturalis rationalis animæ virtus extendit. Nulla enim naturalis perfectio ei defuerat. Porro cum sit caput ecclesiæ propagatorque gratiæ, habuit quoque tertiam cognitionem, qua lucidissime cernit quicquid ad misterium salutis humanæ & gratiæ pertinet. Et hæc cognitio naturalem facultatem transcendit. ¶ Per spiritum autem prophetiæ ac donum sapientiæ reuelatur hominibus. Phil, Nunc de gratia Christi prosequamur. T, Quoniam natura humana in Christo diuinæ naturæ suppositali est coniunctione vnita, non potuit vnio hæc esse per aliquod intermedium, quæ enim vnam personam constituunt, immediate iunguntur. Ideoque licet vnio qua cæteri sancti deo vel in via vel certe in patria copulantur, per habitum intermedium qui est gratia & charitas lumenque gloriæ fiat, vnio tamen humanitatis Christi cum verbo, immediata erat, sine omni gratia media. Veruntamen excellentissime gratiam habuit, non quidem hypostaticam vnionem præeuntem, sed concomitantem. Et quoniam est caput ecclesiæ, de exuberantia sua omnia membra, id est, de plenitudine eius omnes electi suscipiunt. P. Finita est gratia Christi an infinita? T, Si de gra-

tia habituali vnionem sequente loquamur, palam est ꝙ illa infinita non sit simpliciter, cum sit quid pure creatum. Nulla autem essentia creata simpliciter infinita esse valet, nec dignitate nec mole. Nihilominus gratia ista quodammodo infinita vocatur. Primo quia totam capacitatem recipientis impleuit, nec potest creatura plus recipere q̃ anima christi recepit. Secundo ex parte doni, Nam quicquid ad gratiæ eminentiam plenitudinemq́ perti nere potest, christo donatum est. Tertio ex parte verbi naturæ assumptæ gratiam influentis, quod vtique sine mensura plus gratiæ daret, si natura capax existeret. ¶Porro si de gratia vnionis interroges, illa omnino infinita est. Per hanc enim christus accepit vt sit filius dei, etiam secundum naturã humanam: non per adoptionem, sed naturam, id est, naturalis, secundum Thomam in prima parte. Aliquando tamen à sanctis dictum inuenimus, quod ille homo sola gratia à verbo assumptus sit, sed tunc gratia pro dignatione atque beneuolẽtia creatoris accipi potest. P. De incarnatione verbi nunc laboriose disputauimus. Iam ergo si iubes proficiscamur ad alia. Theologus. Sic libet. Nam si quæ omissa sunt, in sequentibus plenius elucescent, eo quod sequentes articuli, de christi humanitate determinent.

## ¶Quód Christus de virgine natus existat. Articulus Vndecimus. Theologus.



O Ctauus fidei christianæ articulus, Christum fatetur de virgine natum. P, Cum in generatione mater se habeat per modū passiuæ, vtpote materiam duntaxat ministrās : pater vero per modum actiui, videlicet virtutem formatiuā inducens, non sufficit ad generationē humanā genitrix sola. T, Bene & philosophice arguis, verumq; concludis: Nam ad generationem Christi humanam non solum mater concurrit, sed etiam quoddam actiuum principium, virgini fœcūditatē præstans, atq; ex eis mundissimis sanctissimisq; sanguinibus Christo corpus humanum formans & aptans. P, Quod erat agens illud? T, Non homo masculus, sed spiritus sanctus, qui vt tibi contestatus sum est tertia persona in trinitate, verusq; deus. P, Ergo spiritus sanctus pater est Christi. T, De ratione vt nosti patris est, vt ex sua substātia similem sibi in specie generet: Christi autē natura nec diuina neq; humana ex substātia spiritus sancti procedit. Diuina enim nullo modo ab eo est : humana vero ab eo est per creationem, sicut & cætera: nec ipsa ē eiusdem speciei cum spiritu sancto, non est itaque spiritus sanctus genitor Christi nisi improprie, prout deus creator creaturarum pater vocatur. P, Cur potius spiritui sancto q̄ patri asscribitur corporis christi formatio? T, Incarnatio seu conceptio christi actiua toti trinitati cōmunis est, quoniam opera trinitatis ad extra indiuisa sunt, eo quod triū psonarum sit vna essentia, propter quod tres personæ vnus verus deus sunt, vnus omnium creator ac domi

dominus, principium, rector & finis. Veruntamē per appropriationem dicitur Christus de spiritu sancto conceptus. Incarnatio nanque Christi, opus est maximæ charitatis, summæ benignitatis ac munificentissimæ largitatis & muneris. Quoniam igitur iuxta præinducta spiritus sanctus est amor, quo pater & filius seinuicem atq; creata omnia diligunt, ideo opus tātæ charitatis ei rite attribuitur. ¶ Deniq; spiritus sanctus primum donum est, & in ipso ratio doni primo relucet, atq; in ipso vniuersa donantur, ab hoc tantæ munificentiæ, largitatis q; donum ipsi optime appropriatur. Insuper cum spirituisancto approprietur benignitas, ideo incarnatio in qua diuina clementia inæstimabiliter splēdet ei efficienter iuste attribuitur. P, Sufficienter fateor respondisti, sed quomodo genitrix christi in partu virgo permanserit, nullatenus capere queo: hoc enim esse non valuit nisi egressus dicatur de integro incorruptoq; vtero. T, Ita est. P, Ergo in progressu christi ex matre, dimensionum penetratio fuit. T, Hoc consequens est. P, Penetrationem dimensionum impossibile ipse Aristoteles & commentator eius Auerrois fortissime arguunt. Cum enim dimensio ex propria natura habeat q; alteri dimensiōi resistat, non possunt se mutuo sine corruptione alterius penetrare. Atuero si dimensionum penetratio extat possibilis, sequitur q; possint duo corpora in eodem determinato loco consistere, & qua ratione duo etiam tria & quatuor, imo & infinita, sequeretur tandem totum mundum in

angustissimo spacio posse locari. T. Sicut calor pri & immediate facit esse calidū subiectū cui inhæret, secunda ratio aūt calefacit quod sibi applicatur, sic dimensionis primus immediatusq; actus est extensionē facere, & ordinē partiū sui subiecti, resistere vero alteri dimensioni secūdarius eius actus censetur. Queadmodū ergo per diuinā virtutē subtrahitur igni ne corpus sibi applicatū calefaciat, vt ac aut lędat, sicut vbertim factū agnoscimus, sic incōprehēsibili deitatis miraculo dimensioni aufertur resistendi potestas, ac per hoc sine diuisione & læsione vna secum compatitur alteram. ¶ Per hoc quoq; secūda instantia soluitur. Non enim possunt plura corpora in vno loco consistere per commensurationē ad locum extrinsecum, potentiamque naturalem, sed per deitatis infinitam virtutem, quæ in infinitum plura potest producere quam ratio quæat cōcipere. Phil. Istud valde mirabile est, & intellectum meum vehementer retundens. The. Non mirum. Veruntamen si huius effectus causam consideres, mirari cessabis. Immensæ nanque virtuti nil prorsus impossibile est neq; difficile. ¶ Enimuero vt nihil Christianę veritatis te lateat, scire te volo; quod non solum de clauso virginis ventre Christus exiuit, sed etiam de clauso monumento surrexit, clausisque ianuis ad discipulos introiuit. P. Audire desidero causas virginei partus.

¶ Cur Christus de virgine nasci volebat.
Articulus: XII.
Theologus.

Non

NOn decuit Christũ duos habere patres, mãgis aũt decebat vt quẽadmodũ patrem sine matre habebat in cœlis, sic matrẽ sine patre haberet in terris. ¶ Præterea sicut in Christo humana natura ad diuinã subsistẽtiã est assumpta, sic generationẽ humanã diuinæ generatiõi prout possibile erat conformari cõgruũ fuit. Propterea sicut filius dei est à patre sine sui contaminatione, læsione atq; corruptione gignente productus, sic quoq; condecuit eũ ab incontaminata, illæsa incorruptaq; matre gigni. Insuper indecentissimũ esset deum aliquã ignobilitatẽ propriæ genetrici asserere, aut eã ex dei cõceptione aliq̃ indignitatẽ incurrere. Imò oĩno cõgruebat ineffabilẽ sibi dignitatẽ ex dei incarnatiõe sortiri. Ideoq; oportuit eã sine pudoris iniuria, sine maritali subiectiõe, sine oĩ corruptiõe cõcipere, gignere ac postmodũ intactã manere. Quicq̃d enĩ pfectiõis inest cęteris fęminis p modũ diuisum, totũ pstandũ erat beatissimę illi puellæ, q̃ à summe benedicta trinitate ad verbũ dei concipiendũ, atq; gignendũ ab ęterno fuit electa. Ideo tã virginalis integritas, q̃ materna fęcũditas eã summe decebat. Amplius, cũ Chrs venerit soluere mũdi peccata, oportuit eũ cõcipi & generari sine oĩ peccato originali, & ob id sine mixtiõe viri ĩ ẽ editus. ¶ Adhuc cũ venerit ipe naturã corruptã reintegrare, primũ debebat ĩ ppria mr̃e ĩtegritatẽ saluare. Amplius corpus disponẽdũ ẽ scdm exigẽtiã formę seu aię. qm ergo scdm oñsa fuerat aia Chrĩ à primordio sui in pfectã fruitiõe, vniri nõ debuit nisi corpi pfectẽ orgãizato:

sed virtus naturalis hoc nō valebat, & ob hoc à spiritu sancto virgo est impregnata, materiaq́ materna formata P. Quādo anima Christi est carni vnita, atq; à verbo assumpta? T. In eodem instāti quo virgo gloriosa archangelo credidit, scilicet diuinū misterium obtulit, vnigenitum dei concepit. Cum enī dixisset paranimpho cœlesti: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Spiritus sanctus qui ante eam sanctificauit in vtero, impleuit ī vita, copiosius superuenit in eam, & in indiuisibili puncto formauit ex illibatissimis eius sanguinibus, corpus Christi, cum omni organorum atq; membrorum distinctione, nō secundum quantitatē, sed quo ad perfectionem, & in hoc ipso instāti vnita ē corpori anima, simul quoq; vtrumq; à verbo assumpta. Nunquā enim natura Christi humana propriam substantiam habuit. P. Omnia quæ lex Christiana complectitur, miranda sunt valde, & intellectū meum totaliter obruunt, estq́ difficile rationem fidei subdere. T. Omnia quæ asseris fateor: Sed fides non habet meritum, si non transcendit ingenium. Deniq; quo quis ingeniosior extat, & fidei assentire sibi laboriosius fuerit, eo amplius fidei rationem subdendo meretur. Nihilominus, si legislatoris nostri naturam virtutemq́ consideres, omnia credibilia sunt. Ipse enim est deus immensus, æternus, oīpotēs, cui omnia ęque possibilia ac facilia sunt. Rur-
Isai. 7 sus, si fidei argumenta perpendas, cito cōtentari va-
Iere. 22 lebis. Virginem namq; Christum parituram deus in veteri lege per os prophetarum prædixit, oracu-

lis, figuris atq; misterijs præsignauit. Et reuera qd miramur, si deus per seipsum faciat, quod per subseruientem naturam efficere potest. P. Penetrationem dimentionũ magis admiror, quã quod sine viro virgo cõcepit. Vnde virginitatẽ in partu magis q̃ virginitatem in cõceptione mirari me fateor. Minus nanq; mirandum opinor, quod virtus diuina per seipsam in virgine expleuit & fecit, quod in alijs virtus formatiua in paterno semine existens agit, quã de inaperto aluo corpus verum prodisse. T. Verum dicis, & vt cerno dimensionum penetratio te conturbat, sed noli contra propriam tuam felicitatem nimis arguere. Ecce enim non solũ de diuinissimo corpore Christi hæc credimus, sed de proprijs insuper corporibus vere speramus, quod post resurrectionem nouissimam omnia penetrabunt, atq; super cœlorum altitudines sine cœlestium orbiũ diuisione conscendunt. P. Admirationem meam nõ tollis, sed auges: sed quod corpora beatorum oĩa penetrabunt, ratione glorificationis forsan continget, præsertim cum iuxta prænducta à te, subtilia erunt. T. Hoc quidam existimant, sed determinationi sancti Thomę potius standũ est, qui super quartum sententiarum cõtrarium tenet. Glorificatio enim seu subtilitas non auferunt corporibus sanctorum veras dimensiones atq; compactas, non enim erunt aerea, sed palpabilia, ossa videlicet & carnem habentia, sicut & Christus post resurrectiõem se habere cõtestans. Videte, inquit, & palpate, quoniam spiritus carnem & ossa nõ habet, sicut me videtis habere Lucæ. 24

bere

bere. P. Ego quoq; huic sententiæ magis cõsentio, sed quomõ possunt hæc fieri? T. Quomõ fieri potest vt defuncti resurgãt? vt homines sup vndas aquarũ sine submersiõe deãbulent? vt in medio ignũ illæsi perdurent, vt vnus secreta cordis alterius videat, vt sol & luna in cœlo reuertantur vel quiescant, quomõ Chũs de quinq; panibus trib9 q; piscibus quinq; milia hominũ saturauit, remanentibus duodecim sportarũ reliquijs. P. Pu9 naturalis talia fieri posse, nequaq̃ concederet. Sed qm̃ disputatio primi libri me ad cõcedendũ facta est & huiusmõi cõpulit, ideo ad diuinæ imensitatẽ potentiæ cõfugere cogor. T. Sic in p̃senti materia te conuenit facere. Nõ enĩ est dimensiõibus naturalius sibijnuicẽ resistere, q̃ molli materiæ aquæ graui hominis corpori cedere, atq; igni corpus humanũ incendere. Si vero esset dimensioni tã naturale resistere, vt homini rõnalem eẽ, nullatenus possent duo corpora simul eẽ, sicaũt nõ esse nũc explanatũ est. P. Melius mõ contentor q̃ ante. Vnde si tibi videtur progrediamur ad alia.

¶ Cur vnigenitus dei mortem crucis subierit.

Articulus. XIII. Theologus.

Qvemadmodũ secũdũ philosophos corpus humanũ vniuscuiusq; indiuidui est pprium aiæ eius instrumẽtũ, nõ separatũ sed cõiunctũ, sic natura humana à verbo assumpta, propriũ itẽq; cõiunctũ verbi est instrumẽtũ, ad opera miraculosa atq; ad oĩa q̃ ad humanã ptinent reparatiõnẽ exhibẽda misteria. ¶ Deniq; cũ Chũs inter deũ & hominẽ mediator sit, cũ vtroq; cõmunicat: nã & de

us&hõ est. Et inquãtũ hõ, sic habet vt mereri& satis facere possit. Propt deitatẽ aũt vnitã, efficaciam plenã imo immẽsam ad ꝓmerendũ, recõsiliandũq; habet idoneitatẽ. P. Cũ scdm phabitaChr: semp cõphensor fuerit, & deo pfectissime fruens, q̃mõ pati valebat? T. Qm in passiõe Chri specialis ratio incõphensibilitatis cõsistit, ideo de ea est non⁹ fidei Christianæ articul⁹, de q̃ nũc disserendũ incũbit. Agnosce itaq; q Chrs simul erat cõprehẽsor & viator. Inquãtũ igitur erat viator ꝓmeruit & sibi & nobis, sibi aũt essentiale meritũ nõ meruit, sed accidẽtale duntaxat: nobis vero omni opere vitę suę ꝓmeruit. Nã quicqd fecit ex charitate ꝓcessit, & id ipsum nobis ĩpendit. Quoniã ergo Chrs venit vt mũdũ redimeret, illos naturæ defectus assumpsit, q ad satisfaciẽdũ ꝑ mũdo necessarij erant, vel veritatẽ naturæ assumptæ mõstrabant. Vñ passibilitatẽ, famẽ sitim in corpore, pauorẽ q̃q; atq; tristitiã in anima, sponte assumpsit: quatenus has pęnas sine culpa habendo & sustinẽdo nostram naturam ab eisdem eriperet. Alios aũt defectus qui ad liberationẽ nõ prosunt, imo obessent, Christus non habuit, vt sunt ignorãtia, fomes, infirmitas atq; similia. Propter q̃ à Damasceno optime dictum est, quod indetrahibiles defectus Christus assumpsit, non aũt detrahibiles. ¶ Itaq; licet Christus secundũ supremã animę partẽ cõprehẽsor extitit, erat nihilomin⁹ scdm inferiores vires viator & vere passibilis. P. Quid de Chri passione sentire oportet? T. Talis erat passio ei⁹, vt ꝑ eã decentissimo modo liberari posset genus humanũ.

Erat

Erat quippe Christi passio generalissima, quoniã in anima & corpore atq; singulis sensibus passus ẽ, imò in omni potentia animæ. Licet enim superior portio summe delectaretur in deo inquãtũ ratio, & per respectum vnionemq; ad superius, tamẽ ob coniunctionem ad inferius, in summa tristitia fuit. P, Cur tamgeneraliter passus est Christus? T, Quoniam originalis culpa hominem totum infecit, corpori mortis necessitatem, sensualitati fomitem, rationi ignorantiam inuehens. Et ergo vt ab omnibus istis redimeremur, Christus generalissime pati volebat. ¶ Deniq; acerbissime passus est, quoniam exquisitis tormentis, ytpote flagellatus, spinis coronatus, clauis cruci affixus. Erat enim in ipso viuacitas sensuum maxima, & complexio equalissima atque tenerrima. Cunq; in mente charitatem summam haberet, summe iniquis omnibusq; perituris condoluit. P, Nonne mitiori passione satisfacere potuit? T, Vtique, sicut etiam particulariori, sed istud magis decebat ad insinuandum peccati grauitatem, christi intentissimam chatitatem, ad ostẽdendum perfectam pacientiam, summam obediẽtiam, & ad prouidendũ nostræ insufficiẽtiæ. Quicquid enim moriẽdo sustinuit, pro nobis sustinuit, & meritum suum tanto nobis copiosius impartit, quanto ꝓ nobis acerbius patiebat. Erat præterea passio Christi ignominiosissima, quoniam crucis patibulo est affixus. & inter latrones suspensus, & hoc cõtra irreuerẽtiã, sup bis seu ꝓsumptionẽ, q̃ in primo peccato exstiterant. P, Cũ in nobis oẽs pœnę

ꝓ originali peccato inflicte remaneāt, q̄mō Chr̄us eas sua passiōe abstulisse asserit: T. Hāc q̄stionē superi⁹ solutā recordor. Nā tp̄e cōgruo corpori īmortalitatē p̄stabit, oēmq; passibilitatē & ignorātiā tollet. E m̄uero mortis suę merito, id nobis ꝓmeruit, vt originalis culpa nō amplius īputetur nobis, nec ob eā differamur à gloria, nisi forte affuerint actualia peccata, sed oportet vt meritū suę passiōis nobis aliq̄ mō applicetur & cōmunicetur, q̄ primo fit in sonte baptismatis. Manēt tn̄ interim pœnę p̄dictæ ꝓut sunt naturales defectus. Deniq; p̄ostensum est quomō pChristi meritū saluari poterat tota natura humana, q̄liter etiā meritū eius nobis ꝓficere q̄at. Nā propt̄ diuinitatē eius humanitati vnitā mors sua particularis & tēporalis totius humani generis mortē cōmunē atq; ęternā tollere erat idonea. Nec est cōtra iustitiā, vt vnus amicus ꝓ alio satisfaciat. ¶ Insuper cū primus homo ī ligno peccauerit, ideo Christus in ligno satisfecit, quaten⁹ vn̄ mors oriebatur, inde vita resurgeret, & qui in ligno vicit diabolus, in ligno quoq; vinceretur, à Christo, fact⁹ ē Chūs ꝓ nobis maledictū vt nos b̄ndicti efficiamur.

¶ Disputatio theologi contra sapientiam mundi. Articulus. XIIII. Theologus.

NVnc ergo cōtēplemur discutiamusq; ō philosophe, quid christiana theoria ꝓfūdius, quid sapientia christi subtilius, quid ea diuinius ac rationabilius? Iam inquam assume paulisp̄ personā infideliū, sapientiū huius mundi, prudentium secundum carnem paganorum, & item omnium

um qui Christi crucem irrident, quibus stultum videtur in crucifixũ credere, in eo sperare, ipsum adorare. P. Quoniã diuina prouidentia vnumquẽq; remunerat, & singulis prout merentur rependit, feritq; christus ab omni culpa immunis, omnino indecens esse videtur, q ipse tot ac tãta ptulerit, psertim cũ secundũ te passio sit effectus culpæ, & mors pœna peccati. Denique omnipotenti, incommutabili æternoq; deo valde derogare videtur, asserere ipsum passum, illusum, crucifixũ ac mortuũ. Et certe quantum ratio capere potest, stultũ apparet spem atq; salutem in homine tã abiectissima morte peremptọ reponere. Deniq; potuit deus alio mõ mũdum redimere. T. Nunc igitur disputantẽ me sustine. P. Intẽtissime audiã. T. Vniuersæ viæ dñi mĩa & iustitia. Hæ enim duæ virtutes in omni diuino opere eminẽter resplẽdẽt, potissime tamen in remuneratione, dispositione & operatione dei circa creaturas intellectuales, beatitudinis susceptiuas. In nullo autẽ naturali effectu tam gloriose, excellẽter & plene, hæ duæ virtutes relucent, quẽadmodũ in reconciliatione humana per Christi passionẽ exhibita. Si enim deus omnia in numero, pondere atq; mensura constituit, quantomagis ea quæ ad rationalẽ pertinent creaturam, hoc modo sapientissime ordinatissimeq; exhibẽda existunt. Et si opera naturæ ordinate fiunt, quantomagis misteria gratiæ ordinate implere oportet. ¶ Quoniã ergo homo peccauit, & aliena fraude seductus, tam se quã oẽm suam posteritatem damnationi obnoxium fecit, quid

qd diuinā clemētiā sic decuit, q̄ tātæ subuenire miseriæ, eiq; succurrere q subsidij capax erat, se tñ iuuare nō poterat. Insup q̄d ratiōabilius q̄ vt p aliū perditi, per aliū reparētur, p aliū infecti & lęsi, per aliū remederentur, atq; sanētur. Atuero qd iustius q̄ peccatū nō manere inultū, nec malū relinquere inordinatū? Quid etiā naturalius extat, q̄ cōtraria curare contrariis? P. His oībus ratio satis consentit. T. Oīa hæc in Chr̄i passione artificiosissime exprimūtur, resplendent & patent. Nūc qppe si recolis in p̄cedentibus clarissime patuit, quēadmodū ideo filius dei hō factus sit, vt primos parētes deceptos, oēm q̄ eorū infectā sobolē liberaret. & in hoc diuina benignitas ineffabiliter elucescit. Sed qm̄ iustitia desideranda nō est, q̄ vtiq; exigit, p culpa pœnā infligi, emēdāq; fieri, sic īpēdenda erat misericordia, vt misceretur iustitia. Ideoq; nō sola potētia sed etiā cū iustitia redimēdū erat genus humanū. Ideo ergo passus est filius dei, nō coactus neq; inuitus, sed sponte atq; ex vehemētissima charitate. Et qm̄ peccata nostra grauissima erāt, & inordinata libido naturā totā corrupit, ob id amarissimū p̄elegit supplicium. Præterea, quoniā peccādo facti eramus omni contēptu ac irrisiōe penni dignissimi, dęmoniorū q; socij. Propterea Christus in passione sua contumeliam, illusiones atq; obprobria maxima, in ō turpissima pertulit. Ligatus est enim, cōsput⁹, blasphemat⁹, nudat⁹, irrisus, p nihilo reputatus: Deniq; cū latronib⁹ cōputat⁹ ē, vt nos sua irrisiōe ab ęterna cōtumelia liberaret, sua cū sceleratis ęstimatiōe, angl'is sociaret,

& quia

Phili. 2 & quia primi parentis peccatum inobedientia erat diuini præcepti, Christus vsq; ad mortem factus est deo patri obediens, non quod deus pater mortis supplicium ab innocentissimo & vere sanctissimo puero suo exegerit, sed ea exegit & voluit, propter quæ filius mortem incurrit, hoc est inconcussam veritatis itemq; iustitiæ obseruatiõem. Filius vero ex
Heb. 9 nimia sua charitate oblatus est, quia voluit: qđ vti-
Isai. 53 q; patri imo toti trinitati summe complacuit. Nam filius obediendo in his ad quæ non tenebatur, nostram inobedientiam soluit, sua pœna nostram deleuit, sua morte nobis immortalitatem etiam corporis ꝓcurauit. ¶ Christus ergo ó philosophe, passus non est ex necessitate, ex obligatione, ex infirmitate, sed voluntate spontanea, charitateq; pura. Et quidem hoc modo deum esse passum asserere non est vtiq; diuinitatis dignitati derogare, quia diuina in Christo natura nec per se neq; per accidens passa est in eius passione, quemadmodum nec mutata est in eius incarnatione seu generatione. P. Disputatio tua rationabilis mihi videtur, tota tamen nõ in ratione, sed in fide fundatur: vtpote quod prim⁹ homo taliter peccauit atq; naturam infecit, & alia multa supponit, quæ non naturali ratione, sed sola fide patescunt. T. Verissime loqueris: Nam ego articulos fidei, naturali indagine non præsumo probare, sed ab infidelium impugnatiõe defendere, simul q; vt fas est rationabilitatem eius ostendere, firmiori nempe fundamento innititur, habetq; ratiões nedum probabiles, sed summe necessarias, argumẽ

ta quæ

ta quoq; nedum demonstratiua, sed vere diuina. P. Diuina prodigia, propheciasq; veteres atq; similia de quibus in primo disputauimus libro, ni fallor insinuas, eo quod ista vt illuc probasti autoritati innitantur diuinæ. Et licet articulorum fidei veritates rationi humanæ comprehensibiles atq; perspiciosas facere nequeant, hoc tamen ostendunt, q; fides catholica à deo sit præstita, quo concesso, dubium esse nō valet quin prorsus verissima sit. T. Ingenio tuo præclaro congratulor, quippe qui totā meam intentionem tam compendiose cōcepisti & expressisti. Vnde si eorum fundamenta quæ disputatio mea præsupponit efflagitas, ad præostensa te remitto. Nil enim suppono cuius veritatem in superioribus indagati non sumus. P. Fateor, idq; intueor, quod licet singuli fidei Christianæ articuli seorsum accepti, vehementer mirabiles sunt, omnes tamen sibijnuicem optime correspondent, & quo vnus ad alium artificiosius cōparatur, eo vterq; credibilior veriorq; probatur. T Nunc spiritus veritatis, spiritussanctus, spiritus paracletus mentem tuam illuminat, prorsus nempe sic est quemadmodū astruis. Ideoq; puri philosophi humanæ institutionis originem ignorantes & finem, vtpote qualiter primordialiter factus sit homo, & ad quam beatitudinem ordinatus, de homine parum valde veraciter eloqui potuerunt P. Nūc mihi ô theologe lucide innotescit, quod qui Christi crucem irrident, causas passionis eius ignorant, sicq; cēsent de Christo occiso quemadmodū de alio quocunq; scelera

P io, au

to, aut eo qui mortem euadere nequit, vel propter
Roma. 8 infirmitatē suam succumbit. T. Ita profiteor, nam & carnaliter sapiūt, nec ea quæ dei sunt gustāt. Nos aūt speramus in Christo, & colimus adoramusq; eum, non vt hō purus, sed vt verus deus. Ideo spes nostra in eo finaliter fundatur, prout deus verus cē setur. P. Nunc accedamus ad reliqua.

¶De decimo fidei orthodoxe articulo,
Articulus. XV. Theologus.

MOdo de resurrectione Christi de qua decimus fidei extat articulus profari conabor. P. Quid post passionem mortis, corporiat q; animæ Christi contigerat & vbi manserunt? T. Naturam quā vnigenitus dei semel assumpsit, nunq̄ deposuit, Ideoq; licet in Christi morte veraciter ā corpore discesserit anima, vtrunq; nihilominus verbo mansit vnitum. ¶Deniq; corpus eius sacratissimum sepulture est traditum, anima aūt in infernū descendit. P. Si verbum naturam humanam nunq̄ deposuit etiam post mortem, ante resurrectionem Christus homo fuisset, eo quod animam rationalem habuisset & corpus. T. Nō ignoras quod ad rationem veritatemq; hominis necessaria sit formalis atq; intrinseca carnis copula & animæ, licet igitur vnita permanserint verbo caro & anima, non tamen sibi inuicem erant in triduo illo coniuncta. Verbum nempe immensum & incircunscriptibile est, ideoque localis distantia carnis & animæ separationem ā verbo inferre nequiuit. Phil. Corpus illud q; nulli terrenę libidini, nulli carnali affectui, nul lisq; im-

lique impuritati subiacuit, sub terra (vt reor) poni non debuit. Præterea mirabiliter sonat animam Chr̄i descēdisse ad inferos T. Prędixi (si recolis) quē admodum Christus quosdam defectus naturæ humanæ ex p̄ctō causatos assumpsit, & aliquos non, sic & post mortem fecit. Defectus autem quos homo post mortem in corpore sustinet, duo sunt, sepultura & corporis resolutio. Similiter in anima erant duo defectus propter originale peccatum, descensus localis ad inferos, & pœna inferni, horum autem defectuum duos assumpsit, vnde in corpore vtpote sepulturam, alium quoque in anima, scilicet descensum ad inferos. Alios vero non decebat eum assumere, quoniam caro eius in libidine non erat concepta, nec anima aliqua peccati impuritate infecta. Phi. Cur sepeliri voluit, & quare ad infernum descendit? T. Vtriusq; multæ sunt causæ, & vna q̄dē vtriq; generalis ē, Chrūs nāq; īdetrahibiles (vt Damascen⁹ disseruit) naturę hūanæ defect⁹ assumpsit, q̄ten⁹ eos patiēdo ad q̄s obligatus nō erat, nos à debitis naturę defectib⁹ liberaret. Præterea sepult⁹ ē vt suę merito sepulturæ n̄ra q̄n̄q; corpora de sepulchris ad īmortalē vitā educeret. Itē vt se vere mortuū ōnderet fuisse, & denuo vt sanctor̄ sepulturas sanctificaret, atq; vt scripturas p̄pheticas adimpleret. Et iterū vt p hoc resurrectio ei⁹ gloriosior veriorq; pateret. Quippe vt dixi nō vtiq; lapide reuoluto exijt de sepulchro, sicut & nat⁹ ē m̄ris ventre non reserato. Atuero ex sepultura eius euidentissimū resurrectionis eius argumentū accipimus. Isai. 11. 41 Iere. 28.

Cum enim crucifixissent eum Iudæi,& timerent ne
Matt. 27 furarentur discipuli eius corpus ipsius, ac dicerent
plebi resurrexit à mortuis, munierunt sepulchru si-
Iohã. 18. gnãtes illud,& milites ad custodiã deputãtes. Nos
ergo cum sciscitamur Iudæos vbi Christi corpus ꝑ
manserit, aiunt discipulos eius illud dormientibus
militibus abstulisse. Quo circa arguimus eis, si mili
tes dormierunt, vnde agnouerant quia furabantur
discipuli corpus domini? Si autẽ non dormierunt,
cur illud auferri tulerunt? Amplius aũt anima Chri
sti ad infernum descendit, vt electos & sanctos illic
vsq; ad resurrectionis horam cõsolaretur,& demũ
resurrectione completa inde educeret. P. Ego pu-
tabam infernum locum esse eorum qui in æternum
damnantur. T. In vsu loquẽtium cõmuniter ita ac
cipitur. Sed scito quod infernus accipitur quatuor
modis: Primo pro inferno inferiori, in quo repro-
bi sunt. Secundo pro purgatorio. Tertio pro lym-
bo puerorum. Quarto ꝓ lymbo sanctorũ patrũ ab
omni malo purgatorum,& ad hunc Christus descẽ
dit. P. Quantũ tempus fluxit inter mortem resurre
Iohã. 19. ctionemq; Christi? T. Circa horam nonã in die pa-
Marci. 15 rasceues seu sexta feria Iesus expirauit,& die tertia
Lucæ. 23 à morte surrexit. P. Cur nec citius surrexit, nec am-
plius distulit? T. Quatenus se vere mortuum fuisse
insinuaret,& resurrectiõis primitias in proprio cor
pore panderet. Si enim diutius distulisset, spem di-
scipulorum nimium periclitari permisisset. Sunt q̃-
q; aliæ causæ cur magis die tertia resurrexit, videli
cet vt supersanctæ trinitatis misterium cõmenda-
ret, suam

ret, suamq; resurrectionem ab ea efficienter esse ꝓ
baret, atq; vt se cœlestium, terrestrium & infernoꝝ
reparatorem existere declararet, se insuper redem
ptorem ostenderet, tam eorum qui erant ante le-
gem scriptam sub lege naturæ, quã eorum qui erãt
sub Mosi lege, itemq; eorũ qui post legem eius sunt
sub lege pietatis & gratiæ, quę est lex Christiana. P.
Cum de cõmune resurrectione superius specialem
tradideris articulum fidei, cur nũc de Christi resur-
rectione singularem inducis articulum? præsertim
cum, eius resurrectio minus videatur mirabilis, cũ
deus extiterit. T. Specialis est ratio difficultatis in re
surrectione Christi, videlicet quod propria resurre
xit virtute, habuit enim potestatem ponendi ani-
mam suam, ac denuo accipiendi eandem. Iterumq;
primogenitus ex mortuis, non secundum tempus,
quoniam ante eum surrexerunt, quorum non nul
los ipse adhuc viuens resuscitauit, sed secundum di
gnitatem & causam. Nam eius resurrectio nostræ
resurrectionis futuræ est causa atque exemplum,
quod etiam resurrexit corpore suo corruptionem
nullam vidente. P. Contra resurrectionem Christi
arguere nequeo, nam postquã mihi persuasum à te
est, quod ipse est deus & homo, magis mirarer si nõ
surrexisset quã quia surrexit. Deniq; plus miror q̃a
ẽ passus & mortuus, quam quia resuscitatus. T. Ve-
re effaris, & in hoc ipso spiritum beatissimi Augusti
ni sortiris: Hoc tamẽ agnosce, quod in corpore glo
rificato surrexit, neque post mortem aliquo mo-
do viator permansit. P. Hoc dictis concordat. Et q̃

niã de ipsa resurrectiõe & cõcernẽtib' eã in phabitis ꝓlixe disputauimus, nũc ad alia progredi poteris.

¶ De vndecimo fidei Christianę articulo. Ar. 16. T.

NOn te latet philosophe ꝙ secundũ Aristotelẽ tuũ motus circularis omniũ motuũ sit ꝑfectissimus, eo ꝙ finẽ principio copulet. In idẽ namq; punctũ fit reditus, à q̃ cepit ꝓgressus. Sic vnigenitus dei dñs noster Iesus Christus, qui in incarnatione seu conceptione sua de sinu patris descẽdit in vterũ virginis, non per diuinæ loci mutationẽ naturæ, sed per assumptionẽ carnis humanæ, quatenus descensionis suæ motus esset perfectus, post resurrectionẽ ascendit ad dexterã patris, vt ad eũ rediret à quo processit, atq; ad id terminaretur ascensio, à quo inchoabatur descensio. Vnde scriptũ est: A summo cœlo egressio eius, & occursus eius vsq; ad summũ eius. Ideoq; de hac Christi ascensione est vndecimus fidei sacræ articulus. P. Vsquequo ascẽdit? T. Super omnes cœlos volubiles vsq; ad ĩmobile cœlũ, ꝙ empyreũ dicitur, id est igneũ, non propter naturã ignis, sed ob excessum subtilitatis atq; splendoris, hoc eqdẽ cœlũ locus est beatorum, de q̃ philosophi nil ꝓrsus sciebãt neq; locuti sunt. P. Inexcogitabilis est, inter terrã & supremũ cœlũ distantia, nũquid ergo diu in motu ascẽdendi durauit? T. Si credis eũ deũ esse & hominẽ, nõne ea diuinitatis suæ virtute, q̃ solo imperio cœlos in momẽto plasmauit, eosdẽ in breuissimo qdẽ tẽpore transcendere penetrareq; potuit. P. Hoc satis apparet, sed nũc denuo penetrationẽ asseris dimẽsionũ, cũm verum

Lucæ. 1

Psalm. 18

Christi

Christi corpus integros penetrasse astruis cęlos. T.
Hoc ipsum de nostris quoq; speramus corporibus,
quo eis caput pcessit, membra vtiq; assequentur.
Denicq;, quomō diuina virtute dimensionū pene-
tratio fieri queat diligēter discussimus. P. Locus cor
respondere & pportionari debet locato. Cū ergo
corpus humanū mixtū itē q; compositū sit, nō cor-
respondet ei supcœlestis atq; simplicissimus seū sub
tilissimus locus, qualē esse fateris cęlū empyreū. T.
Sicut paradisus terrestris correspondebat homini-
bus ante peccatū propter perfectionē tranquillita-
tē q; animæ, & tamen supernaturaliter homini da-
tus est, quemadmodum & originalis iustitia, sic cœ
lum empyreum supernaturalis est feliciū locus, na-
turæ corporis non contrarius, sed summæ ipsum p
ficiens. Veruntamen cœlum empyreum corpori-
bus correspondet sanctorum, si considerentur in
ordine ad finem. Cum enim sit anima corporis fi-
nis, secundum exigentiam animæ corpus quoque
disponi, par est. Vnde cum post futuram resurre-
ctionem corpora qualitatibus animarum penitus
conformanda consistāt, sicut animæ deo fruentes
omnem prorsus naturalem dignitatem transcen-
dunt, sic & corpora glorificata propter redundan
tiam animarum in ipsa super omnem naturalium
corporum apicem, iustissima proportione locan-
tur. Philosophus. Cum natura sit principium mo-
tus & quietis eius in quo est, non videtur esse ali-
quod corpus immobile, ergo cœlum empyreum
volubile est, si est verum corpus. Theologus.

 Corporalia

Corporalia ad spiritualia referēda ordinandaq; eē agnoscis. Ideoq; sicut status beatorum in patria tranquillissimus, quietissimus, atq; tutissimus est, sic & locus eorum omnino quietus ac prorsus tranquillus. Proprie tamen loquendo, cœlum empyreum non est corpus naturale, prout philosophi de corpore naturali loquūtur, quoniam ad nullam naturalem actionem ordinatur, sed locus contemplationis diuinæ vocatur, nō quod spiritus beati aut ipsa contemplatio locum necessario exigat, quippe qui omnem locum & tempus atq; continuum supexcedunt, sed propter congruentiam deputatus felicibus locus. Præsertimq; propter corpora resumēda, vti ecclesia locus dicitur orationis, non secundū necessitatem, quia extra eam orare nil ꝓhibet, sed secundum congruentiam tantum. P. Erit ne localis in cœlo empyreo motus? T. Fulgebunt iusti &
Sapien. 3 tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Memi
Matth. 13 nisse debet subtilitas tui ingenij, quemadmodū du dum dicebam, inter corporum glorificatorum dotes, vnam fore agilitatem, qua ad nutum velocissime mouebuntur, & vtrum motus ille erit per diuisionem medij an per generationem dimēsionum, non est adeo certum, nec ad fidem respiciens. P. Cū pater æternus, incorporeus incircūscriptibilisq; cōsistat, quomodo ad dexterā eius sedere Christus cēsetur? T. Christus in vnitate personę, est duplicis (vt nunc audisti) naturæ. Itaq; secundum diuinā natu-
Iohā. 10 ram sedere perhibetur ad dexteram patris, id ē ad æqualitatem ipsius, non est enim patre minor, quoniam pa-

niam pater & filius vnum sunt. Secundum humanitatem vero ad dexteram patris sedet, id est in ꝓsperioribus potioribusq; bonis patris, imò totius trinitatis feliciter sedet. Solet nempe per dexteram ꝓsperitas, per sinistram quoq; aduersitas insinuari. P. Christus vt deus nullo modo sedet, cum deitas ꝓrsus immaterialis sit, illocalis, omnino carens situ, loco & tempore, ergo vt deus, nullatenus ad dexterã patris sedet, T. Quemadmodũ dextera patris non corporaliter, sed spiritualiter pro ęqlitate maiestatis paternæ suscipitur, sic sessio filij vt est deus non nisi materialiť æstimanda est. Dicitur equidem filius imò pater & spiritus sanctus, atq; tota simul trinitas supergloriosa sedere sicut scriptum est: Benedictus es domine, qui intueris abyssos, & sedes super cherubin. In quantum vniuersum mundum quieta tranquillaq; manens moderatur, disponit & regit. Principanti nanq; & iudici sessio conuenit. P. Quãdo ascendit Christus? T. Post resurrectionem quadragesimo die. P. Cur eatenus distulit & quid interius fecit & vbi manebat? T. Distulit vt interim se veraciter surrexisse efficacissime comprobaret, & hoc fecit quia se videndum palpandumq; præbuit, & omnem discipulorum suorũ ambiguitatẽ extinxit. Porrò credendum videtur, quod post apparitionẽ exhibitam in paradiso terrestri permansit, ad quẽ illos traduxit, quos in die resurrectiõs ab inferno redemit. P. Ascenderunt illi cum eo? T. Vtiq;, eo ẽm occiso, omne originalis culpæ debitum erat solutũ. P. Qui ascensionis huius testes fuerunt? T. Beatissimum

Daniel.

Lucæ

mum

mum illud collegiū centū vigintiq; hominū, qui ei adhuc viuenti ac prædicanti familiarius adhęserūt, illis cernentibus ferebatur in altū, & nubes suscepit eum ab oculis intuentium atq; mirantium. P. Qn ergo illi quos in paradisum traduxit ei adunabāt?
Actuū. 1 T. Poterat eos vel angelorū obsequio, vel solo imperio facere sibi in aere occurrere, vel certe ad paradisum, qui vtiq; in altissimo terræ situs est loco primum accedere, sicq; eos secum perducere. P. Cur ascensionem suam, omnibus sicut & illis non ostendit, potissime cum hoc ad fidei promulgationē amplius profuisset? T. Quæ à deo sunt, ordinata sunt: secreta aūt diuina reuelare popularibus, spiritualia pandere carnalibus, mystica, altissima, itemq; sanctissima aperire indoctis atq; impuris, ordinatū nō est, nec decens, neq; conueniens. Ideoq; non nisi testibus à deo præordinatis, à spiritu sancto instructis, fide aptatis, oratione, desiderio & contemplatione dignis effectis, tā sacratissima, tamq; miranda, deifica & ineffabilis Christi erat manifestanda ascēsio. P. Satis me de præsenti docuisti articulo, iam ergo si libet procede ad duodecimum fidei discutiendum articulum.

¶ De duodecimo fidei sanctę articulo, scilicet de finali iudicio. Articulus. XVII. Theologus.

DAta est Christo homini omnis potestas in cęlo & in terra. Data autem est ei ab ipso conceptionis suæ instanti, tunc ēm vnita est verbo eius humanitas, & per consequens subiecta est ei omnis creatura ac omnis potestas. Sed post resurrectionem
Matt. 28

rectionem data est ei secundũ manifestationem & exercitiũ seu dominationis executionem,& quoniam ipse est humanæ auctor salutis,ideo gubernatio hominum ad eum est pertinẽs. Gubernanti aũt & regi iudiciaria quoq; adest potestas,vt singulis secundum merita tribuat, cunctaq; ad ordinationẽ perducat & ad debitum finem. Propterea o philosophe,sancta confitetur ecclesia futurum esse in fine mundi vniuersale iudicium,quo Christus vniuersos homines iudicabit,& lata sententia ibunt iusti in vitam æternam,impij vero in ignem æternũ, & vere perpetuum,quemadmodũ superius tibi ꝓfessus sum, cũ de remuneratiõe disputationẽ habebã P. Articulꝰ iste ex ꝓinductis satis cõseqtur,verũ tñ dubia mihi plurima affert. Primo an iudiciũ conueñt Chrõ secũdũ naturã diuinã vł humanã. T. Secũ dũ vtrãq; sed diuersimode: Nempe ratione diuinæ nature conuenit ei sicut & patri ac spiritui sancto iudicium per modum autoritatis seu principaliter iudicantis. Secundum naturam autem humanam cõpetit ei iudiciũ q̃si instrumẽtaliter ac p modũ exequẽtis. Sicut em̃ ẽ Chrũs homim saluator,ita & iudex Saluare aũt vt ꝓhabitũ ẽ,aliter ei cõuenit ratione deitatis,aliẽ q; ratiõe hũanitatis. Nã vti vberiꝰ iã dixi, idõeitas ac efficatia saluãdi ex diuinitate est, satisfactio aũt & passio ex hũanitate verbo vnita. Sic & iudiciũ chri ex diuinitate habet efficatiã,ex humanitate aũt executionẽ. Deniq; hanc executionẽ iudicij Christus vitæ suæ sanctitate passionisq; merito sortitus est atq; promeruit. Vnde scriptum est: Matt. 25.

Potestatem

Potestatē dedit ei(haud dubium quin Christo deus pater imó trinitas tota)& iudicium facere, quia filius hominis est. Nam humiliatione illa qua ab homine iudicari non rennuit, ipse viuorum ac mortuorum iudex constitui meruit, sicut etiam resurrectionis ascensionisq; accelerationē sua passione promeruit, hæc enim omnia ad accidentale præmium pertinent, quod vtique Christus sibi obtinuit, quoniam nedum comprehensor, sed insuper viator extiterat. P, Quid est quod mundum finiendum esse fateris? Generatio enim & corruptio secundum omnes Peripateticos nūq̄ cessabit, sed neque secundū Platonicos. T, Sicut mūdū à parte ante ponebant æternū, sic quoq; generationē corruptionemq; opinati sunt esse perpetuas, sed in vtroq; decepti sunt. ¶ Porro rationes eorum nihil conuincunt, quemadmodum nuper innotuit dum de mundi creatione disputationem habuimus. P. Vniuersi decor, ordo atq; perfectio in speciebus rerum consistunt, species autem vniuersi sine generatiōe & corruptione perseuerare non valent, quēadmodum in omnibus generabilibus constat. Nunquā ergo generatio stabit, nec generabilium species interibunt. ¶ Præterea in ordine rerum diuina sapiētia potissime claret. Nunquam ergo species rerum in quibus mundi ordo consistit, peribunt. Prętereà si mundi species corrumpentur, vel omnia corporalia desinent, vel aliqua & aliqua nō. Si omnia tūc cœlum & elementa deficient, quę tamen secundum se tota incorruptibilia sunt. Si aliqua & nō omnia,

videtur

videtur quod potissime ea quæ sub hoīe sunt corrumpentur, sed horum plurima, vtpote anima ac mixta elemētis sunt nobiliora, & diuina in eis splēdidius innotescit prudentia, Potius ergo ista manebunt post finale iudiciū, quā elemēta & inanimata.

¶ Responsio theologi ad obiectiones philosophi, cōtra finē cōsummationē q̄ seculi. Arti. XVIII. T.

QVemadmodum iuxta inducta in tertio libro: Principium mundi ex sola creatoris voluntate depēdet, eo quod omnia liberrime, & non necessitate naturæ condiderit. Sic & cōsummatio mundi non nisi ex libertate voluntatis diuinæ proueniet. Enimuero intime contemplandum est, quod secundum ordinem vniuersi, inferiora ad superiora ordinantur, media vero fine adepto mox cessant. Itaq̄ quoniam corporalia ad intellectualia sicut media ad finem sunt ordinata, cōpleto substantiarum intellectualium ordine atq̄ numero rationabile est, corporalia secundum intellectualium exigentiam ordinari, Quia igitur secundum preostensa, diuinæ sapientiæ decētissimus ordo hoc exigit, vt intellectualium substantiarum multitudo infinita non sit, sed determinata ac certa, eo q̄ sapientis sit ordinare, ipsaq̄ sapientia summa in numero, mensura, & pondere, seu specie modo ac ordine cuncta statuerit. Propterea completo intellectualium substantiarum numero, id est, electorum, congruit omnia ista corporea quæ propt intellectualia facta sunt, secundum intellectualium qualitatem disponi, In ipso autem finali iudicio remuneratio

muneratio erit, quæ nũq̃ deficiet, & solus immortalis vitę status manebit. Ideoq; corporea q̃ ad incorruptibilem statũ ordinẽ nullũ habent, omnino cessabunt, vt sunt omnia mixta sub homine. Elemẽta aũt licet secundũ partẽ corruptibilia sint, non tamen secundũ se tota, ideoq; secundũ substantiã ꝑmanebunt, non aũt secundũ qualitatẽ quã nũc sortiuntur, neq; secundũ alterationes naturales ac mutuas, eo quod motus cœli q est primus motuũ conquiescet. ¶ Ad primã ergo tuã instantiã dico, q̃ ordo seu mũdi perfectio duplex est. Vna secundũ esse naturale & secundũ ipsas rerũ naturas absolute seu ſ seipsis acceptas, & hęc generabiliũ species exigit, ita vt à summo ente q est purus actus vsq; ad infimũ entiũ, q est potẽtia pura sit ordinatus specierum instar numerorũ connexarũ descensus. Alius est ordo seu pfectio mundi secundũ cõparationẽ inferiorũ ad superiora, seu secundũ delationẽ donorũ naturæ ad munera gratiæ. Vnde cũ dona gratiæ naturalia dona transcendant, ideo ad ea naturalis entiũ ordo refert. Post finale ergo iudiciũ, qm̃ solus remunerationũ status erit, q ad gratiã pertinet, ideo primus entiũ ordo cessabit, nec corruptibilia ꝑmanebunt, eo q ad immortalẽ consistentiã habitudinẽ nullã sortita sint. Nec tñ ꝓpter hoc decor mundi peribit, qm̃ corruptibiliũ species in suis causis vniuersalib9 sufficienter relucebũt, & corporalia q̃ mansura sunt ampliori venustabũtur ornatu ac lumine. Et ꝑ hoc q̃q; instãtia scd̃a soluit Diuina em̃ sapiẽtia post finale iudiciũ multo imò incõparabiliter amplius resplẽ

dent

det in entibus glorificatis, imutatis & adornatis, q̃ nūc in naturalib⁹ rerū ordinibus. Nā in ordine generabiliū tūc etiā elucescet scdm q̄ in verbo oīa Idealiter patēt, ipsaq; corruptibilia scdm intelligibile eē in beatis intellectibus pseuerabunt, & sic diuina in eis sapiētia satis clarebit. ¶ Ad tertiā aūt rñdeo q̄ licet aīata & mixta sub homine sint elemētis pfectiora scdm gradū pfectionis specifice, nō tñ scdm participationē incorruptibilis esse, seu ppetuę pmanētiæ. Ideoq; non ipsa, sed elementa sine fine durabunt.

¶ De duplici iudicio, & q̃mō oēs in die nouissimo iudicandi dicantur, cum tñ quidā ante salui atq; felices facti sint. Articulus .XIX. Philosophus.

INtellexi ni fallor superius à te quod animę à corporibus separatę, mox remunerationē susceperunt, quod sine iudicio fieri nequit, ergo ante diem extremū singuli iudicantur, quid ergo necessariū est iudiciū aliud? T. Sicut esse atq; subsistere proprie conuenit homini tanquā perfecto supposito, animæ vero rationali sicut causę formali atq; principio totū nanque esse fluit ab anima, sic mereri ac demereri homini proprie conuenit, animæ aūt sicut primæ fontalique causæ, quoniam ipsa per rationem corporis rectrix est, & totius vitæ radix intrinsecūque principiū, sic remuneratio pfecta & cōsummata est totius hoīs, & hæc erit animabus corporibus reassociatis, q̄ añ cōmunē resurrectiōem nō cōtinget. Remuneratio deniq; psuppōit iudiciū. Ideo finale cōsummatū ac pfectū iudiciū, añ nouissimū diē exhiberi nō pt. hoc ē ergo vniuersale iudiciū

¶ Porro

hilominus est principalis boni maliq; causa, & quã uis sit corporis forma, non tamen sic sicut & cæteræ irrationales animæ, naturalesq; formæ. Non enim est intellectiua anima, forma materiæ immensa, vt secundum omnes suas potentias corpori coniuncta, eo quod secundum meliores philosophos, intellectus sit immaterialis, immixtus & inorganicus. Et sicut Anaxagoras dixit, nulli quod habẽs commune. ¶ Deniq; tres animæ potẽtię in quibus summæ trinitatis imago resultat, intellectus videlicet, memoria & voluntas, in corporeę & inorganicæ atq; perpetuæ sunt. Propterea anima separata añ corporis resumptionem, mercedem adipiscitur tormẽti vel gaudij, quia adhuc in corpore degens, per rationem & voluntatem, omnium actuum suorũ domina fuit, ipsiq; sensualitati & corpori dominari p̃esseq; debuit: hoc aũt cæteris formis non congruit, quippe quæ nec subsistentiam nec operationẽ separatam & liberam habẽt. P. Conuenienter & philosophice respondes, sed nũc instrue me. Cum aliqui æternaliter condemnentur, quidam aũt beatificẽtur, nunquid & hij adhuc iudicabuntur quorum vtriq; salus atq; damnatio certe sunt? T. In iudicio tria cõcurrunt. Iudicandorum præsentatio, meritorũ discussio, sententiæ quoq; prolatio seu digna præmiatio. Omnes ergo homines qui vnquã fuerũt, erũt, vel sunt, iudici Christo præsentabuntur. Omnes præterea iudicio retributionis ad quã sententiæ ꝓlatio pertinet, iudicabuntur, sed iudicio discussiõis illi duntaxat sunt iudicandi, quorum bona aliqui-

bus sunt malis permixta, quoniã fides omnis boni principium est, ideo infideles tãquã omnis boni expertes sine discussione peribunt. Mali autem fideles cum discussione damnandi sunt. Boni vero q venialibus culpis erant obnoxij, cum discussione saluabuntur. ¶Porró viri pfecti & vere pauperes Christi non modo iudicabuntur, sed iudicabunt cum iudice tanquã ei familiariores & assedentes. Omnino damnati discussione nõ egent, sicut nec saluati, sed tamen iudicabuntur, sic quod omnia mala ipsorum vniuersis patebunt, & in anima atque in corpore pœnam damnationis recipient. Nam & meritorum discussio ob id non erit vt iudex certificetur, sed vt iudiciũ eius iustum esse omnibus innotescat, quoniam singulorum bona & mala singulis elucescent.

¶Interrogatio philosophi de loco & tẽpore ac diuturnitate iudicij. Articulus .XX. Philosophus.

QVando o theologe horribile istud iudicium fiet? T. De die illa & hora, nemo scit, neque angeli in cælo, nec quisq̃ in terra. P. Cur hoc? T. Quoniã hoc iudiciũ in fine seculi erit, finis aũt mundi cum ex naturali causa nõ pendeat, sed ex sola dei voluntate, ideo sciri nõ potest, nisi p reuelationẽ, quẽadmodum etiã initiũ mundi sola reuelatiõe innotuit. Nulli porro deus finẽ mũdi reuelare dignatus est, vt hoĩes essent semp suspecti & pauidi. P. Cur nec angelis reuelauit? T. Propter cõgruentiam, vtpote ad insinuandum quã liberrime atque imperialiter sit deus benedictus & vnus, vniuersorum origo, causa & finis. P. Præcedent ne aliq̃

ex quorum præsentia elici poterit instare dies tam horridus? T. Imo vec Antichristi aduentus, Heliæ quoque & Enoch & alia quædam. P. Quid per hoc velis non capio. T. De Antichristo, Helia, & Enoch multa tibi dicturus sum, sed hæc in fine disputationis præsentis introducere cogito. P. Nunc ergo de loco iudicij respondere digneris. T. In valle Iosaphat, qui est locus prope Hierusalem vbi crucifixus est Christus, & prope montē Oliueti, vnde Christus ascendit futurum creditur, quatenus Christus in eo loco iudicet, vbi pro nobis iudicari non spreuit. P. Tanta ibi multitudo hominum cōueniet, vt nec in tota terra promissionis seu regno Iudeæ stare poterunt, quomō ergo in tā angusto loco iudicium fiet? T. Tantā illic esse hominū multitudinē colligēdam, etiam sanctus Thomas esse verisimile ait. ¶ Denique an locus ille corporaliter intelligi debeat, an secundum interpretationē duntaxat, beatus Hieronimus sub dubio videtur relinquere. Iosaphat nempe interpretatur iudicium. Veruntamen quamuis corporaliter intelligatur, quod vtique potius æstimandū est, non oportet vt omnes homines in hac valle contineantur atque locantur, sed in ea & in circūiacentibus locis. Denique diuina virtute multi in modico loco possunt locari, Christus vero in aere apparebit in loco excelso vt ab omnibus conspici queat, & cum eo sanctorum milia, hoc est, omnes angeli sancti, hoīesque electi, & ad manifestādū iudicis maiestatē, angeli sancti visibiliter in formis assumptis apparebūt, q̄ de dæmonibus etiā puto.

p̄ ijs descēdet, quod vero puritatis & lucis sursum ascendet. ¶ Deniq̧, electis iudex dulcissime dicet. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Qui mox cũ Christo & angelis eius gloriosissima ac velocissima ascensione omnium alta polorum transcendant, ĩpijsq̧ ad miseriæ cumulũ conspectãtibus, cũ immẽsa iubilatione ad vranici templi, ad empyrei orbis, ad summi palatia cœli æternaliter regnaturi volabunt. P. Magna discretione discernit deus inter bonos & malos, estq̧ iudicium istud valde horrendũ, nec vnquã à fideli memoria obliuiscendum, sed dic oro erit ne aliqua claritas in inferno? T. Quicquid ad miseriæ plenitudinem, & infelicitatis augmentũ confert, in inferis erit. Quoniam ergo sicut mutuus infelicium intuitus maxima est tristitiæ, pœnæq̧ causa, sicut mutuus beatorum aspectus magna est gaudiorum materia: Propterea tantũ claritatis tenebrosæ atq̧ fumosæ in inferis erit, vt se mutuo ad augendum horrorem conspicere queãt, ad solatiũ aũt nulla ibi claritas erit. P. Vnum mihi oritur dubium, quid scilicet de his teneri oporteat, q ante tẽpus discretionis decedunt. Ibidem.

¶ Responsio theologi de statu quẽ post finale iudĩcium habituri sunt añ annos adultos decedentes, & gratia carentes: Articulus. XXI. Theologus.

FIrmissime tene philosophe quod pœnã sensus nullus post hanc sustinet vitam, nisi pro proprio actuali peccato. Deniq̧ nec pœnam inferni, nisi ꝑ culpa mortali, queãdmodũ ex præ-

inductis te intellexisse opinor. Quicunque ergo an te ea tempora qubus inter bonum malumq; discernere queunt decedunt, nisi Christo aliquo modo incorporentur, æterna beatitudine destituuntur, nec tamen pœnas patiuntur sensibiles, neque in inferno locandi sunt. P. Quid est Christo incorporari? T Ei per fidem & gratiam aliquatenus copulari. P. Nullus ergo ab exordio seculi saluatus est nisi per fidem & gratiam Christi? Quid ergo de pueris asseris, qui ante Christi aduentum defuncti sunt, qui vtique fidem (vt videtur) habere non poterant. T. Veraciter cõclusisti: Nam ex puris naturalibus nemo potest saluari, sed gratia requiritur & fides vel ꝓpria vel aliena. ¶ Denique nunquã deo pijssime disponente defuit homini salutis remedium: Pueri nãque ante legem Mosaicam fide saluabantur parentum, sub lege autem Moysi, per circũcisionem, sub lege Christi per baptismum. Qui vero fide parentum vel circũcisione vel baptismo Christo vniti nõ sunt, propter originale peccatũ à vera felicitate exclusi sunt, quia (vt tibi testatus sum) licet Christus suæ merito mortis totum humanum genus redemerit secundum sufficientiam, non tamen secundũ efficiẽtiã, nisi videlicet meritum eius aliqualiter applicetur, communicaturque nobis. Hæc autem applicatio nunc fit in sacro baptismate, sine quo nemini salus est qui illud vel neglexerit vel spreuit. ¶ Insuper, vt fides & meritum Christi nunc proficit nobis exhibitum, sic proficiebat illis exhibendũ. Ph. Breuiter igitur dic quę erit vita eorum qui nec

merito

merito Christi saluandi sunt, nec propria culpa tor quendi. T. In omni opere dei diuina sapientia ordi nate resplendet. In ordine autem sunt principium, medium & finis. Inter statum vero beatitudinis at que miseriç medius est status naturæ, & sic in eis pa tebit qui nec in cœlo, neque in inferno ponentur. Ideoque naturalem felicitatem habebunt, natura lemque eorum quæ naturaliter cognoscibilia sunt a gnitionem, naturalem quoque dei amorem, & ex his emanentem naturalem delectationem. P. Vbi manebunt? The. Superius tibi de lymbo puerorum locutus sum, in quo mansuri creduntur Phi. Non ne vehementer dolebunt de amissione felicitatis æ ternæ iucunditatisque tantæ? The. Dixisse me me mini quod sicut originalis iustitia supnaturale ex titit donum ad supernaturalem beatitudinem pro mouens, sic eius ablatio quæ est originalis culpa na turalem perfectionem non adimit, nec sensibilem pœnam inducit, Ideo de amissione vitæ æternæ cę lestis non dolebunt, nec aliquam corporalem, sen sibilemue afflictionem habebunt, sed naturalibus dei bonitatibus perfruetur. Philosophus. Scient ne se æterna felicitate priuatos? Theologus. Scient vti que. Philos. Quomodo igitur de tanti boni perdi tione non dolebunt? Theologus. Nullus sapiens tristatur si illo careat ad cuius adeptionem, nec pro portionem nec habitudinem habet, quemadmo dum non dolet homo quia volare non valet, nec tristatur ignobilis rusticus quod nõ imperator eligitur.

Pueri ergo hi quia proportionem nullam ad æternam conquirendam beatitudinem adepti sunt, quoniam nec ipsi meruerunt, nec meritum Christi eis applicatũ est, ideo nequaquã dolebũt. P. Certe ideo dolere merito poterunt quod eis applicatum non est sicut & cæteris, qui eiusdem cum eis ætatis conditionisq; erant. T. Quia applicatio ista naturale donum non est, ideo de eius carentia non tristantur, sicut nec pueri baptizati dolent de hoc quod tãta nõ sunt diuina sortiti charismata, quemadmodũ multi electi adulti. Præterea sapiens non dolet de hoc quod per suam potentiam præcauere non potest. Ideoq; vt ait Seneca, In sapientem non cadit inordinata tristitia. Non autem extitit in horum potẽtia puerorum pœnam damni euadere, & ergo de ea tristari non debent. Et quidem hæc est responsio sancti Thomæ super secundum Sententiarum, cui in hoc concordo quod nullam sensibilem pœnam habebunt, non tamen existimo, quod ea sine speciali diuinæ dispensationis miraculo carebunt, quoniã cognoscent se summa gloria esse priuatos, quam per alios faciliter poterant obtinere, quã illi quoque sortiti sunt, qui ab eis nec in natura, nec in ætate, nec in naturalibus differunt. Enimuero quod asseritur non habuisse eos proportionem ad beatitudinem summam, non videtur sic esse: tum quia tota intellectualis natura veræ beatitudinis capax ẽ, & ob hoc eo ipso quo rationalem animã ad summæ vtiq; trinitatis imaginem conditam habent, cœlestis felicitatis capaces sunt, atq; ad eam proporti onẽ

onem hanc habent. Si vero ideo ad eam improportionati dicantur quia virtutes theologicas in baptismo adepti non sunt, tunc omnes pagani dānati, improportionati ad æternam gloriam forēt. Si autem dicatur, quód non sit simile, quoniam adulti poterant virtutes istas acquirere, vtpote si fecissent quod in se est, hoc quoq; non videtur sufficere, nam & isti poterant eas acquirere, licet non per se, imo frequenter ex aliorum negligentia prouenit q; sine baptismo decedunt, & sic de amissione regni cœlestis dolere possent, sicut & filius regis de paterni regni priuatione doleret, si aliorum negligentia priuaretur eodem, q̄uis illud per se adipisci non valeat. ¶Præterea cum Christus sit totius generis humani redemptor, omnis homo merito Christi, proportionatus est ad veram salutem. Et si paruuli improportionati ferantur ad gloriam, quia non erant in gratia, non tamen improportionati erant ad gratiam, & ergo non est simile de eis in ordine ad beatitudinem & rustico ad imperiale dominiū. Insuper quod dicitur, Sapientem non debere de eo tristari quod præcauere nequiuit. verum est hoc si bene intelligatur, quia Seneca ait hoc. Sed si bene intelligatur non suffragabatur positioni inductæ. De eo quippe quod nullo modo euadere possumus neque per nos neq; per amicos & proximos, tristari non debemus tristitia inordinata, moderata tamen tristitia tristari licite possumus, etiam de eo quod nullo modo præcauere valemus, quē admodū S. Augustinus super verba Apostoli, qbus aits

ait: Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt nō contristemini sicut & cæteri qui spem nō habēt, testatur. Non possumus inquiens non tristari defunctis qbuslibet charissimis nostris, sed tristari nō debemus quasi omnino perdamus eos qui nos præcedunt, sic ēm infideles tristantur, & tamen palā est ꝙ taliū mortē nullo modo impedire valemus. At uero balbutientes, ceci & muti de naturalibus suis effectibus rationabiliter dolent, inquantū sunt imperfectiones naturæ, quos tamen nequaquā possunt euadere, sed virtutis rationisq; est hanc ordinare tristiciā, eo quod aliter esse non quæat. Conformiter de pueris non baptizatis videtur, quod dolēt non dolore corporali, sed interiori tristitia de felicitate amissa, inquantū eius erant capaces; & ea carere naturæ imperfectio exiat, ꝓut originaliter instituta ordinataq; fuerat. Sed quod non dolent diuinæ moderamine pietatis contingit, & in hoc ipso misericordia dei in ipsis relucet, quæ etiā in inferno apparet, quoniā & ipsi citra condignū torquentur. P. Disputabilis videt mihi materia ista. Sed qd est quod catholici sanctiq; viri sibijnuicē contradicunt. T. Ad hoc tibi si recordaris dudū respondi. In his nanq; q̄ ad fidē non pertinent, & in quibus fide salua opinari nil prohibet, sibijnuicem contradicūt vicissim, reuerenter tamen & pie atq; humiliter. P. Quid facient isti qui nec in cœlo nec in inferis erūt? T. In perfecta quantitate resurgent. Deniq; certum est quod nō generabunt, nec manducabunt, nec bibent

bent,sed contemplatio naturalis erit vita eorũ. P. Locus in quo erunt tenebrosus erit an lucidus? Th. Dicunt aliqui quod in loco tenebroso erunt intus propter absentiam gratiæ,foris quoque propter solaris claritatis carentiam. Sed beato Thomæ consentio, quod nulla naturali bonitate vel perfectione carebunt. Phil. Quæ erit sententia iudicis de eis? Theol. Quia nec peccauerunt nec bene egerunt non proprie iudicantur,nisi ideo iudicari dicantur, quoniam naturalem beatitudinem sortiuntur. Ph. Eleganter respondes. Sed vnum diligentissime sciscitor à te, quid nam est illa parua placenta quam tonsurati Christianorum presbyteri tam solenniter eleuant,cæterique adorant? Theologus. Tuipse ignoras quam conuenienter quesisti. Philosoph. Quomodo. Theol. Quoniam de ipso quem Christianorum presbyteri eleuant, & circunstantes adorant, diuinissimus Dauid prophetarum eximius in Psalmo vaticinatus est: Erit, inquiens, firmamẽtum in terra in summis montium. Vbi hæbraica veritas habet: Erit placenta tritici in terra in capite montium. Translatio quoque Caldaica habet: Erit oblatio frumenti in terra. Philosoph. De quo dicta sunt hæc? Theologus. De eo vtique de quo Psalmus iste in exordio loquitur: Deus iudicium tuũ regi da. ¶P. Quis est rex hic? Theologus. Secundum expositores veteres Hæbreorum, omnesque doctores Christianos, Psalmus iste de rege Messia qui est Christus dñs vnigenitus dei patris accipitur.

Ideo

Ideoq; notū sit tibi philosophe, quod placenta hæc est corpus domini nostri Iesu Christi, q sub formis panis triticei veraciter continetur, adoratur & sumitur. P. O quid asseris modo? quid audio nunc? illudis forsitan mihi & iocando ac mystice intelligendo ista ni fallor profaris, vel forsan admiratiōe obruere quæris ingenium meum, & fidem quā suscepi tentare, aut certe extinguere. T. Secundum Aristotelem addiscentem oportet credere. Verum nō omia q̃ dixi vera sunt, & literaliter accipienda. ¶ Porrò occupatio nostri negotij iocosa nō est neq; ridēda. Qd autē istis auditis miraris nō reprobo, sed q dā admiratione deijciuntur, vt nō credēdo nil amplius quærāt nec audiant. Aliq vero ꝓuocantur vt subtiliu' ꝑscrutētur & discāt. P. Sic esse agnosco. Nūc igitur benefac, & palā edissere qd de p̄senti materia catholica tenendū sit fide. T. Nō tantū credēda sunt eā, quæ in duodecim articulis fidei manifeste promuntur, sed ea demum quę ex illis sequūtur, atq; omnia insuper quæ in autentica continentur scriptura. Illa vero quæ per Romanam ecclesiā determinata approbataq; sunt. Itaq; cum disputatio nostra de ipsorum fidei articuloꝝ veritate finita nunc sit, expedit iam de quibusdam pręcipuis punctis ad fidem spectantibus eloqui, inter quæ quæstio tua de illa parua placenta, potissima difficillimaq; consistit. Vnde de ea diligenter tractare oportet, quod vt lucidius fiat, à recenti videtur inchoandum exordio. P. Gratanter hæc audio, sicq; vt decreuisti, fieri cupio. ¶ Explicit liber Quartus.

¶ Incipit

¶INCIPIT LIBER QVINTVS, de quibusdam præcipuis punctis fidei connexis, & primo de Eucharistia, de angelis quoq; & de prædestinatione. ¶Primo proœmiū huius libri. The. Liber

Iohan



VNIGENITVS DEI DOMInus noster Iesus Christus, Caro, inquit, mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. P, Quid est hoc? quis enim audeat dominū suum manducare?. T, Noli effici sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Nonne ipsa superessentialis diuinitas angelorum omniumq; beatorū est cibus? Sicut ergo diuinitas Christi cibus est cōprehensorum, sic caro eius cibus est viatorū. Illa triūphantes alit & satiat atque felicitat: ista militantes confortat, sustentat, & ad beatitudinem verā perducit. P, Nunc clare conijcio quia caro Christi non nisi spiritualis est cibus, nec in hostia seu illa placēta nisi repræsentatiue spiritualiterq; esse censetur. T, Aliter est: Vere enim substantialiterq; in ea continetur. Dicitur tamen caro Christi cibus spiritualis ob duplicem causam. Primo quoniam alit non carnem sed mentem. Secundo quia non accipitur, nec masticatur, nec dentibus teritur, neque resoluitur quemadmodum alij cibi: sed cum manducatur non mutatur in edentem, imo si digne edatur, manducans in ipsum mutatur, Christo incorporatur, gratia venustatur, & vere spiritualis efficitur. Cōstat igitur quia caro christi corporalis cibus est

Psal.

secundū

secundũ substantiã, quoniã est verũ corpus, sed est spiritualis cibus ratiõe effectus, & propter modũ sumendi. P. Patẽter precor declara quid fides christiana de cibo hoc teneat, quatenus hoc audito sciam quid quærã atq; opponã. ¶Explicit pœmiũ. ¶Quid de diuinissima Eucharistia doceat fides catholica. ¶Articulus Primus. Theologus.



N superioribus patuit, quẽadmodũ ad salutẽ nostrã necessariũ sit meritũ passiõis Christi aliquo modo applicari hominibus. In passiõe nẽpe Christi est quasi q̃dã vniuersalis virtus, cõmuneq; meritũ cõtra oẽs malicias tã culpabiles q̃ sunt tres, vc; culpa originalis venialis atq; mortalis, q̃ pœnales, q̃ quatuor sunt, vtpote ignorãtia, malicia, infirmitas & concupiscẽtia. ¶Porro vniuersalẽ virtutẽ determinari oportet ad particulares effectus, p apta, pporcionataq; media. Hæc ergo p q̃ cõtra varios languores virt⁹ passiõis dñicæ applicat̃ hõibus, sacramẽta vocãtur, q̃ sunt velut q̃dã medicinalia vasa diuinę gratię, cõtentiua & causatiua, virtutis suæ efficatiã à plenitudine meriti Christi adepta. Deniq; cũ cognitio nostra à sensu originẽ ducat, nec aliter capaces simus diuini radij, nisi p velamẽ sensibiliũ rerũ, ideo p res q̃sdã sensibiles ac materiales applicatur nobis virtus meriti Christi, sic tamẽ vt res illę cõueniẽtiã habeant cũ effectu, q p ipsas inducitur. Vñ sacramentũ dicit̃ inuisibilis gratiæ visibile causaleq; signũ. P. Miror q̃ in irrationabilibus inanimatisq; rebus, intellectualis

tellectualis creatura seu homo gratiā atq; salutē q̄rere cogitur. T, Præter rationē nūc tactā etiā iusto dei iudicio hoc cōtingit, qtenus scilicet homo q soli deo subdit⁹ esse debuerat nec volebat, sed p p̄ua uaricationē corporalibus se rebus subiecit, in tātū humilietur, ꝙ in infimis sibi entib⁹ grē sibi opē requirat. P, Quot sunt sacramēta: T, Septē, cōtra septē morbos expssos. Est nāq; baptismi medicamentū cōtra peccatū originale. Pœnitētia cōtra mortale. Extrema vnctio cōtra veniale. Ordo cōtra ignorantiā. Eucharistia (vel vt verbis tuis vtar, placēta illa paruula) cōtra maliciā. Confirmatio cōtra infirmitatē. Matrimoniū cōtra cōcupiscentiā de qb⁹ non est modo dicendū per singula. Hoc tamen te scire desidero, ꝙ baptismus est sacramentū necessitatis, aliorumq; sacramentorū ianua. Pœnitentia vero est secunda post naufragiū tabula. Sine baptismo ergo non potes saluari, quoniam est spiritualis regeneratio, in quo in Christo renascimur, atque ab originalis culpæ debito liberamur, imó omnium peccatorum quæcunq; in nobis inueniri contigerit, remissionem gratiam quoque sortimur, & filij dei efficimur. Phi, Nunc de Eucharistia tracta. Theologus, Inter sacramenta prædicta ordo est, & dignissimum est Eucharistia. Cum ergo alia sacramenta Christum virtualiter & per participationem contineant, necesse est, vt sit vnum Christum essentialiter continens. In omni siquidem multitudine, in qua sunt plura per participationem, est vnum per essentiam.

In nume

In numero itaque sacramentorum, id quod substantialiter Christum continet, & per essentiam nō p participationem sanat, itē'q sanctificat, est eucharistia quæ etiam viaticum, hostia, oblatio, & sacrificium, synaxis seu communio appellatur. P. De institutione atque origine hui' sacramēti plenius instrue me. T. Præpara te ad contemplandum, admirandū q tibi proponam spectaculum. P. Prorsus paratum me noueris. T. In nouissima cœna diem passionis proxime præeunte, cœnantibus cum Christo discipulis suis, accepit panem, gratias deo agens, benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait: Accipite & manducate, Hoc est corpus meum, hoc facite in mei memoriam. ¶Sciens igitur Iesus proximū iam esse diē passionis suæ, volēsq; omnibus suis pignus sui amoris & mortis suæ acerbissimæ æternū memoriale relinquere, his verbis, hoc est corpus meū, panem triticeum azimum quo tunc vescebātur cōuertit in corpus suum, & ferebatur manibus suis, dans se manducandum discipulis suis sub similitudine panis, & vt credimus manducans seipsum seu proprium corpus consecratum. Si ergo fides catholica quod ad prolationem horum verborum à sacerdotibus, quibus solis creditum est tantū misterium, tantaq; concessa potestas, conuertatur substantia panis in verum corpus Christi, illud vtique quod sumpsit ex virgine, quod suspendit in cruce, quod sedet ad dexteram maiestatis paternæ. Similiter virtute verborum Christi vinum in sanguinem Christi cōuertitur. Corpus ergo Christi est in altaris ho

ctia, taleac tantum, tam gloriosum & magnum, q̃ se & quantum est nunc sedens in throno gloriæ in regno lætitiæ. ¶ Denique in pluribus locis & hostijs vnum est corpus. Accidentia quoque sine subiecto cōsistūt, nec incipit corpus Christi esse in altari p motum localem vel à cœlo descensum, sed per conuersionem panis in ipsum. Idemque de sanguine eius ritetenetur. ¶ Porro cum conuersio panis directe respiciat Christi corpus, tanquā conuersiōis transubstantiationisque terminum, vini autē conuersio, sanguinem eius, ideo directe per se atque ex vi conuersionis & sacramenti sub hostiæ formis seu specie panis, solum Christi corpus consistit. Conformiter q̃ que sanguis duntaxat sub specie vini continetur. Veruntamen cum nūc realiter separata non sint caro Christi sanguisque eius, anima quoque personaque verbi, ideo per concomitantiam naturalem, sub specie panis, continentur sanguis & anima ac diuinitas ipsa, id est, perfectus & integer Christus. Et pariformiter sub specie vini est caro & anima, ac verbi persona. Elucescit ergo quod hostiam sacram adorātes, idololatriam non cōmittimus, quemadmodū excæcati nobis Iudæi falsè imponunt. Non enī exhibemus latriæ cultum puræ creaturę, nec adoramus corpus vel sanguinem Christi seorsum, sed sub vtraque specie verum & integrum Christum deū omnipotentem, hominemque perfectum. Hæc est ô philosophe fides catholica, quā nisi quisque firmiter immobiliterque seruauerit, absque dubio in æternum peribit.

¶Admiratio philosophi de benedicta atq; sanctissima hostia altaris. Articulus .II. Philosophus.

STupor tabefecit animam meã & opprimit me admiratiõis magnitudo in his quæ dicta sunt mihi. Deniq; ad mentem reuersus non miror dixisse Auerroim: Mundum circuiui, variasq; leges conspexi, sed tam stultã non repperi, vt est lex Christianorũ, quoniam deum quem colũt dentibus deuorant. T. Nec ego miror hoc dixisse hominẽ suo ingenio innitentem, humanæ sapientiæ spiritu tumidum, & non tantum legem nouã, sed veterẽ insuper blasphemantem. ¶Deniq; & quidã ex discipulis Christi adhuc in mundo secum cõuersantes, isto audito sermone, abierunt retrorsum, dicentes: durus est hic sermo, quis potest eum audire? & iã amplius non sequebantur Christum. Vide ergo ne eos sequaris, ne simul cum eis damneris. Nos eqdẽ cum principe apostolorũ certissime scimus quoniã verba vitæ æternæ habet, qui ista dixit. Vnde non hæsitamus diffidentia, sed firmissime nouimus, q̃niam quæcunq; dixit facere potest. P. Quid ergo faciam? Admiratio enĩ & incomprehensibilitas præsentis materiæ me penitus concutit. T. Aude cõsiliũ. Admiratio oritur viso effectu, ignorata tamẽ causa, vt q videt eclypsim vel solis vel lunæ, si causam non nouit vehementer miratur, cognita autẽ causa admiratio mitigatur, sic nũc si admirationis tuæ impetum moderari desideras, sic obiectum tibi spectaculum ac præsentem sacramenti contemplare effectum, vt causam mox profunde intendas, intu-

earis.

caris, agnoscas. Miratus es hominem Christum, proprium corpus consecrantem, proprijs manibus illud discipulis porrigentem, sed rite considera quis, & qualis est qui ista efficit, & in cuius potestate eadem ineffabiliter efficiuntur. Ipse nempe est verbum dei patris æternum, verbum incarnatum, verbum per quod facta sunt omnia in cœlo & in terra. Denique hoc verbum visibilia & inuisibilia immensa virtute creauit, & omnia potestatis suæ imperio portat, sapientia sua gubernat, influentia sua conseruat. Si hanc causam, huiusque causæ virtutem sagaciter speculeris, admiratio tua (ni fallor) releuamen concipiet. Phil. Necdum verba plene finieras, & ecce mitigationem admirationis interius sensi. Veraciter enim ita est, & naturalis ratio id dictat, quoniam quo potestas est maior, eo difficiliora mirabilioraque efficit. Cunque diuina potentia penitus infinita existat, mirum non est, quin eius effectus & opera omnem rationem, omnemq; comprehensibilitatem omnino transcendant: Veruntamen cum quiescere velim, non me sinit naturalis quiescere ratio, & manifesta cõtra præsentem materiam argumenta. The. Quicquid te mouet palam propone. Cum enim ante testatus sim, nõ posse fidem naturalis rationis superari industria: hoc mihi incumbit vt rationes tuas dissoluã, fideiq; veritatem defendam. P. In omnibus satisfacis mihi & plenissime præbes, lætanter itaq; agam quod dicis.

¶ Obiectiones philosophi contra eucharistiæ fidẽ.
Articulus. III. Philosophus.

¶ Obiectiones philosophi contra Eucharistię fidē.
Articulus. :III. Philosophus.

CVm conuersio sit quædam mutatio, necessa rio terminatur ad aliquid. Id aūt ad q̃ terminatur mutatio, per ipsam mutationem in esse constituitur. Nam terminus mutationis per ipsam mutationem tanquā per viam esse acquirit, nihil ergo conuerti potest in corpus præexistens. Neq; igitur panis substantia, in corpus Christi conuertitur. Præterea nihil distat à se ipso loco vel tempore, si aūt Christus est simul in cœlo, & hostia, distaret localiter à seipso, temporaliter quoq; quoniam in cœlo permanet semper, non aūt in hostia. ¶ Amplius contradictionem implicat idē corpus simul moueri atq; quiescere, sed si idem Christi corpus est simul in cœlo & in altari ac pixide, vno tēpore erit in quete & motu. ¶ At uero cōmēsurari oportet loco locatū, loc⁹ vero & locatū vt Aristot. ꝓbat, ęqualia sunt. Nō ergo potest integrū Christi corpus sub tā modicis formis cum dimensione perfecta locari & esse. ¶ Adhuc vbi causatur ex loco & ex diuersitate locorum oriuntur diuersa, tam secundum Aristotelem gentilem philosophum, quā Gilbertum Porretanum episcopum, philosophū christianum, diuersitas aūt vbi arguit (vt Boetius tuus testatur) diuersitatem locorum. Si ergo Christi corpus est simul in diuersis locis, erunt diuersa corpora, sicut diuersa sunt loca & vbi ¶ Præterea sensus non fallitur circa sensibile proprium, sed sensus iudicat in altari esse panem & vinum, non carnem & sanguinem. Imo cum

Gilbertus Porrhetanus lib. 1. Principiorum.

Boethius

cum accidentia & actiones ducant in cognitionem substātiæ, cum in pane & vino consecratis perseuerent accidentia, & operatiōes panis & vini, post cōsecrationem vti & ante, sequitur eandem quoq; remanere substantiam. ¶ Præterea cū Christus sit veritas, non quærit errorem inducere, sed mutare & transsubstantiare substantiam, perseuerantibus nihilominus eisdem accidentibus & operationibus; est maximam errandi atq; fallendi occasionem asserere. Cum ergo secūdum te in hostia altaris sic fiat, non videtur hoc opus esse à deo. ¶ Deniq; si eedem operatiōes maneāt ante cōsecrationē & post, consequens fit, quod panis consecratus & vinum si in magna quantitate sumantur nutrire inebriareq; possint. Hæc aūt accidentibus formis non conueniunt, quia ex eisdem nutrimur & simus. Aut ergo Christi caro carnem alit, sanguisq; corpus inebriat, & per consequens resolueretur. Vtrunq; aut certe sub speciebus panis & vini non est tantum mō Christi corpus & sanguis, sed alia quædam substantia cibans & potans ac resolutionem naturalem recipiens. ¶ Insuper cum accidentis esse sit inesse, tam impossibile est accidens sine subiecto esse, q̄ impossibile est ipsum non existendo existere. ¶ Adhuc subiectum est de ratione accidentis vt Aristoteles probat. Eedem enim sunt principia essendi atq; diffiniendi. Sed nihil esse potest sine eo quod est de ratione seu diffinitione ipsius, sicut esse nō potest homo sine perfectione rationali, accidēs ergo nec ratiōe esse valet absq; subiecto. ¶ At uero cum esse per se &

esse per aliud sint differentiæ entis, nihil esse potest nisi sit vel per se, id est substātia aut certe per aliud hoc est accidens. Nullatenus igitur accidens per se, sine subiecti fulcimento existere potest. ¶ Amplius, accidens indiuiduatur per substantiam, ergo à substantia separatum non habebit, nisi esse commune ac vniuersale. Tale autem esse extra intellectū subsistere nequit, non ergo esse potest accidens à subiecto separatum. ¶ Præterea motus & fractio per nullam potentiam sine subiecto esse possunt, cum sint successiue naturę, sed in hostia fractio quędam efficitur. Illa ergo in subiecto aliquo est, nō autem in alio accidente, quoniā accidētis non est accidēs, nec esse potest in corpore Christi, quod impassibile creditur. Nūc ergo theologe, si ista dissoluere poteris, admirationem meam diminues, & fidem meam stabilies.

¶ Responsio theologi ad prædictas instantias. Articulus. Quartus
Theologus.

Quemadmodum secundum Aristotelē tuū ô philosophe ars imitatur naturam, sic secūdum Aurelium nostrum Augustinum, natura imitatur artem. Nam sicut ars atq; scientia humana ex naturis rerum elicitur, & in naturalium entium cursu & lege ac ordine radicatur, sic natura creata cum omni sua proprietate & ordine, à diuina arte quæ omniū rerum exemplar est, Idea & ratio profluit & causatur, & hoc vnicuiq; naturale

vo-

vocatur, quod ei ars diuina originaliter secundum propriam capacitatem largiebatur. Quicunque ergo opinantur ideo aliquid impossibile esse, quoniam naturalis ratio illud comprehendere nequit, & quoniam naturalis rerum ordo & cursus aliter continet diuinam potentiam ex naturali entium lege & proprietate determinare, itemque metiri conantur, quod vtique valde irrationabile est, vt in præcedentibus tibi ostendi. ¶ Virtus quippe diuina cum prorsus immensa sit, illimitata atque liberrima, nequaquam ad hunc rerum cursum & ordinem determinatur, sed aliter & supernaturaliter agere potest. Et sicut prædixi, cum diuinus intellectus sit prima omnis veritatis mensura, omniumque fontale principium: ideo omnis creatura conceptioni ac nutui diuini intellectus obedit in cunctis quæ contradictionem non implicant. Propterea naturalem actionem & proprietatem potens est deus rebus secundum actum auferre, vt quod ignis non calefaciat sibi adiunctum, vel coloratum etiam in die non immutet visum. Nam & in corporis glorificati potestate consistit, vt se videndum aut non videndum exhibeat. Et dominusnoster Iesus Christus, transiens per medium illorum ibat, id est, inuisibiliter Iudæorum manus elapsus est, quoniam ipso volente inuisibilis ipsis fiebat. Hoc itaque velut præambulum dixerim. ¶ Denique ad primam instantiam dico quod virtus diuina conuertere potest vnã substantiã in aliã actualiter preexistentẽ, quãqualiter fieri quat aduerte.

In duobus præsertim differt deus à naturali agẽte. ¶Primo quoniam naturale agens cum sit quasi diuinæ instrumentum virtutis, vtpote agẽs à primo agente actum atque directum, non nisi per transmutationem & motum agere valet. Deus autẽ sublimis & omnipotens cum sit prima omniũ essentiarũ origo, sine motu intermedio agere potest solo imperio, & hinc dicimus, quod deus non iam duntaxat suscitare potest defunctos, sed etiam id quod omnino corruptum est, videlicet irrationalem bestiæ animam, idem numero ad esse reducere, occisamque bestiam suscitare. Hoc autẽ naturale agens nõ potest, eo quod nõ operetur nisi per motum, & quia motus qui transijt idem numero repeti nequit, quia de intrinseca ratione motus est continuitas, ideo id quod omnino corruptum est, & in potentiam materiæ cessit reparare non valet, sed deus hoc potest, quoniam sine motu agit, & de rei permanentis ratione continuitas non est. ¶Secunda differentia est, quod deus attingit materiam, non solum vt est quãta vel qualis, sed etiam vt est quid. Agens vero naturale non attingit materiam vt est quid, sed vt est quanta, & secundum quod transmutationis ac motus esse potest subiectum. Et inde consequitur quod deus supergloriosus ac superomnipotens conuertere potest vnum in aliud præexistens, non autem agens naturale. In operatione nempe naturali cũ per motum aliquid producitur, oportet idẽ remanere trãsmutationis subiectum. Nam in ea id quod est potẽtia tale, fit actu tale cuius factionis delatiuum subiectum

iectum extat materia quanta. In operatione aūt diuinæ virtutis nihil horum requiritur. Ideoq́ꝫ cōuersio ista panis & vini in corpus & sanguinem Christi, cæteris transmutatiōibus naturalibus oppositæ cōditionis est. In illis enim manet idē subiectū, sed accidentia transeunt, hic vero substantia trāsit, sed accidentia perseuerant. P. Si substantia panis transit, potius annihilatio quam conuersio panis dicenda est. T. Conuersio sicut & motus a termino ad quem nomen speciemq́ꝫ sortitur, cum ergo conuersio panis non terminetur ad non esse, sed ad esse corporis Christi non est annihilatio, sed cōuersio appellanda. P. Quid dicam ad hæc? In superioribus cum mortuorum resurrectionem audissem futuram vehementer mirabar, nunc autem multo mirabiliores mutationes audiui, vt quod rem omnino corruptam eandē numero deus reducere possit. Vnū quoq́ꝫ existentium transsubstantiare in aliud. Verū tamen dictis pensatis contradicere nequeo, eo ꝙ infinita virtus in infinitum mirabilius incōprehensibilius itemq́ꝫ secretius agere valeat, quam intelligere homo potest. Nunc ergo procede. T. Ad secundam & tertiam obiectionem respondeo quod localis distantia ac motus localis sequuntur esse in loco. Sicut igitur res in loco consistit, sic localis distantia, motusq́ꝫ localis ei competere possunt ¶ Porrō substantia rei secundum se accepta indiuisibilis extat, nam per quantitatem & dimensiones diuisibilis fiť Indiuisibilia autem secundum quod talia nullā omnino ad locum habitudinem habent, sed per quanti-

tatem

tatem duntaxat comparantur ad locum, vel p quā titatē virtutis, vt angeli, vel molis, vt essentiæ corporum. Sicut deniq; vnius rei non est nisi vna natura specifica, sic non est eius nisi vna figura ac dimensio propria. Et sicut vnum corpus vnam duntaxat dimensionem naturalem coniunctam & propriam habet, sic per se esse non potest nisi in vno loco, videlicet ratione dimensionis coniunctæ. Et ergo idem corpus per se loquendo distare nō potest à seipso, nec simul localiter moueri atque quiescere, sed si in pluribus esse locis potest idem corpus, ppter causas diuersas, sicut corpus Christi in cęlo ē ratione propriarum dimensionum, in hostia vero ratione conuersionis factæ in ipsum, & non determinatur ad locum prout in hostia est per dimensiones proprias, sed aliqualiter propter dimensiones panis manentes, sic per accidens idem corpus secundum vnum modum existendi distabit à seipso, secundum alium modum, sic etiam per accidēs simul quiescere & moueri potest. Istud autem per accidens nullam substantialem distinctionem inducit. ¶ Ad quartam dicendum, quod corpus Christi oppsito modo est in loco sub hostia & in cœlo, seu prout cætera corpora esse dicuntur in loco. Naturaliter enim substantia cum secundū se impartibilis sit, non ordinatur ad locum, nisi per quantitatem, & ergo commensurantur atque ęqualia sunt locatum & locus, eo quod pars loci correspōdeat parti locati, secundum Aristotelem, Supernaturali

ter autem ac diuina virtute corpus Christi ratione conuersionis primo & immediate ac per se ordinatur & existit in hostia. Quantitas vero eius mediate substantia, & naturali quadam concomitantia in hostia est, vtpote quia subiectum suum non deserit. Ideoq; licet corpus Christi cum quātitate sua perfecta sub formis sit hostiæ, non tamen quantitatiue, commensuratiue vel circunscriptiue in ea ē, sed indiuisibiliter & vere indiuisibiliori simpliciori'q; modo, q̃ substantia separata in loco esse dicatur. Substantia nempe separata, vt angelus licet nō sit in loco circunscriptiue, quia incorporea est, tamen diffinitiue est in loco, & sic est in vno, vt esse simul non possit in alio Virtus enim eius terminata est, ideo vbi operatur ibi esse censetur: Christi autem corpus non ita diffinitur in hostia, imo simul & semel in tot locis esse potest, quot fuerint hostiæ in ipsum conuertibiles. Vnde consequens fit, corpus Christi prout esse habet sub specie panis, magis esse ignotum, q̃ sit essentia separatæ substantiæ. Ad cuius agnitionē sic se habet secundum Aristotelem nostrum ingenium, quemadmodum noctuæ oculus ad radij solaris intuitum. Philosophus, Hoc vltimum verbum celeriter approbo, sed quo præsentem difficultatem profundius cōsidero, eo plura pullulant dubia. Theologus, Quicquid te angit fiducialiter palamq; induc. Philosophus, Ex prædictis sequi mihi videtur non solum sub modica hostiæ forma totum contineri CHRISTVM, sed

sed etiam sub singulis partibus eius. Cum ergo infinite sint partes continui, erit Christus in infinitis partibus hostiæ. Denique sequeretur nullum esse ordinem partium, imo vbicunque esset vnum membrum, essent & singula, quod aliud non est nisi quędam confusio, quæ Christum quæ est fons sapientiæ minime decet. ¶Insuper cũ situs oriatur & causetur à quantitate, necesse est corpus Christi situm habere in hostia. ¶Prȩterea quomodo asseris christum non circunscribi in hostia, omnis namque creata substantia cum sit finita, incircunscripta esse non potest. Vbicunque ergo est Christi corpus incircunscriptum erit.

Responsio ad replicationes philosophi. Art. 5. T.

EA quæ obiecisti philosophe, vera sunt penè in toto. Concedimus enim etiam in qualibet parte hostiȩ totum Christum consistere, sicut & anima ẽ in qualibet parte materiæ. P. Quomodo potest hoc esse? T. Secundũ præostensa Christus non est in hostia nisi ratione conuersionis. Modus ergo quo est corpus Christi in loco parificatur modo quo fit conuersio panis in ipsum. Sic autem conuertitur panis in Christi corpus, vt solũ quid conuertatur in quid, non quantum in quantum, id est sola substantia corporis panis, conuertitur in substantiam corporis christi, non autẽ quantitas vel accidentia panis conuertuntur in quantitatem seu accidentia christi. Sicut ergo sub qualibet dimensionis particula ante consecrationem continetur tota seu perfecta essentia panis, quia

natura

natura rei indiuisibilis est secundum rationem specificam, nec habet substantia rei participabilitatē aut extensionem, quantitate semota, sic post consecrationem vbicunque exstiterat totum ac perfecta essentia panis, id est forma eius atque materia, ibi post cōsecrationem est tota atque perfecta essentia corporis christi, & per concomitantiam naturalem, sanguis, anima atque diuinitas. Sed cum accidētia corporis christi ab ipso realiter separari non valeant, ideo subiectum suum, id est corpus christi non deserunt. Oportet igitur vt vbicunque sit tota substantia christi, illic esse dicantur omnia accidentia eius, id est perfecta vniuersorum organorum atque membrorum distinctio, habitudo & qualitas, & hoc ex prædictis necessario sequitur. Nam ad esse locale sub hostia primo, & per se comparatur corporis christi substantia, quæ indiuisibiliter ibi est, quantitas vero & accidentia cætera mediante substantia. Et ergo sicut vbique in hostia est tota christi substantia, quæ secundum se extensionem non habet, sic & quantitas eius vbique est tota per concomitantiam, non ex vi sacramenti. P, Quid ergo ad obiecta rn̄des? T, Ratio prima non procedit, licet enim cuiuslibet continui sint infinitę partes secundū materiam, quoniam continuū diuisibile est in semper diuisibilia, non tamen secūdum speciem. Nam vt nosti secundum Aristotelem, In rebus naturalibus est dare maximum & minimum, sic ergo est dare tam modicam partem, quod in parte minori species panis saluari non posset. Cum ergo fertur cor-

pus Christi in qualibet fore hostiæ parte, de parte secundum speciem accipi par est. Est autẽ pars rei naturalis secundum speciem quæ operationem habere potest naturæ specifice congruentem. ¶ Ad secundum & tertium est vna responsio. Idem namq; est partium ordo & situs. Dicendum est itaq; q̃ situs à quantitate causatur. Quantitas deniq; duo facit. primo enim facit substantiam esse quantam, & sic est causa situs, qui est species quantitatis. Nã vt Aristoteles ait, Quantitatum aliæ habent situm, aliæ minime. Secundo facit quantitas rem esse locabilem ac loco cõmensurabilẽ, & tũc situs est speciale prædicamentum. Semper ergo situs ordinem quendam partium dicit. Hic vero ordo duplex est. Vn⁹ ẽ partiũ p cõparationẽ ad totũ, & hic ad gen⁹ quantitatis pertinet, secundũ Auerroim. Alius est ordo partiũ ad locũ, & hunc ordinẽ situs designat, qui est secundum doctrinam puerorũ vnum decẽ prædicamentorũ. Corpus igitur Christi in hostia, situm & ordinem primo modo acceptũ habet, est enim in ipso naturalis & debita habitudo ac ordo partium ad seipsas. Ordo autem vel situs secundo modo dictus, Christo sub hostiæ formis non competit. Innotescit ergo nullam esse confusionẽ partium atq; membrorum Christi sub hostia. Ordo enim eorum ad locum extrinsecum non est eis essentialis, sed per diuinam potentiam separari potest ab ipsis. Et p hoc cõstat q̃uo Christo sub hostia cõpetat situs & q̃uo non. Ad vltimũ dico, q̃ christus secundũ naturã humanã diffinitur sub hostia.

sub

substantialiter, quia omnis natura creata vbicūq; sit, ad certū genus determinatā p̄ reducitur speciē, & inter ea essentialiter diffinitur, non tamen diffinitur corpus christi sub specie panis localiter, quoniā non est sic ibi q̄d alibi esse non queat, quod nūc dixi circunscribi in loco. Enimuero ex his clarū efficitur q̄ñ Christo conueniant duo vbi. P. Nā vt ait Gilbertus: Vbi est circunscriptio corporis ex loci circunscriptione procedens. Nūc autem dictum est corpus Christi sub hostia non circunscribi localiter, non ergo proprie habet duo vbi. P. Nunc ad aliarū solutionē instātiarū, p̄gredere. T. Hoc restat.

¶ Prosecutio responsionis theologi ad obiectiões philosophi articuli tertij. Articulus Sextus. Theo.

Porro obiectionū nondū solutarū prima hæc est, q̄ sensus circa propriū sensibile nequaq̄ decipitur. Et ad hoc quidem respondeo, q̄d sensus in hostia sacra circa sensibile suum non fallitur. Est enim in hostia vera albedo de qua iudicat visus, verusq̄; sapor quē iudicat gustus. Iudicare vero de substantia rei sub accidentalibus formis cōtenta, non ad sensum, sed ad intellectū pertinet. Denique secundum naturalem cognitionis ac inuestigationis processum, verum est accidentia in substantiæ nos perducere agnitionem. Ideoque naturali lumine, scire non possumus sub speciebus panis & vini carnem & sanguinem Christi velari, sed hoc fide innotuit. Nec sequitur quod Christus hominibus errandi occasionem præstiterit, tam inenarrabile atque archanū sacramentū instituens, quoniā

¶ Admiratio philosophi de benedicta atque sanctissima hostia altaris. Articulus .II. Philosophus.

STupor tabefecit animam meā & opprimit me admiratiōis magnitudo in his quæ dicta sunt mihi. Denique ad mentem reuersus non miror dixisse Auerroim: Mundum circuiui, variasque leges conspexi, sed tam stultā non repperi, vt est lex Christianorū, quoniam deum quem colūt dentibus deuorant. T. Nec ego miror hoc dixisse hominē suo ingenio innitentem, humanæ sapientiæ spiritu tumidum, & non tantum legem nouā, sed veterē insuper blasphemantem. ¶ Deniq; & quidā ex discipulis Christi adhuc in mundo secum cōuersantes, isto audito sermone, abierunt retrorsum, dicentes: durus est hic sermo, quis potest eum audire? & iā amplius non sequebantur Christum. Vide ergo ne eos sequaris, ne simul cum eis damneris. Nos eqdē cum principe apostolorū certissime scimus quoniā verba vitæ æternæ habet, qui ista dixit. Vnde non hæsitamus diffidentia, sed firmissime nouimus, q̄niam quæcunque dixit facere potest. P. Quid ergo faciam? Admiratio enī & incomprehensibilitas præsentis materiæ me penitus concutit. T. Aude cōsiliū. Admiratio oritur viso effectu, ignorata tamē causa, vt q videt eclypsim vel solis vel lunæ, si causam non nouit vehementer miratur, cognita autē causa admiratio mitigatur, sic nūc si admirationis tuæ impetum moderari desideras, sic obiectum tibi spectaculum ac præsentem sacramenti contemplare effectum, vt causam mox profunde intendas, intu

earis.

caris, agnoscas. Miratus es hominem Christum, proprium corpus consecrantem, proprijs manibus illud discipulis porrigentem, sed rite considera quis, & qualis est qui ista efficit, & in cuius potestate eadem ineffabiliter efficiuntur. Ipse nempe est verbum dei patris æternum, verbum incarnatum, verbum per quod facta sunt omnia in cœlo & in terra. Denique hoc verbum visibilia & inuisibilia immensa virtute creauit, & omnia potestatis suæ imperio portat, sapientia sua gubernat, influentia sua conseruat. Si hanc causam, huiusque causæ virtutem sagaciter speculeris, admiratio tua (ni fallor) releuamen concipiet. Phil. Necdum verba plene finieras, & ecce mitigationem admirationis interius sensi. Veraciter enim ita est, & naturalis ratio id dictat, quoniam quo potestas est maior, eo difficiliora mirabilioraque efficit. Cunque diuina potentia penitus infinita existat, mirum non est, quin eius effectus & opera omnem rationem, omnemque comprehensibilitatem omnino transcendant: Veruntamen cum quiescere velim, non me finit naturalis quiescere ratio, & manifesta cõtra præsentem materiam argumenta. The. Quicquid te mouet palam propone. Cum enim ante testatus sim, nõ posse fidem naturalis rationis superari industria: hoc mihi incumbit vt rationes tuas dissoluã, fideique veritatem defendam. P. In omnibus satisfacis mihi & plenissime præbes, lætanter itaque agam quod dicis.

¶ Obiectiones philosophi contra eucharistiæ fidẽ. Articulus. III. Philosophus.

¶ Obiectiones philosophi contra Eucharistię fidē.
Articulus. :III. Philosophus.

CVm conuersio sit quædam mutatio, necessario terminatur ad aliquid. Id aūt ad q̄ terminatur mutatio, per ipsam mutationem in esse constituitur. Nam terminus mutationis per ipsam mutationem tanquā per viam esse acquirit, nihil ergo conuerti potest in corpus præexistens. Neq̄ igitur panis substantia, in corpus Christi conuertitur. Præterea nihil distat à se ipso loco vel tempore, si aūt Christus est simul in cœlo, & hostia, distaret localiter à seipso, temporaliter quoq̄ quoniam in cœlo permanet semper, non aūt in hostia. ¶ Amplius contradictionem implicat idē corpus simul moueri atq̄ quiescere, sed si idem Christi corpus est simul in cœlo & in altari ac pixide, vno tēpore erit in qete & motu. ¶ Atuero cōmēsurari oportet loco locatū, loc' vero & locatū vt Aristot. p̄bat, ęqualia sunt. Nō ergo potest integrū Christi corpus sub tā modicis formis cum dimensione perfecta locari & esse. ¶ Adhuc vbi causatur ex loco & ex diuersitate locorum oriuntur diuersa, tam secundum Aristotelem gentilem philosophum, quā Gilbertum Porretanum episcopum, philosophū christianum, diuersitas aūt vbi arguit (vt Boetius tuus testatur) diuersitatem locorum. Si ergo Christi corpus est simul in diuersis locis, erunt diuersa corpora, sicut diuersa sunt loca & vbi ¶ Præterea sensus non fallitur circa sensibile proprium, sed sensus iudicat in altari esse panem & vinum, non carnem & sanguinem. Imo

Gilbertus Porrhetanus lib. 1. Principiorum.
Boetius

cum

cum accidentia & actiones ducant in cognitionem substãtiæ, cum in pane & vino consecratis perseuerent accidentia, & operatiões panis & vini, post cõsecrationem vti & ante, sequitur eandem quoq; remanere substantiam. ¶ Præterea cũ Christus sit veritas, non quærit errorem inducere, sed mutare & transsubstantiare substantiam, perseuerantibus nihilominus eisdem accidentibus & operationibus; est maximam errandi atq; fallendi occasionem asserere. Cum ergo secũdum te in hostia altaris sic fiat, non videtur hoc opus esse à deo. ¶ Deniq; si eedem operatiões maneãt ante cõsecrationẽ & post, consequens fit, quod panis consecratus & vinum si in magna quantitate sumantur nutrire inebriareq; possint. Hæc aũt accidentibus formis non conueniunt, quia ex eisdem nutrimur & simus. Aut ergo Christi caro carnem alit, sanguisq; corpus inebriat, & per consequens resolueretur. Vtrunq; aut certe sub speciebus panis & vini non est tantum mõ Christi corpus & sanguis, sed alia quædam substantia cibans & potans ac resolutionem naturalem recipiens. ¶ Insuper cum accidentis esse sit inesse, tam impossibile est accidens sine subiecto esse, q̃ impossibile est ipsum non existendo existere. ¶ Adhuc subiectum est de ratione accidentis vt Aristoteles pbat. Eedem enim sunt principia essendi atq; diffiniendi. Sed nihil esse potest sine eo quod est de ratione seu diffinitione ipsius, sicut esse nõ potest homo sine perfectione rationali, accidẽs ergo nec esse valet absq; subiecto. ¶ Atuero cum esse per se &

esse per aliud sint differentiæ entis, nihil esse potest nisi sit vel per se, id est substātia aut certe per aliud hoc est accidens. Nullatenus igitur accidens per se, sine subiecti fulcimento existere potest. ¶ Ampli⁹, accidens indiuiduatur per substantiam, ergo à substantia separatum non habebit, nisi esse commune ac vniuersale. Tale autem esse extra intellectū subsistere nequit, non ergo esse potest accidens à subiecto separatum. ¶ Præterea motus & fractio per nullam potentiam sine subiecto esse possunt, cum sint successiuæ naturę, sed in hostia fractio quędam efficitur. Illa ergo in subiecto aliquo est, nō autem in alio accidente, quoniā accidētis non est accidēs, nec esse potest in corpore Christi, quod impassibile creditur. Nūc ergo theologe, si ista dissoluere poteris, admirationem meam diminues, & fidem meam stabilies.

¶ Responsio theologi ad prædictas instantias. Articulus. Quartus Theologus.

QVemadmodum secundum Aristotelē tuū ò philosophe ars imitatur naturam, sic secūdum Aurelium nostrum Augustinum, natura imitatur artem. Nam sicut ars atq; scientia humana ex naturis rerum elicitur, & in naturalium entium cursu & lege ac ordine radicatur, sic natura creata cum omni sua proprietate & ordine, à diuina arte quæ omniū rerum exemplar est, Idea & ratio profluit & causatur, & hoc vnicuiq; naturale

vo-

vocatur, quod ei ars diuina originaliter secundum propriam capacitatem largiebatur. Quicunque ergo opinantur ideo aliquid impossibile esse, quoniam naturalis ratio illud comprehendere nequit, & quoniam naturalis rerum ordo & cursus aliter continet diuinam potentiam ex naturali entium lege & proprietate determinare, itemque metiri conantur, quod vtique valde irrationabile est, vt in præcedentibus tibi ostendi. ¶ Virtus quippe diuina cum prorsus immensa sit, illimitata atque liberrima, nequaquam ad hunc rerum cursum & ordinem determinatur, sed aliter & supernaturaliter agere potest. Et sicut prædixi, cum diuinus intellectus sit prima omnis veritatis mensura, omniumque fontale principium: ideo omnis creatura conceptioni ac nutui diuini intellectus obedit in cunctis quæ contradictionem non implicant. Propterea naturalem actionem & proprietatem potens est deus rebus secundum actum auferre, vt quod ignis non calefaciat sibi adiunctum, vel coloratum etiam in die non immutet visum. Nam & in corporis glorificati potestate consistit, vt se videndum aut non videndum exhibeat. Et dominus noster Iesus Christus, transiens per medium illorum ibat, id est, inuisibiliter Iudæorum manus elapsus est, quoniam ipso volente inuisibilis ipsis fiebat. Hoc itaque velut præambulum dixerim. ¶ Denique ad primam instantiam dico quod virtus diuina conuertere potest vnã substantiã in aliã actualiter præexistentẽ, quo qualiter fieri quat aduerte.

In duobus præsertim differt deus à naturali agēte. ¶Primo quoniam naturale agens cum sit quasi diuinæ instrumentum virtutis, vtpote agēs à primo agente actum atq; directum, non nisi per transmutationem & motum agere valet Deus aūt sublimis & omnipotens cum sit prima omniū essentiarū origo, sine motu intermedio agere potest solo imperio, & hinc dicimus, quod deus non iam duntaxat suscitare potest defunctos, sed etiam id quod oīno corruptum est, videlicet irrationalem bestiæ animam, idem numero ad esse reducere, occisamq; bestiam suscitare. Hoc aūt naturale agens nō potest, eo quod nō operetur nisi per motum, & quia motus qui transijt idem numero repeti nequit, quia de intrinseca ratione motus est continuitas, ideo id q omnino corruptum est, & in potentiam materiæ cessit reparare non valet, sed deus hoc potest, quoniam sine motu agit, & de rei permanentis ratione continuitas non est. ¶Secunda differentia est, q deus attingit materiam, non solum vt est quāta vel q lis, sed etiam vt est quid. Agens vero naturale non attingit materiam vt est quid, sed vt est quanta, & secundum quod transmutationis ac motus esse potest subiectum. Et inde consequitur quod deus supergloriosus ac superomnipotens conuertere potest vnum in aliud præexistens, non autem agens naturale. In operatione nempe naturali cū per motum aliquid producitur, oportet idē remanere trāsmutationis subiectum. Nam in ea id quod est potētia tale, fit actu tale cuius factionis delatiuum subiectum

iectum extat materia quanta. In operatione aũt diuinæ virtutis nihil horum requiritur. Ideoq; cõuersio ista panis & vini in corpus & sanguinem Christi, cæteris transmutatiõibus naturalibus oppositæ cõditionis est. In illis enim manet idẽ subiectũ, sed accidentia transeunt, hic vero substantia trãsit, sed accidentia perseuerant. P. Si substantia panis transit, potius annihilatio quam conuersio panis dicenda est. T. Conuersio sicut & motus à termino ad quem nomen speciemq; sortitur, cum ergo conuersio panis non terminetur ad non esse, sed ad esse corporis Christi non est annihilatio, sed conuersio appellanda. P. Quid dicam ad hæc? In superioribus cum mortuorum resurrectionem audissem futuram vehementer mirabar, nunc autem multo mirabiliores mutationes audiui, vt quod rem omnino corruptam eandẽ numero deus reducere possit. Vnũ quoq; existentium transsubstantiare in aliud. Verũ tamen dictis pensatis contradicere nequeo, eo q̃ infinita virtus in infinitum mirabilius incõprehensibilius itemq; secretius agere valeat, quam intelligere homo potest. Nunc ergo procede. T. Ad secundam & tertiam obiectionem respondeo quod localis distantia ac motus localis sequuntur esse in loco. Sicut igitur res in loco consistit. sic localis distantia, motusq; localis ei competere possunt ¶ Porró substantia rei secundum se accepta indiuisibilis extat, nam per quantitatem & dimensiones diuisibilis fit. Indiuisibilia autem secundum quod talia nullã omnino ad locum habitudinem habent, sed per quantitatem

tatem duntaxat comparantur ad locum, vel p quātitatē virtutis, vt angeli, vel molis, vt essentiæ corporum. Sicut deniq; vnius rei non est nisi vna natura specifica, sic non est eius nisi vna figura ac dimensio propria. Et sicut vnum corpus vnam duntaxat dimensionem naturalem coniunctam & propriam habet, sic per se esse non potest nisi in vno loco, videlicet ratione dimensionis coniunctæ. Et ergo idem corpus per se loquendo distare nō potest a seipso, nec simul localiter moueri atque quiescere, sed si in pluribus esse locis potest idem corpus, ppter causas diuersas, sicut corpus Christi in cęlo ē, ratione propriarum dimensionum, in hostia vero ratione conuersionis factæ in ipsum, & non determinatur ad locum prout in hostia est per dimensiones proprias, sed aliqualiter propter dimensiones panis manentes, sic per accidens idem corpus secundum vnum modum existendi distabit à seipso, secundum alium modum, sic etiam per accidēs simul quiescere & moueri potest. Istud autem per accidens nullam substantialem distinctionem inducit. ¶ Ad quartam dicendum, quod corpus Christi oppsito modo est in loco sub hostia & in cœlo, seu prout cætera corpora esse dicuntur in loco. Naturaliter enim substantia cum secundū se impartibilis sit, non ordinatur ad locum, nisi per quantitatem, & ergo commensurantur atque ęqualia sunt locatum & locus, eo quod pars loci correspōdeat parti locati, secundum Aristotelem, Supernaturali

ter autem ac diuina virtute corpus Christi ratione conuersionis primo & immediate ac per se ordinatur & existit in hostia. Quantitas vero eius mediate substantia, & naturali quadam concomitantia in hostia est, vtpote quia subiectum suum non deserit. Ideoq; licet corpus Christi cum quãtitate sua perfecta sub formis sit hostiæ, non tamen quantitatiue, commensuratiue vel circunscriptiue in ea ē, sed indiuisibiliter & vere indiuisibiliori simplicioriq; modo, q̃ substantia separata in loco esse dicatur. Substantia nempe separata, vt angelus licet nō sit in loco circunscriptiue, quia incorporea est, tamen diffinitiue est in loco, & sic est in vno, vt esse simul non possit in alio. Virtus enim eius terminata est, ideo vbi operatur ibi esse censetur: Christi autem corpus non ita diffinitur in hostia, imo simul & semel in tot locis esse potest, quot fuerint hostiæ in ipsum conuertibiles. Vnde consequens fit, corpus Christi prout esse habet sub specie panis, magis esse ignotum, q̃ sit essentia separatæ substantiæ. Ad cuius agnitionē sic se habet secundum Aristotelem nostrum ingenium, quemadmodum noctuæ oculus ad radij solaris intuitum. Philosophus, Hoc vltimum verbum celeriter approbo, sed quo præsentem difficultatem profundius cōsidero, eo plura pullulant dubia. Theologus, Quicquid te angit fiducialiter palamq; induc. Philosophus, Ex prædictis sequi mihi videtur non solum sub modica hostiæ forma totum contineri CHRISTVM, sed

sed etiam sub singulis partibus eius Cum ergo infinite sint partes continui, erit Christus in infinitis partibus hostiæ. Denique sequeretur nullum esse ordinem partium, imo vbicunque esset vnum membrum, essent & singula, quod aliud non est nisi quędam confusio, quæ Christum quæ est fons sapientiæ minime decet. ¶Insuper cũ situs oriatur & causetur à quantitate, necesse est corpus Christi situm habere in hostia ¶Pręterea quomodo asseris christum non circunscribi in hostia, omnis enim creata substantia cum sit finita, incircunscripta esse non potest. Vbicunque ergo est Christi corpus incircunscriptum erit.

Responsio ad replicationes philosophi. Art. 5. T.

EA quæ obiecisti philosophe, vera sunt penè in toto. Concedimus enim etiam in qualibet parte hostię totum Christum consistere, sicut & anima ẽ in qualibet parte materiæ. P. Quomodo potest hoc esse? T. Secundũ præostensa Christus non est in hostia nisi ratione conuersionis. Modus ergo quo est corpus Christi in loco parificatur modo quo fit conuersio panis in ipsum. Sic autem conuertitur panis in Christi corpus, vt solũ quid conuertatur in quid, non quantum in quantum, id est sola substantia corporis panis, conuertitur in substantiam corporis christi, non autẽ quantitas vel accidentia panis conuertuntur in quantitatem seu accidentia christi. Sicut ergo sub qualibet dimensionis particula ante consecrationem continetur tota seu perfecta essentia panis, quia

naturæ

natura rei indiuisibilis est secundum rationem specificam, nec habet substantia rei particibilitatē aut extensionem, quantitate semota, sic post consecrationem vbicunque extiterat totum ac perfecta essentia panis, id est forma eius atque materia, ibi post cōsecrationem est tota atque perfecta essentia corporis christi, & per concomitantiam naturalem, sanguis, anima atque diuinitas. Sed cum accidētia corporis christi ab ipso realiter separari non valeant, ideo subiectum suum, id est corpus christi non deserunt. Oportet igitur vt vbicunque sit tota substantia christi, illic esse dicantur omnia accidentia eius, id est perfecta vniuersorum organorum atque membrorum distinctio, habitudo & qualitas, & hoc ex prædictis necessario sequitur. Nam ad esse locale sub hostia primo, & per se comparatur corporis christi substantia, quæ indiuisibiliter ibi est, quantitas vero & accidentia cætera mediante substantia. Et ergo sicut vbique in hostia est tota christi substantia, quæ secundum se extensionem non habet, sic & quantitas eius vbique est tota per concomitantiam, non ex vi sacramenti. P, Quid ergo ad obiecta rñdes? T, Ratio prima non procedit, licet enim cuiuslibet continui sint infinitę partes secundū materiam, quoniam continuū diuisibile est in semper diuisibilia, non tamen secūdum speciem. Nam vt nosti secundum Aristotelem, In rebus naturalibus est dare maximum & minimum, sic ergo est dare tam modicam partem, quod in parte minori species panis saluari non posset. Cum ergo fertur cor-

substantialiter, quia omnis natura creata vbicũq; sit, ad certũ genus determinatã ꝑ reducitur speciẽ, & inter ea essentialiter diffinitur, non tamen diffinitur corpus christi sub specie panis localiter, quoniã non est sic ibi q̃d alibi esse non queat, quod nũc dixi circunscribi in loco. Enimuero ex his clarũ efficitur q̃ñ Christo conueniant duo vbi. P. Nã vt ait Gilbertus: Vbi est circunscriptio corporis ex loci circunscriptione procedens. Nũc autem dictum est corpus Christi sub hostia non circunscribi localiter, non ergo proprie habet duo vbi. P. Nunc ad aliarũ solutionẽ instãtiarũ ꝑgredere. T. Hoc restat.

¶ Prosecutio responsionis theologi ad obiectiões philosophi articuli tertij. Articulus Sextus. Theo.

PORRO obiectionũ nondũ solutarũ prima hæc est, ꝙ sensus circa propriũ sensibile nequaq̃ decipitur. Et ad hoc quidem respondeo, q̃d sensus in hostia sacra circa sensibile suum non fallitur. Est enim in hostia vera albedo de qua iudicat visus, verusq́ sapor quẽ iudicat gustus. Iudicare vero de substantia rei sub accidentalibus formis cõtenta, non ad sensum, sed ad intellectũ pertinet. Deniq; secundum naturalem cognitionis ac inuestigationis processum, verum est accidentia in substantiæ nos perducere agnitionem. Ideoque naturali lumine, scire non possumus sub speciebus panis & vini carnem & sanguinem Christi velari, sed hoc fide innotuit. Nec sequitur quòd Christus hominibus errandi occasionem præstiterit, tam inenarrabile atque archanũ sacramentũ instituens,

quoniã

quoniam sufficientibus efficacissimisque argumentis ostendit se esse verum Christum, verum dei filium, verumque deum, quibus notis & creditis, certissime confitendum est verũ quicquid Christus edocuit, licet cõprehendi non valeat ¶ Ad rationẽ sequentem respondet doctor sanctus, quod sicut
Thomas. quantitati diuina virtute confertur, vt absque subiecto subsistere queat, sic etiã ei præstaretur, vt earundem actionum passionũque sit susceptiua, quarum ante conuersionem substantie panis vel causa vel subiectum extiterat. Si ergo ex hostijs consecratis quis aleretur, ex dimensionibus diuina virtute substantiæ iam conuersæ vicem supplẽtibus idipsum contingeret. Et simile est si hostia resolueretur aut incineraretur. Nec hoc tam impossibile æstimetur: nam panis substantia quantitati adiun-
Aegidius. cta, nil diuisibile vel per se consumptibile superaddit. Veruntamen Aegydius de Roma ponit speciebus sacramentalibus consumptis redire materiã. Vtrunque autẽ horum deo vtique possibile scimus. ¶ Ad tertium dico quod accidentis esse est in esse, nec sic quasi accidens non habeat proprij generis esse atque essentiam, sed quia naturaliter à substantia in esse dependet, eique semper naturali quadã inclinatione innititur, quoniam à substantia causatur, conseruatur ac indiuiduatur. Sed quia quicquid causæ secundæ efficiunt, in primæ causæ virtute producunt. Ideo causa prima per seipsam immediate excellentiorique modo facere potest in entibus, quàm naturaliter per causas secũdas fiunt, nisi forte vna cau

sa secunda intrinseca necessitate, & essentiali ratiōe requiratur ad esse alterius, quemadmodū impossibile dicitur esse motum sine mobili. Constat ergo posse deum immediate causare, conseruare, indiuiduareq; accidens, atq; subiecti vicem supplere & sic poterit accidens sine subiecto existere. ¶ Ad quartum respondeo, quod diffinitio accidentis per subiectum est diffinitio per supplementum, videlicet per rem alterius prædicamenti, vt Aristoteles ait. Constat ergo non esse subiectum de ratione accidentis sicut est rationale de diffinitione intellectuq; hominis. Ideoq; sine subiecto ipsum esse non implicat. Habet aūt accidens diffinitionē quoq; proprij generis, scilicet per genus & differentiam, sine quibus intelligi nequit nec esse. ¶ Ad quintū dico quod distinctio entis in ens per se & ens inhęrens, secundum naturalem aptitudinem, non aūt secundū actualem existentiam intelligenda est. Vnde ad rationem accidentis non exigitur vt actu inhæreat, sed quod naturaliter ad inhærendum inclinatū sit. Sicut etiam rationalis anima quāuis naturaliter sit corporis forma, non tamen oportet vt si esse debeat corpus secundum actum informet, cum immortalis sit, sed necesse est eam naturalem inseparabilēq; ad corpus habere inclinationem. ¶ Ad sextū nūc responsio data est. Dictum quippe est quod virtus diuina vicem substantiæ suppleat, accidentiq; indiuidualem existentiam donet. ¶ Veruntamē scire te conuenit ó philosophe, quod licet secundum fidē asseramus in sacramento accidētia esse sine substra-

ta substantia, sola tamen quantitas caret subiecto. Alia vero in ipsa tanquã in subiecto fundantur, vt albedo in superficie, & sapor ac alia in quãtitate ra dicantur. Quantitas deniq; per seipsam existit ac in diuiduatur & fractioni ac motui qui in hostia extãt subijcitur, hoc nempe rationabiliter accidit. Nã quis quantitas secundum communem rationẽ formæ indiuidualis non sit, tamen in quantum est ta lis forma, habens videlicet ex propria natura situm & ordinẽ partiũ per seipsam est indiuidualis & aliorum subiectum. P. Satis te fatigaui obiectiõibus meis, & tu quoq; studiosissime eas soluisti, & certe vt video naturalis philosophia Christianis valde ne cessaria est, ad defendendam fidem catholicam. T. Ita est. Nam propter nos datũ est tuis philosophari. Deniq; sicut creatori creatura deseruit ac paret, sic nostræ diuinissimæ theosophiæ veritatiq; theologicæ, omnis naturalis sciẽtia famulatur itẽq; obe dit. Rerum nanq; & scientiarum est habitudo conformis. P. In disputationibus aliorum fidei articulorum quasdam rationales persuasiones induxisti, quibus & si fidem non demonstrasti, conuenientiã tamen ipsius & rationabilitatem elegãter probasti. Desidero igitur vt circa præsentem quoq; materiã idem efficias. T. Quo præsens fidei nostræ de sacra mento assertio mirabilior est, eo ratiõi humanę mi nus innititur. Veruntamen quod optas pro viribus temtabo & prosequar. Rationes autẽ quas inducam non nisi in fidei fundantur articulis, vt scili cet declarem quam recte & vere correspondeat fi-

des euchariſtiæ, cæteris fidei veritatibus ac funda-mentis,pium etiam exigunt auditorem.P.Age q̃d concipis.Dominus aūt cuius fidem eatenus diligis, protegis&honoras, reddet tibi viciſſitudinem pro laboribus tuis. T. Perfectus amor de mercede ſua non cogitat, ſed hoc totum deſiderium eius eſt, vt honorem exhibeat, & quicquid boni poterit,dile-cto ſuo communicet, nil aliud metuens quam dile ctum offendere,vel ſeparari ab eo.Nihilominus a-gam quod poſtulas, dominus vero meus qui pro me mille paſſus eſt, cui inuictiſſimi martyres verā atq; condignam viciſſitudinem repēderūt,faciet cū me inutiliſſimo ſeruo ſuo qui non cōpatior ei, nec vt dignum & iuſtū ē aſſequor eū,qppe q in tēpore pacis vincor à memetipſo &per grauia variaq; pec cata recedo ab ipō, ſicut bonū eſt in cōſpecto ſuo.

¶Rationabiles cōſideratiōes de ſacramēto altaris.

Articulus. VII. Theologus,

PAulo ante cum de plenitudine gratiæ Chriſti cōfabularemus declaraui(ſi retines) quemad modum illa viciſſim infinita, interdum vero finita dicatur. P.Memini te dixiſſe,etiam habitua-lem animæ Chriſti gratiā maiorē eſſe gratia omni um ſimul ſanctorū,&quod plus amet deus Chriſti humanam naturam quam totum vniuerſum. T. Optime recolis.Cumq; veraciter ita ſit,nihil (ni fal-lor)rationabilius,dignius,iuſtiusq; conſiſtit,quam vt Chriſtus ſecundū quod homo omnem reuerēti am,honorē,& glorā q̃ pt deo patri,totiq; ſuperbea-tiſſimę trinitati repēdat.P.Aliter vere grat⁹ nō eēt.

S 2 .T.Hoc

T, Hoc autem excellentiori conuenientiori'q; modo fieri nequit, q̃ per hoc quod indesinenter deo in missarum offertur solenniis sub specie panis. P, Vnde hoc comprobas? T, Summum deo trinitati honorem & laudem exhibuit, quando semetipsum
Heb. 9. 5. pro nobis in crucis patibulo deo patri hostiam vi
Eph 5 uam atq; pro totius mundi peccato satisfactoriã, non ex debito, sed spontanee obtulit. P, Hoc ex fidei fundamentis consequitur, & ante euidenter innotuit. T, Talem ac tantum honorem nunc indesinenter nullo modo verius aptiusq; deo impendere potest, q̃ in hoc quod incessabiliter deo offertur per sacrum misterium, qui est semel oblatus in preciũ P, Hoc mihi magis declara T, Sicut in passione sua pro peccatis nostris oblatus est quia volu-
Isai. 53 it, exoluens quæ non rapuit, atq; per hoc honorẽ deo iniuste sublatum, eidem restituit: sic nunc quotidie in missæ officio pro nostris offertur peccatis, ac per hoc omnium diuinorũ fit commemoratio beneficiorum, laudatur, adoratur & glorificatur diuina maiestas, peccata nostra confitemur, damnamus, deplangimus, peccatores deo reconciliantur, & omnipotenti immensoq; deo debita reuerẽtia exhibetur. Deniq; ipse Christus vt homo propter propriam dignitatem deum hac sua oblatione summe honorat, cum tam preciosissimam atq; dignissimam & verę diuinissimam hostiam, vtpote proprium corpus & sanguinem deo immolandam præstat, & in ea diuinæ clementia dilectionis & bonitatis memoriã renouat. Nẽpe quo homo q

per

p carnis atq; vitiorũ mortificationẽ sese deo creatori sacrificium hostiamq; obtulerit, dignior, maior aut seculo aptior fuerit, eo deum vehementius veneratur ac magis meretur. Qualiter ergo Christus vt homo deum patrẽ adorandum honorat, & nobis quoq;, non sibi meretur, dum se tam indesinenter in hostia sacra immolari sacrificariq; iubet. P, Cum Christus passione sua pro mundi sceleribus plenissime satisfecerit, qd opus est eum quotidie pro hominum immolari peccatis? T, Vbertim fassus sum tibi, q licet Christus passionis suæ merito, ac sanguinis precio, pro peccato originali, imo & omni peccato perfectissime satisfecerit, quantũ est ex parte ipsius, necesse est tamen vt meritum eius nobis per applicationẽ quandã cõmunicetur atq; prestetur. Hæc vero cõmunio licet in omnibus sacramentis ecclesiæ fiat potissime tamen in Eucharistia fit. Deniq; quia indesinenter & quotidie deũ offendimus, hostia placationis incessabiliter indigemus. ¶Præterea quo quis alium intimius amat, & item præcordialius diligit, eo sibi vicinius vniri desiderat. Si ergo pensemus quanta charitate nos deus dei filius secundũ diuinitatem dilexit, nequaquã mirabimur, sed dulcissime & affectuosissime amplectemur, q per carnẽ assumptam nobis in sacramento copulari desiderat. Amoris est autẽ ista proprietas vt amantẽ iungat amato. Quoniam ergo Christus secũdũ diuinã naturã nos in tãtũ dilexit, vt sibi naturã nostram in vnitate psone cõiũgeret, qa proximior vnio esse non valet, qd miramur

Galat. 2
1.Iohã.4
Apoca.1.

quod p naturam assumptã nobis tam propinque
I.Cor. 13 vniri cupit, sicut præsenti peregrinatiõi possibile ex
tat. Et quoniam nunc per fidem, non aũt per speci
em ambulamus. non potest nobis nunc Christus p
speciem copulari. Propter quod restat vt per sacra
menti velamen se nobis nunc copulet. P. Certe suf
ficere potest vnio per gratiam, & nõ exigitur vnio
ista Christi per essentiam. T. Vnio per gratiam quã
uis vere supra omnia merita nostra posset sufficere,
non tamen ardentissimo amatori hæc sufficit,
nec ipsa perfecta est. ¶ Amplius autẽ quo quis æstu
antiori quempiam charitate complectitur, eo ipsi
in omnibus potius auxiliatur, prouidet atq; medetur.
Cum ergo Christus secundum naturam diuinã
in tantum nos dilexerit, quod ad contemplandum,
fruendum, possidendum'q; se nos fecerit, quod vti
q; ad dulcissimam amicitiæ dilectionem veraciter
pertinet, restat vt nobis sibi tam charissimis fidelissime
(& vt tantam condecet charitatem) auxilietur,
prouideat & mediatur. Cum ergo sint secundũ præ
ostẽsa Christi sacramenta quædam medicinalia va
sa, istud nullatenus perfecte fieri poterat, nisi in v
no sacramentorum, non solum gratia, sicut in cæ
teris, sed gratiæ insuper plenitudo, gratiarũ'q; fons
vere contineretur. Ex hoc equidem gratia nobis co
piosissime propinatur. Nam quo fonti quis magis
appropiat, eo de riuis ipsius quantum ex parte fon
tis est exuberantius haurit. P. Cum vnio sit chari
tatis effectus, diuinæ dilectioni Christi in sacramẽ
to præsentia, satis correspondet. T. Aduerte aper-
tius

eius. Quo amator perfectus dilecto suo beneficia plura impendit, eo digniorem ei dilectionis arram & pignus, beneficiorumque memoriale relinquit, dum ab eo recedit, quatenus dilectus gratus sibi existat. Quoniam ergo charitas Christi diuina super nos, summa ac incomparabilis & vere incomprehensibilis extitit, atque beneficia eius omnem linguam ac rationem excedunt, congruebat vt Christus sponsam suam, quæ est ecclesia, corporali præsentia post ascensionem relicturus, efficax eidem, itemque condignum dilectionis pignus, passionis memoriale, beneficiorumque arram desereret. Elucescit autem quod nobilius memoriale, pignus, seu arra esse non valuit nisi corpus eius & sanguis, quippe quæ pro nobis assumpsit & obtulit, atque diuinæ personalitati coniunxit. Prorsus ergo decebat sub sacramento isto mirabili dominicæ nobis dilectionis, passionis & beneficentiæ memoriam relinqui perpetuam. Philosophus. Libenter te audio, quoniam rationes istæ quamquam rebellem non cogant, dulciter tamen sonant, & rationabilem esse fidei traditionem insinuant. Nunc ergo procedeT. Vniuersa ecclesiæ sacramenta ad futurā adipiscendam salutē ordinata instituta'q; sunt: Futurā autē beatitudinem adipisci nequimus, nisi in quodā spirituale esse transferamur, & hoc in baptismo contingit, in quo denuo nascimur. Post adeptionem vero spiritalis cōsistētiæ sicut egemus aliquibus spirituales morbos, id est peccata curantibus,

sic quoq; egemus spiritali edulio, esse spiritale cõseruante, alente, & roborante. Vnum ergo sacramentorum cibus est animæ, cibus vero non tantũ virtualiter, sed substantialiter quoq; vult vniri cibãdo. Cum ergo in eucharistiæ sacramento Christus nobis per modum cibi præstetur, ideo substantialiter in eodem continetur. ¶ At uero in lege naturę, lege etiã scripta varia erant holocausta nõ p se efficatia, neq; placantia nec vltimate intenta, sed cuiusdã futuri & veri sacrificij typus, signũ atq; figura: quod inde clarissime cõstat, quia gratiam nõ continebant, & eadem etiam idolis immolabantur à gentibus, &
Isaiæ. 61. quod deus totiens eadem in prophetis reprobat, si
Hiere. 19 cut scriptum est: Qui immolat bouem, quasi qui interficiat canem. Certum est signũ quod veteris legis hostiæ ad veram hostiam pseipsam efficacẽ at-
Isaiæ. 66 q; placentem ac vltimate intentam non alterius typũ ordinabantur. Talis igitur est hostia nouę legis legis vtiq; gratiæ, sed nulla esse potest hostia talis, nisi corpus & sanguis domini nostri Iesu Christi. Necessario ergo in noua lege corpus Christi & sanguis deo sacrificantur. P. Ante te dixisse recordor, legẽ veterem à deo donatam, quomodo igitur mõ testaris deum illius sacrificia legis reprobasse? T. Pro tempore bona erant, sed quia signa erant veræ hostiæ neq; per se sanctificantia, nec sine fide Christi sufficientia, ideo reprobantur, ne videlicet Iudæi in illis statuerent sibi salutem. Deniq; hoc tibi posterius clarius pandam. Intendo enim adhuc firmioribus stabilimentis fidẽ fulcire, & ad particularia eius

fundamẽ

fundamenta magis descendere. Enimuero ostensurus sum tibi quod sicut eucharistiæ sacramentũ est summe mirabile, sic à deo tam euidenter, tam multiformiter, tamq́ singulariter declaratũ, vt sit summe credibile, nec aliqua de veritate ipsius hæsitatio sit habenda. Deus nanq́ cognoscit nostrum figmentum, nec requireret à nobis tam incomprehẽsibilia credi, nisi plenissime atq́ aperte ostenderet se talium esse actorem. P. Hoc affectuose expecto, promissionemq́ tuam lætanter suscipio. T. Vndiq́ quærit deus occasionem subueniendi atq́ saluandi. Cum itaq́ fides sit tãto amplius meritoria, quò minus comprehensibilis, ideo quoq́ deus hoc sacramentum tã mirabiliter instituit, q̃tenus nos credendo maximum meritum sortiamur, & etiam vt rationem nostram diuinæ autoritati omnino subdamus. ¶ Porrò finaliter addam quod in superioribus tetigi, non scilicet me comprehendere posse quod Iesus iste quem colimus, tam incomprehensibilem doctrinam & fidem, præsertim autem de sacramento tradidisset, si à deo nõ fuisset, sed seipsum quæsisset. Omnes enim qui proprium honorẽ quærebant, siue hæretici siue legislatores pestiferi, à fidei difficultate prout poterant recedebant, ea docẽtes ad q̃ hoẽs amplius inclinãt, & q̃ humanũ intellectũ nõ multũ excedũt, quẽadmodũ intuẽtib⁹ legẽ mahumeti hęresesq́ Arrij, nestorij ac similiũ cõstat Hãc cõsideratione sup<sup></sup>ap, pbaui. t. Adhuc vnũ formabo articulũ ex naturali cõsideratione, quo viribꝰ fidẽ eucharistię cõprobãdo eẽ possibilẽ itẽq́ credibilẽ.

Deductio

¶Deductio ostendens Eucharistiæ sacramentum credibile esse atq; possibile, ex his quæ deus naturaliter facit. Articulus VIII. Theologus.

EOrum quæ fiunt, quędam naturaliter fiunt, nec ea miramur, quæ aũt non naturaliter accidunt admiramur: sed nũc discutiamus subtili indagine, quæ horum secundũ veritatẽ difficiliora maioraq; sint. P, Quorũ naturales rationes vel causas cognoscimus, ea mirari cessamus: quæ vero innaturali ordine fiunt, mirabiliora, difficiliora & maiora merito perhibentur. T, Iam nunc relinquamus istas differentias naturale & non naturale, & contemplemur effectus naturales ac miraculosos seu supernaturales in seipsis, sicq; pensemus qui horum difficiliores atq; maiores rite putentur. Naturale aũt & non naturale non sunt de ratione effectus, sed accidunt ei. P, Conceptum tuum eloquere. T, Transsubstãtiationẽ vnius existentis in aliud preexistens, quemadmodũ in consecratione contingit, ante vehementer miratus es, & tamen cum totius mundi creationẽ audisses, miratus nõ es, eo q naturali ratione creatio elucescat, quę philosophis quoq; quibusdam innotuit P, Ita est. T, Quid ergo difficilius opinaris, cõuersionẽ nõ entis in ens, vel conuersionem vnius entis in aliud Omnis operatio atq; conuersio duos terminos habet, videlicet à q & ad quem, & quo terminorũ maior extat distantia, eo maior exigitur virtus ad operationẽ seu cõuersionem agendam atq; explendam. ¶ Cum ergo

go in creatione terminus à quo sit penitus nō ens, quod vtiq; ad terminum ad quem qui est ens, quodammodo in infinitum distet, consequens est, vt creatio maiorē virtutem requirat, difficiliorq; dicatur, q̄ quæcunq; conuersio siue mutatio, quæ inter duos ē terminos positiuos nō in infinitū distātes.
¶Transsubstantiatio autem panis in corpus Christi terminos habet positiuos, videlicet panē & corpus, quorum non est immensa distantia, cū vterq; sit pura creatura, & in vno prædicamento existēs: difficilior est ergo creatio, q̄ transsubstantiatio. P, Ex parte terminorum bene concludis, sed alia restant consideranda, videlicet quia repugnat rei existenti, vt in seipsam aliud conuertetur. T, Hoc tibi superius improbaui. P, Memini te istud soluisse. T, Audi lucidius. Si sciscitemur ab aliquo, quid tibi difficilius maius videtur, vnire quæ separatim existunt & sunt, vel ea quorum alterum nullū esse habet, aut certe quorum vtrunque nihil est. P, Respōderet vt reor facilius fore ea coniungi quæ existūt, quoniam minus distant. T, In resurrectione defuncti quid fit? imo in vltima resuscitatione mortuorum quid fiet, nisi eorum coniunctio quorū vtrūque existit? Rationalis equidem anima immortalis est, materia quoque ingenita & incorruptibilis est. Cum ergo anima separata corpori reunitur, copulantur ea quorum vtrunque præextitit. P, Vtique. Theologus, Cum homo generatur, vniuntur ea quorum aliud nullum esse præhabuit.
Quoniā

Quoniam vt Aristoteles asserit, In eodē actu non præcedit potentiam, nec forma naturalis esse habet extra vel ante materiam, quo ad suā originem. P. Hoc omnes Peripatetici dicunt, non tamen Platonici. Ego autē Peripateticis prorsus consentio. T. Amplius ergo miranda, magisq; difficilis est naturalis generatio hominis in qua anima de non esse producitur, quā resuscitatio in qua anima præexistens corpori copulatur. Cur ergo mortuorum resurrectionem tantum miraris, & mundi creationem, imo rationabilium quæ quotidie creantur animarum productionem surda aure pertransis? P. Quæ tibi obijcere possem, ante soluta cognosco. T. Locationem integri corporis Christi in angusto loco in hostia mirari non sufficis, & locationē totius mundi in nihilo non attendis neq; miraris. Nēpe vt Aristoteles tuus testatur, Extra mundum nihil est, nec tempus, nec locus, nec vacuum. Quid ergo fulcit, quid locat, sustentat, conseruatq; orbem? Præterea elementorum ordinationem intuere & situm. Si consideretur vniuscuiusq; natura secūdū seipsum, quid mirabilius quā firmatio terræ super aquas? quā aquarum conclusio ne terrā operiant?

Psalm. 32 sicut de deo scriptum est: Congregans sicut in vtre aquas maris ponens in thesauris abissos. ¶Deniq; qua proprietate descendit naturaliter ignis in generatione mixtorum: Hæc omnia deus benedict⁹ & felix semel instituit, & nunc vsque immobiliter perseuerant. Nonne æqualis virtutis est hæc semel fecisse, & indesinenter ita seruare? Sunt autem & a-

lia

lia naturalia multa quæ ratio sic esse conuincit & inuenit, modū tamen comprehēdere nequit. Quis enim explanet quemadmodum materia & forma vnam naturam efficiunt, cum sint primo diuersa, quomodo etiam vna cum dimēsionibus vbilibet simul sunt. Porro quis diuinæ virtutis potentiam atq; omnipotentis dei imperium in totius mundi dispositione, in cœlorum rabidissima ac celerrima atq; quotidiana reuolutiōe satis miretur? P, In istis atq; conformibus dei resplendet maiestas. T, Præter ista quæ naturali cursu peraguntur & ordine deus quædam sibi reseruauit, quæ opportuno faceret tempore, ad stabiliēdum cōprobandūq; fidem: & hæc magis miramur, non quia vere maiora, sed quoniam rariora. Quotidiana nēpe dei opera, non facilitate, sed assiduitate viluerunt. En quomodo modica pupilla, totius hemisperij species recipit. Quomodo simul & semel innumerabiliū penè rerū colores, formas, figurasq; suscipit, quomodo quodlibet punctū coloris totum mediū replet, quomodo in eodem instanti radius solis ab oriente vsq; in occidentē diffunditur. P, Talia plurima esse non ignoro, in quibus primi opificis ineffabiliter splendet prudentia. Sed redeamus ad ea quæ fidei sunt. Theologus, De parua illa placenta ista tibi sufficiunt, an plura requiris? P, Hac vice sufficiunt, postmodum vero vti spondebas, me plenius instrues.

¶De angelorum custodia.
Articulus Nonus.
Theologus.

Doce-

DOcemur quoque ô philosophe singulis o-
minibus singulos esse deputatos ange is à
conceptionis exordio, vt eos custodia t, à
nocumentis præseruent, ad bona instigent, (in
his quæ ad beatitudinis adeptionẽ spectant a iu-
uent atque prouideant. P, Secundũ Peripatetico: in-
telligentiæ quas tu angelos vocas, sunt locoẽ : o-
peratione immobiles, quomodo ergo ad hum inã
deputantur custodiã? Deniq; secundũ eosdem, in-
telligentiæ non multiplicantur, nisi secundũ nũ me
rum vel orbium, vel motuum eorundem, no ı er
go singulis hominibus singuli deputati sunt ange-
li, cum hominum numerus tam cœlorum quã cœ
lestium motuum numerũ valde excedat. Præterea
quomodo agunt in homines? T, De numero, ordi
ne & natura substantiarũ separatarũ aliter loquit
fides catholica, quã naturalis philosophia. Sed nũc
accipiamus vnum punctũ, & cætera posterius per
tractemus. P, Nunc de ipsa custodia disputemus.
Quid itaque necessaria est homini ista custodia? Nõ
ne ratio fide illuminata sufficiens est? T, Exigit or
do rerum inferiora per superiora disponi ac regi.
Cũ ergo homo ratione intellectualis quã sortitur
perfectionis, cum angelorum natura cõmunicet,
atque ad eorundẽ consortiũ ac felicitatis æqualita
tem pertineat, prout ante ostensum est, ordinatissi
mum est homines angelorũ directione gubernari,
illuminari, iuuari,, nec ratio cũ fide sufficiens est, eo
q̃d ab vltimo fine homo longissime distet, & pro-
pter

pter aduersas aereas potestates propriãq; fragilitatem ac multa pericula difficillime ad eum pertingat. Vnde angelica indiget ope, quę aduersarios nostros cohibeat, ne quantum desiderant atq; possent noceant, resistant & temtent. Gratiam quoq; nobis procuret, ad bonum inciter nos, obsequium nostrum perficiat, deoq; offerat. P. Quomodo gubernant atque illuminant nos, & an localiter descendant ad nos? T. Gratiam infundere & sapientiam creando pręstare solius est dei. Angeli vero nos gubernant, quia intellectum illustrant, intelligibiles ei species proponendo, itemque imaginatiuas formas in interiori sensu formando, ex quibus anima docetur, & quid operandum sit intuetur. ¶Præterea dixi tibi quod angelus illuc est vbi operatur, nō circunscriptiue, sed diffinitiue. Ideoq; angeli ad homines localiter veniunt, recedunt & redeunt, prout homo meretur, vel deus disponit, vel ipsi decere agnoscunt. P. Non intelligo quomodo angeli intelligibiles, & item imaginarias species in nobis forment, proponant & imprimant. Pręterea cum sint spiritus immateriales & simplices, qualiter moueri possunt? Sicut enim agere & mouere est formæ, sic moueri & pati ad materiam pertinent. Insuper cum tanta sit angelorum virtus & sapientia atque solertia, mirum est homines posse errare quibus tales ac tanti assistunt custodes. Theologus. Tria proponis, de quorum primo te tantum dubitare non decet, quippe q in naturali sapientia, tā eximius es.

Nam

Nam&philosophi tam Peripatetici quã Platonici, homines à motoribus orbium seu intelligentijs illuminari & dirigi astruunt, licet singulis hominibus singulis præesse angelos non nouerunt. Denique sicut in libro causarum dicitur, inferiores intelligentiæ vultus suos in superiorum lumina intelligẽtiarum proijciunt, atque ab eisdem docentur atque perficiuntur. P. Cum nostra cognitio à sensu oriatur, itemque dependeat, quomodo ab angelis doceri potest intellectus humanus? T. Hãc dubitationẽ Auicenna alijque naturales soluerunt. Verum est equidẽ quod nostra cognitio originem habet à sensu, sed cum anima scientijs atque virtutibus fuerit adornata, tunc cœlestium illuminationum capax efficitur. P. An anima illuminationem ac intelligibiles formas ab angelo immediate atque in propria puritate recipit, an mediante corporeo aliquo medio? T. Hę quæstiones ad fidei necessitatem non pertinẽt Et sicut de eis variæ senserunt philosophi, sic & theologi. Hoc aũt palam, quoniam quod in corporalibus facit situs, hoc in spiritualibus efficit ordo, Cũ ergo sit anima in vmbra intelligentiæ condita, naturaliter vtique ab ea illuminari potest, sed an mediãte corporali vehiculo, vel spiritualiter influẽdo, an formas imaginatiuas formando, disputabile est. Verũtamẽ hoc certissime noueris, quia secũdũ fidẽ etiam indocti, illiterati, pueri, imo infantes, vicissim diuinitus spiritualiter supernaturali manerie illustrantur, quod de anima Christi ante innotuit, & Iohanne Baptista cognoscimus. P. Quoniam ea q̃ fidei

fidei pertractandi assumpsimus, de his te fatigare amplius nolo. ¶ Ad secundum ergo responde. T. Quoniam grandis & nimium grandis nobis restat via, ea quæ per se atq; directe ad fidem non spectãt celeriter percurramus. ¶ Ad secundum igitur dico quod sicut angeli non habent materiam philosophicam, nec corpus sibi unitum, ita nec successiuũ temporalemq; motum habent, sed in instanti mouentur. P. Nunquid ergo in eodem instanti sunt in cœlo & apud nos? T. Nequaq̃, sed cum non sint puri actus, imò sint potentialitati permixti, mouentur loco, non tempore discreto. Ponunt aũt theologi tempus discretum in quo sunt plura nunc vicissitudinata ac proxima, & sic inter nunc, quo est angelus in cœlo, & quo est in terra, est nunc medium in quo mouetur. P. De hoc plurima sciscitarer, sed ob causam iam tactam post pono. Quid itaq; ais ad tertium? T. Multos hominum deperire imò saluari paucissimos, nec diuinæ prouidentię nec angelicæ est custodiæ derogans. Nam cum sit homo arbitrij liberi, volens, ratiocinansq;, non decet eum à deo vel angelo gubernante compelli aut necessitari, sed moueri & allici, semper nihilominus propriæ electioni relinqui. P. Pagani atq; increduli vniuersi, nunquid & ipsi angelos singulos habent? T. Prorsus habent. P. Ad quid cum nihil ꝓsint eisdem? T. Propter nostram maliciam nõ desinit bonitas dei operari quod in se est, eamq; decet. Et entium ordo requirit. Ideo omnes homines angelos habent custodes, quoniã sicut naturaliter reguntur corpora mũ

T dana

dana à super mundanis cœlorũ corporibus, sic naturale est homines ab angelis gubernari. Porro qđ dicis hanc eis nihil prodesse custodiam, scito quod partim prodest, partimq́ licet accidentaliter obest. Prodest quippe quoniam tam malus nemo eẽ potest, quin ad minus per custodem angelum a multis retrahatur peccatis. Non enim in toto frustraẽ angelorum solertia, vel creatoris intentio. Obest q̃que per accidens, quoniam inde damnatio nostra grauior iustiorq́ videtur, & peccata quoq́ enormiora, q̃ tantis ac talibus parere nolebamus custodibus. P. Qualiter pareremus quos nec nouimus neq́ audiuimus? T. Hoc nostra est culpa quod nõ nouimus eos. Ipsi nempe inuisibiliter animę nostrę loquuntur exhortando monendoq́ eam. Nos autẽ exterius fusi, ad caduca conuersi, in peccatis demersi, non aduertimus neq́ sentimus eorum instinctũ. Si vero quod in nobis est faceremus, eorum vtiq́ ope ad salutem pertingeremus. P. Iam si tibi videtur de ordine angelorum & numero differamus.

¶De numero angelorũ & ordine. Artic. X. Theolo.

ALiter sicut disserui, de numero & ordine substantiarũ immaterialium quas philosophi intelligentias, nos aũt angelos appellamus erudit fides, q̃ philosophia humana. P. Sicut pręrigi secũdũ summos Peripateticos numerus intelligẽtiarũ vel purificatur motibus, qui in cœlestibus sunt, vt tot sint intelligẽtiæ q̃t motus cœlestes, aut certe quot sunt mobilia. Nunc ergo declara quid Christiana testetur doctrina. T. In propheta verissime scriptum est:

ptũ est: Milia milium ministrabant ei, & decies mili es centena milia assistebant ei. Quod de angelis & deo cui assistunt & ministrant accipi par est. P. Incõparabiliter penè excedit numerus iste angelorũ numerum à philosophis assignatũ, sed dic an numerus prætaxatus determinate designet multitudinẽ angelorum an non? T. Hanc quæstionem Ariopagita Dionysius soluit in libro de hierarchia cœlesti. Nullo enim modo numerus iste complectitur multitudinem angelorum, sed in eo innuitur, quod prorsus innumerabilis sit angelorum pluralitas, Scriptũ quippe agnoscimus: Nunquid est numerus militũ eius? id est angelorum dei. Deniq; dixi tibi, singulis præesse hominibus angelos singulos, qui tamen omnes de nouem angelorum ordinibus infimum chorum constituunt, vt Dionysius docet & probat. Ad minus ergo tot sunt de infimo ordine angeli quot nũc in vniuerso mũdo homines sunt, & forte multo plures existunt. Certũ aũt opinor iã actu plures esse homines in mũdo, q̃ numerus tibi inductus cõtineat. Plures igitur sũt de infimo ordine angeli q̃ milia miliũ & decies milies cẽtena milia P. Quot ponis ordines angelorũ? T. Deo reuelãte, non homine indagãte scimus quanouẽ sunt videlicet angeli, archangeli, principatus, potestates, virtutes, dñationes, throni, cherubin, seraphin. P. Cur dicta sunt milia miliũ ministrare, decies vero milies cẽtena milia deo assistere. T. Quãq̃ oẽs angeli sancti intima dei visiõe falicitate pfruãtur, qdã tñ ad ministeria exteriora mittũtur, & hi ministrare dicũtur, quis & ipsi deo assistãt.

Qui vero ad exteriora non mittuntur agenda, appropriate perhibentur assistere, quoniam ad inferiora nunquã descendunt. P. Cum omnes angeli qui hominibus præsunt, de infimo choro sint, videt quod soli infimi ordinis angeli administrent. T. Angelorum ministerium non tantum cõsistit in custodia hominum, sed in alijs multis, sed quoniam hoc tibi euidenter pandere nequeo, nisi cœlestium hierarchiarum, angelorumq; ordinum distinctionem ac proprietates posuero, ideo hanc quæstionem in sequenti articulo declarabo. Nunc vero intantũ perhibeo, quod de pluribus choris quã vno mittũtur. P. Dilationem hanc æquanimiter fero. Vnum aũt interrogo. Sunt ne numero pares, angeli singulorum chororum? T. Non. P. An plures cõtinentur in inferioribus choris quã superioribus? T. Secundum sacratissimũ diuinissimũ ac theologissimũ Dionysium. Quo fuerit in cœlestibus hierarchijs ordo superior, eo plures in ipso angeli continentur, sicq; descẽdendo, semper chorus inferior pauciores continet angelos, & huic positiõi sanctus Thomas cõsentit. P. Secundum hoc angelorũ numerus prorsus oĩno inæstimabilis extat. T. Verum est quo ad nos. Veruntamen non duntaxat deo, sed omnibus insuper beatis in patria certissime agnitus est, omnium qui in cœlis sunt angelorum ac hominum numerus. P. Hoc ipsum ante probasti cum de felicitate disputabamus sanctorum. Sed parum tibi obijcio. Nam vt Aristoteles arguit, conformis est numerus motorum atq; mobilium, Cum itaq; intelli

gẽtiæ

gentiæ motores sint orbium, non multiplicantur vltra orbium numerum, vel motuũ eorundẽ Præterea ordo rerum connexionẽ sortitur, & nõ multiplicantur entia nisi secundum exigentiam ordinis vniuersi. Non ergo multiplicantur substantiæ separatæ, nisi vt exigit ordo cœlestium orbium, qui cũ eis connexi sunt ¶ Atuero quo aliqua à primo ente minus recedunt ac distant, eo simpliciora sunt & minus multiplicantur. Distantia vero à primo cõpositiõis est ratio, & multitudinis diuersitatisq; causa. Sequitur ergo quod quo in cœlis fuerit angelorũ chorus deo vicinior atq; sublimior, eo pauciores in ipso contenti sunt angeli. T. Tres rationes introduxisti, quarum est prima Aristotelis, secũda Rabimoysi, tertia aũt Platonis. Porrò rationes istas dissoluere facile est, Nam Aristoteles personaliter confessatus est, rationem suam probabilem esse ac topicã, non autem demonstratiuam. Itaq; ad eam cito respondeo, quod inferiora ordinantur ad superiora, non autem econtra. Cum ergo substantiæ separatæ cœlestibus sint præstantiores mobilibus, ipse finaliter ordinatæ non sunt ad spheras cœlestes. Vnde non oportet eas parificari numero orbium, neq; motionum cœlestium. ¶ Deniq; de ratione essentialiq; proprietate intelligentiæ non est mouere orbes, vel mediante orbe in hunc mundum influere. Quamuis ergo motores cœlorum ipsis mobilibus pares sint inquantũ motores, nõ tamẽ intelligẽtiæ. ¶ Ad secundum quoq; dicendum, quod intelligentiarum connexio ad orbes cœlestes non est essen-

tialis, imo sine orbibus & esse & agere possunt, nec sunt ordinatae ad orbes finaliter, sed cōcomitanter, sicut principale agens ad instrumentale. Veruntamen species vniuersi instar numerorum connexae sunt, secundum naturalium gradus perfectionum.
¶ Porro tertia ratio magis ponderanda est, quoniam propter eam beatus Gregorius asserit, in altioribus angelorū ordinibus pauciores esse personas seu angelos, sed hoc ad fidem non pertinet, an plures an pauciores sint in altioribus choris. Nihilominus magni Dionysij positionem saluando, cui vtique magis consentire oportet, dicendum quod ratio ista necessaria non est, nisi ad hunc sensum, quod angeli deo viciniores sunt simplicioris essentiae, quia plus habent de actu & minus de potētialitate admixtū. Non tamen oportet vt numerus personarū sublimiorū chororū minor sit numero angelorū chororū iferiorū, & hoc rationabiliter dicitur. Cū enim in deo instituta sit mūdi molitio, vt in rebus creatis resplēdeat diuina pfectio, decet vt prima ac summa in ordine vehementius multiplicentur, quatenus per hoc diuina perfectio in entibus excellentius elucescat. P Nunc iuxta pmissum de distinctione ordinum angelorum prosequere.

¶ De ordinibus atque hierarchijs coelestibus
Articulus vndecimus.

Theologus.

Reuelante spiritu veritatis, nouē esse ordines angelorū agnoscimus. Tres vero sunt hierarchiae angelicae, quarū vnaquaeque tres in se ordines

dines habet. P. Ne infructuose loquamur, primo mihi diffinias quid sit ordo, quid etiam hierarchia. T. Ordo angelicus prout nunc de eo colloquimur, est multitudo cœlestium spirituum, in aliquo speciali gratiæ dono communicantium. Hierarchia vero est sacer rationalium personarum principatus per gradus, actus, gracias atque officia ordinata distinctus. Phi. Iam singulorum ordinum proprietates declara. Theol. Quilibet ordo angelicus ab illa perfectione seu gratia denominatur, quam speciali appropriatione sortitur. ¶ Porro primę hierarchiæ ordines sunt seraphin, cherubin, throni. Quorum distinctio secundum tres actus ad fruitionem pertinentes accipitur, qui sunt dilectio, cognitio, tentio seu comprehensio. Seraphin itaque nomen hæbraicum est, & incendens seu calefaciens interpretatur. Hoc igitur nomē designat ꝙ angeli primi chori ęstuantissimo omnipotentis dei ardēt amore, cæterosque angelos diuina dilectione inflammant. ¶ Præterea cherubin quod item hæbreum vocabulum est, scientiæ plenitudo interpretatur, innuitque angelos ordinis secundi, singulari fulgere claritate scientiæ, & in omni splendore atque acumine sapientię esse præcipuos. ¶ Throni autem ideo dicti sunt tertij primæ hierarchiæ ordinis angeli, quia diuinitatis sedes sunt: Nempe ad deum in se recipiendum atque tenendū familiariter sunt aperti, vt propter vicinitatē q̄ habēt ad deū, in eis deus sedere, ac p eos, iudicia sua phibeat disponere.

P. Cum prædicti tres actus ad fruitionem pertinentes omnibus sint beatis communes, cur ab eis primæ hierarchiæ ordines appellantur? T. Non proprie denominantur ab ipsis actibus, sed ab excellentia actuum prædictorum. Seraphin nanque nõ ab amore, sed ab excessiuo amoris ardore nomen sortiti sunt. Sic cherubin, ab eminenti scientiarum acumine nuncupantur. ¶ Denique licet in supernis ordinibus sint quædam vniuersis communia, quilibet tñ ordo ab eo quod sibi completiue & singulariter cõuenit dicitur. P. Quo quis deum ardentius diligit, eo vtique eum profundius, clariusque cognoscit, præsertim in cœlo, vbi habetur de deo distincta cognitio. Cum ergo seraphin deum feruentius amet, videtur quod eum clarius noscant. Nõ igitur cherubin ab excellenti plenitudine cognitionis diuinæ nomen accipiunt. T. Fateor quod seraphin lucidius deũ cognoscunt quam cherubin. Nihilominus duplici ratione dicta sunt cherubin, ab eminenti scientia. Primo quoniam donum sapientiæ familiarius receperunt, & in ipsis cæteris ipsorum donis præfulget. ¶ Secundo quoniam cum scientiæ plenitudinem habere dicuntur, comparatio huius excessus respectu inferiorum ordinum quos illuminant intelligẽda innuitur. P. Nunc si libet ad mediam hierarchiã progredere. T. In ea quoque tres ordines sunt, videlicet dominationes, virtutes, potestates, quorũ proprietas itemque distinctio per comparationem ad exteriùs ministerium, mundique regimen sumitur, sic tamẽ vt in eis illimitata virtus ad mundi dispositionem

intellig-

intelligatur. ¶ Porro ad regimen boni communis tria exiguntur. Primum est vt sit aliquod dirigens, circa agenda & imperans ea. Secundum est efficatia exequendi dirigentis imperium Tertium ē impedimenta repellere quæ bono pacis sunt aduersas horum itaq; primum pertinet ad dominatiões, Secundum ad virtutes, quibus ob vigoris fortitudinem miraculorum ascribitur actio. Tertiū ad potestates, quibus competit dæmones cohibere, aerē asq; malignitates arcere, ne tantum obsistant noceantq; hominibus, quantum & possent & vellent. De his sic ait octauo cœlestis hierarchię capitulo, diuinus Dionysius: Dominationes dicuntur, quoniā ab omni indecenti seruitute, & subiectione sunt liberæ, atq; ad principē luminum, fontē omnis principatus & vitæ à prima hierarchiā immediate sursum actæ, nec vlla quæunt violentia premi, sed indissolubilem atq; eminentem supra subiectos sibi spiritus sacros angelicos dominationē adeptę sunt, per quam ad diuinæ dominationis imaginem, subiectos confirmant, & per deiformes inditas sibi gratias, inferiores sibi assimulant, atq; ad deiformem imitationem perducunt. ¶ Porro nomen sanctarū virtutum infatigabilem virilemq; designant inesse fortitudinem essentijs ordinis huius, ad efficiendū omnes operationes fortissimas ordini suo congruentes, nec in aliquo imbecilliter infirmatam, sed in deiformem imitationem potenter reductam, & itē sibi subiectos ad supersubstantialem dei virtutem ordinatissime conuertentem. ¶ Porro nomen potestatum

testatum cęlestiũ ordinariam declarat spirituum huius ordinis potentiam, ad influxiones diuinas inconfusibiliter participandas, atq; ad communicandas præstitas sibi bonitates infimę hiecarchię, ad ampliorem diuinitatis amorem atq; notitiã eã erigẽdo. ¶Præterea infimæ hierarchię ordines potestatem limitatam habent, vel ad vnam prouinciam. & sic sunt principatus, vnde spiritus de primo ordine vltimæ hierarchiæ regnis atq; eorum principibus præsunt: vel ad vnam personam, quod dupliciter accidit, quia id quod circa personam exercent: vel pertinet ad bonum commune, licet per actum personæ compleatur, & sic sunt archangeli, qui præcipua nunciant. Aut id quod circa personã efficiunt ad psonã singulariter pertinet, & sic sunt angeli quasi minima nunciantes, & singuli eorum singulis præsunt hominibus. P, Ex determinatione inducta responsum mihi intelligo ad quæstionem quã petebam qui angeli mitterentur. T, Quid ergo putas? P, Te potius opto audire. T h, Elucescit ex præhabitis q̃d quãdoq; ordinibus inferioribus ministrare seu mitti cõueniat, assistere vero tribus ordinibus Dominationes autem quasi medio modo se habent, & cum vtrisq; communicant. P, Ex hoc sequi videtur quod plures mittantur quã assistant. T, Secũdum Gregoriũ ita est Sed secundum Dionysium qui ait nobiliora in entibus vehementius multiplicari, oppositum est tenendum. Nempe secundum eum plures sunt archangeli quã angeli, plures principatus quam archangeli, plures
po

potestates quàm principatus, sicq; ascēdēdo multi tudo ordinis seraph in ordinem angelorum in personis multum valde excedit, & forsitan plures continet quàm duo infimi ordines, Huic quoq; positioni magis consentiendum opinor P, Cum secundum dicta à te quidam homines in præsenti vita tantæ gratiæ atq; excellentiæ fuerint, vt minima nunciarent vt angeli, vel magna sicut archangeli, vel regnis præessent vt Principatus, dæmonibus imperarent vt Potestates, miracula facerent sicut Virtutes, cæteris formam seriemque gubērnandi præstarent, quemadmodum Dominationes, deum in se susciperent, vt Throni, scientia quoque fulgerent, vt Cherubin, atque charitate feruerent vt Seraphin Cur etiam non omnia ista eidem angelico ordini, eidemque angelo insunt & competunt. Theologus, Etiam vniuersa prætacta eidem possunt angelo conuenire, multo vtique excellentiori potentiorique modo, quàm alicui viatori. Etenim qui minor est in regno cœlorum, id est, infimus angelorum, maior est illo, id est, Iohanne Baptista, quo sanctior nemo inter natos mulierū surrexit. Vnde innotescit nouissimum angelorū eminentiorem prorsus existere perfectissimo viatorum, quamdiu in via est. P, Si ita est, quomodo distinguuntur per hæc ordines angelorum? T, Quia vnusquisque eorum aliquod prædictorum ex propria ratione, specialiq; modo sortitur Nihilominus vnus angelus virtute alterius & per participationem doni superioris agit quod superioris est.

P, Multa

P, Multa mihi dixisti, quæ mihi dubium ingerunt & de his plenius certificari concupio. T, Compendiosius quo vales ea propone.

¶ Inquisitio philosophi circa præinducta, & de actionibus hierarchicis, ac alijs quibusdam vtilibus dubijs. Articulus XII: Philosophus:

QValis est ista ordinum angelicorũ distinctio? Nunquid per essentiales differentias tradita est? T, Quid quæris modo? Quis enim in vita præsenti essentiales differentias substãtiarum separatarum cognoscere potest? ad quarũ notitiam sic se habet intellectus noster, sicut oculus noctuæ ad lumẽ solis, secundũ Aristotelẽ tuũ. P, Arbitraris ergo non posse hominem in hac vita ad cognitionem essentiæ substantiarũ separatarum pertingere? T, Quid hoc attinet ad præsentẽ indaginem? hoc autem dico, quod earum per essentiã seu vltimatam differentiam cognitio præsenti est statui vel impossibilis aut certe difficilis. Denique sicut de hac quæstione inter gentiles philosophos dissentio est, sic & inter philosophos christianos, imo inter viros præcipuos valde catholicos. Phi, Opto tamen audire a te, quid tu ipse magis existimes. T, Viri doctissimi S. Thomas & Aegydius de Roma asserunt nos non posse hanc cognitionem naturaliter adipisci. Veruntamen vir valde præcipuus, & in Peripateticorũ omniũque antiquorũ philosophia multum edoctus Albertus, oppositũ censet, cui magis cõsentio, præsertim propter duo: Primo quoniam omnes pene Peripateticos meliores videli-

videlicet Auicenna, Auerrois, Algazel, Alexander, Auemphote, Alphorabius quoq; hoc astruunt, licet in modo ponendi non concordent. Secũdo q̃a principalis Thomę & Aegydij ratio, vtpote quod intellectus noster nihil intelligere sine phantasmatis præintuitu possit, mihi insufficiens apparet. Nã & prædicti philosophi eam plene soluerunt, nec enim valere videtur, quoniam ea supposita, naturali ratione demõstrari non posset immortalitas animæ rationalis. Si enim sine speculatione phantasmatis nil prorsus contemplari valemus, omnis vtiq; actio animæ, etiam intellectiua & summa, à corpore dependeret, nec sine eius ministerio fieri posset. Quod autem sine alio operari non potest, nec sine ipso subsistere valet, vt Thomas quoque concedit. Nõ ergo sine corpore anima esse posset. Sed ad hoc isti respondent, q̃ anima separata habet alium modum essendi extra corpus, quam in corpore, & per consequens alium modum intelligendi, & sic sine corpore consistere potest. Hæc autem solutio præsupponit quod erat probandum, vtpote animam posse separari, quod nihilominus probant, potissime per hoc quod intellectus abstrahit ab his, & nunc & in sua operatione perficit, per recessum à materia, & ita sine corpore agere potest. ¶ Hæc autem ratio atq; consimiles nihil conuincunt, si intellectus sine phantasmate in hac vita intelligere nequit. Diceret enim quispiam q̃d quantumcunq; intellectus abstrahat, semper tamen ad phantasma dependet, quod inorganica cõsistat po
ten

tentia,& sic nulla in anima actio apparet, q̃ à materiali virtute & forma libera fit, & ergo ex nulla animæ operatione immortalitas eius pareret Operatio enim arguit formam, & ex qualitate agendi peruenimus ad agnitionē substantiæ rei. Deniq; de hac materia latius disputarē, si ad ꝓpositū pertineret. P, Difficultas ista vt optime noui hinc inde ꝓbabilis ē, sed reuertamur ad intētū. Ordinū ergo angelicorū distinctio, ꝑ accidētales differētias ac proprietates est data. T, Ita est. P, Ponūtur ne accidētales istæ differētiæ loco essentialiū differentiarū? T, Non, imo q̃uis essentialis angelicorū ordinū differentias distincte sciremus, nō tamen per eas traderetur distinctio ordinū, P, Quare? T, Quoniā in diffinitione ordinis positū est, q̃ in eodē munere gratiæ, cōueniant q̃ eiusdē sunt ordinis, q̃d etiā ex diffinitione hierarchiæ in p̄cedenti articulo posita cōstat. Gratia aūt ad essentialē differentiā perfectionem vel distinctionē nō pertinet. P, Distinctio rei per essentialia potior est q̃ ꝑ accidentalia, ergo distinctio ordinū angelicorū magis accipienda ē secundū gradus donorū naturæ, q̃ munerū gratiæ. Præterea spiritus angelici seclusa gratia adhuc ordinē haberent ac ordinatā cōnectionē ad inuicē, sicut species vniuersi. T, Sicut ostendis, distinctio ordinū angelicorū est inchoatiue radicaliterq; à natura, seu secundū naturales angelorū differentias, cōpletiue tamen est a gratia naturā informante ac ꝑficiente, Cū enim sit hierarchia sacer principatus, intētio cuiuslibet ꝑsonæ hierarchicæ ē, & se & sibi

subiectos

subiectos ad primum principem, omnis regiminis fontem ordinate reducere: hęc autem reductio nõ nisi per gratiam fit, sicut & vltimus finis, videlicet fruitio diuinitatis supernaturalis existit. P, Distinctio rerum à summis earũ proprietatibus operationibusq; sumenda est, sed nunciare minima nõ videtur summa proprietas angelorum, sicut nec dignissima actio archãgelorum est maxima intimare, & ita de aliis. Non ergo ordinũ est conuenienter assignata distinctio. T, Palam est quod nobiliores proprietates actionesq; habent, secundũ quod beati sunt deo fruentes, nec vnquam ab intimis recedentes, quam officia quæ forinsecus exhibent, sed per illas non sortiuntur rationem hierarchicam, nec mutuam in principiãdo ac influẽdo subalternationem, Ideoq; distinctio ordinũ per dignissima datur angelorum officia, prout hierarchicam proprietatẽ participant. P, Secundũ dicta à te, mundus iste quo ad præsentem peregrinationis statum cessabit, tũc itaq; annunciatio atq; prælatio ista, dæmonũ quoque cohertio, miraculorũ actio definẽt, ergo & ordines angelici, qui per hæc distinctionem adepti sunt, tunc cessabunt. T, Quo ad hoc cessabũt, quod non habebunt operatiões tales, quales iam habẽt, non tñ cessabũt secundũ substantiã neq; simpliciter, qa nec rõ ordinũ in sola exteriori administratione consistit, sed etiam in mutua purgatiõe, illuminatione ac perfectiõe, ac subordinatione, quemadmodum S Dionysius plenius edocet. Deniq; licet tunc ipsum exterioris ministerij opus cessabit,

non

non tamen virtus & gratia per quas ad opera idonei quantum in ipsis est permanent. P. Cum iuxta præhabita omnes angeli sancti diuinam contemplentur essentiam, quid eis necessaria est illuminatio mutua? Rursus quomodo purgantur in quibus immunditia nulla est? quomodo demũ perficiũtur à seinuicem cum omnes ex diuina fruitione perfecti beatique sint? ¶ Insuper cũ amor & cognitio ad fruitionem seu felicitatis essentiam quæ à solo deo est spectent, quomodo ais vnum angelum ab alio ad ampliorem dei notitiam atque amorem perduci? T. Tres esse noueris actiões hierarchicas, scilicet purgationem, illuminationem, perficientiam. Ordo enim hierarchicus in omnibus angelis est, vt à superioribus inferiores purgentur, illuminentur ac perficiantur. Hæ autem operationes tam actiuæ quàm passiuæ acceptæ, non attribuuntur angelis, quo ad ea in quibus essentialis eorum beatitudo consistit. Omnes nanque immediate secundum propriam capacitatem diuinam cernunt essentiam, sed quoniam iam ante palam declaraui, quare & quomodo non omnes beati deum videndo æque multa in ipso de diuinis effectibus, occultisque misterijs atque diuinorum operum rationibus recognoscũt, sed superiores angeli horum plura in verbo dei vident, quam inferiores, ideo de istis vnus alium docet, prout hierarchiæ intentio exigit. ¶ Porro, ad doctrinam tria cõcurrunt, videlicet ignorantiæ expulsio, luminis influxio, & ipsa cognitio. Propter primum horũ vnus angelus purgare alium dicitur, non ab impuritate vel cul-

vel culpa, sed sicut Dionysius ait, à nescientia minorationeque luminis. Propter secũdum vnus alium illuminat. Propter tertiũ aũt & perficit. Et per hoc omnes tuæ instantiæ vltima dempta, solutæ sunt. Dicendum aũt ad vltimam, quod amor & cognitio ex vnione ad deum procedentes sunt de substãtia beatitudinis. Est aũt & amor atque notitia dei ex diuinorum consideratione effectuum manans, & p̃mium accidentale concernens, & quo ad hos docet atque inflammat superior inferiorem. P. Hęc tua responsio naturali philosophiæ pulchre cõcordat. Nam vt in libro de causis dicitur: Intelligentiæ inferiores proijciunt intellectuales suos vultus in lumina intelligentiarum, ordinum altiorum & docẽtur ab eis. T. Verum dicis. Denique scias quod secũdum diuini Dionysij dogma, angeli primæ hierarchiæ cognoscũt diuina mysteria, & effectus in ipso diuinæ lucis fulgore. Angeli vero secundæ hierarchiæ in vniuersalibus rationibus rerum & formis à prima hierarchia sibi influxit. Angeli aũt infimæ hierarchiæ in rationibus speciebusque rerum particulariorius ac magis diuisis, & plurificatis. Vnde formæ intelligibiles eorũ, nostro sunt intellectui amplius proportionatæ, P. Hoc nihilominus in libro de causis habetur, quo ad duo vltima puncta. Sed quæro vtrum ne etiam angeli ordinum primæ hierarchię se inuicem illuminant? T. Vtique. Vbi agnoscis quod triplex assignatur angelorum distinctio, secundum magnũ Dionysium. Vna est hierarcharum ab inuicem. Secunda ordinũ eiusdem hierar-

chiæ. Tertia angelorum eiusdem ordinis. In quolibet equidem ordine sunt angeli primi, medij & vltimi. In his igitur omnibus semper superior inferiorem potest docere. ¶ Denique anima Christi propter vnionem cũ verbo, summos ac primos illuminat angelos. P. Cur ergo dixisti primæ hirarchiæ angelos in ipso diuinæ claritatis splẽdore immediate diuinos effectus conspicere T. Quia plura in deo cognoscunt quam cæteri, & quoniam deo dicũtur assistere, inferioresque hierarchias perficere.

¶ Inuestigatio philosophi quomodo angeli tã boni q̃ mali singulares actus, & circũstantias hominũ cognoscere queant. Articulus .XIII. Philosophus.

Dubitatio insuper mihi exoritur, Si enim angeli hominibus per custodiã præsint, oportet quod omnia quæ circa homines accidũt sciant, & indiuiduales quasi ꝑ proprietates ipsorum cognoscant. Quomodo itaque hoc esse possit non video. T. Ad hoc quidam diuersimode respondent, sed illa omitto, & nunc tecum suppono, quod angeli incorporei sunt, & materiali sensu carentes, propter quod cognitionem à rebus visibilibus accipere nequeunt, nec etiam sufficit fidei nostræ Auicennæ positio, qui licet saluet intelligentias singularia posse cognoscere, saluare tamen non potest neque cõcedit, quod deus vel intelligentiæ seu angeli singularia noscant, secundum hic & nunc, cæterasque indiuiduales conditiones ac circunstantias. P. Quid ergo respondes? T. Formæ intelligibiles quas angeli habent, ab Ideis diuinæ mentis procedũt, Idealiũque for-

formarum virtutem proportionabiliter seruant & continent. Sicut ergo deus per Ideas seu exemplares suæ sapientiæ rationes omnia distincte cognoscit, inquantum Ideæ sunt formæ totius substantiæ rerum productiue, videlicet & formę itemq; materiæ quæ indiuiduationis est radix, sic species intelligibiles angelorum prout expressæ & exemplatæ atq; productæ sunt, ab Idealibus formis, certam atq; distinctam singularium noticiam causant. P. Secundum hoc angeli omnia præscirent quæ nobis contingere possunt. Et cũ singularia infinita sint, infinita cognoscerent. T. Non omnia quæ nobis futura sunt atq; contingere possunt angeli pręuidẽt. Nam per inditas sibi species cognoscunt causas in natura ordinem habentes, & quicquid in causis illis est determinate vel simpliciter aut frequenter. Futura autem contingentia in causis suis determinata non sunt, ideo non ante in eis cognoscuntur, quam determinationem acquirant, quod tunc fit dum actualiter fiunt. ¶ Ad aliud dico quod singularia non sunt simpliciter infinita. Angeli autem vna specie, vnoque actu plura intelligunt. ¶ Porrò quæ de natura, cognitione ac speciebus connatis angelorum sunt dicta, de dæmonibus quoque accipi debent. Quoniam vt Dionysius apertissime fassus est naturalia dona in dęmonibus splendidissima, integerrima ac perspicacissima perseuerant. P. De dæmonibus grandis mihi disputatio tecum erit. Theolo. Paulisper expecta, vt quæ de angelis restant inducam.

¶De essentiali distinctiõe ac simplicitate angelicorum spirituum. Articulus. XIIII. Theologus

QVid de specifica ac naturali diuersitate angelorũ existimas? P. Palam est quod secũdũ Peripateticos intelligẽtiæ seu angeli immateriales sint, alioquin nõ dicerẽtur ab eis substãtiæ separatæ. Deniq; numerus seu distinctio duplex est, videlicet formalis & materialis, vel specifica & indiuidualis. Primum numerũ facit essentialis differẽtia, quæ semper à perfectione formæ accipitur. Secundum vero facit materiæ per quantitatem diuisio. Cũ ergo angeli immateriales atq; incorporei sint, solo numero seu indiuidualiter distingui non possunt, sed singuli à seinuicem differunt specifice. Vnde tot sunt in angelis species, quod supposita, & econtra: Hoc igitur secundum Aristotelis atq; suorum philosophiam respondeo. Platonici enim aliter dicunt, Nam in omni intellectu creato materiã saltem constituunt, sed nunc doce me si secundum fidem Christianam aliter opinandum est. T. Compendiose & eleganter respondes, hoc aũt agnosce, quod ad fidem nil pertinet vtrum angeli immateriales sint an non. Ideo'q; sicut inter philosophos, sic inter theologos quoq; de quæstione præsenti non parua, pia tamen contentio est, Origines nempe & Augustinus non duntaxat materiam, sed etiã corpora quædam tenuia atq; aeria angelicis dicũt spiritibus esse vnita. Nec mirum si hoc afferant, cũ in naturali scientia vterq; eorũ Platonicus fuerit. Hos igitur tantos viros multi nouellorũ sequuntur, spiritualẽ

ritualem materiam ponentes in angelis. Alij vero quibus Dionysius capitaneus esse videtur, angelos incorporeos immaterialesq; esse testantur, quibus vtiq; Peripateticorum concordat doctrina. P. Quã ergo positionem tu eligis? T. Tecum concordo in omnibus Peripateticos sequens, præsertim propter Dionysij authoritatem quem in hoc sanctus Thomes, Albertus, & Egidius, concorditer assequũtur. P. Sunt ne angeli eiusdem ordinis speciei vnius? T. Sicut prædixi Dionysius in quolibet ordine angelorum, primos, medios, vltimosq; constituit. Vnde constat quod etiam in eodem ordine fit specifica angelorum distinctio. Porrò Thomas & Egidius tot ponunt species in angelis, quod sunt indiuidua, quorum positionem iam concorditer amplectamur. P. Cum ergo secundũ præinducta tam innumerabilis sit angelorum pluralitas, primus summusq; angelus, vltimos angelorum, maxime autẽ rationales animas inæstimabili penè excellẽtia atq; incomparabili quasi dignitate præcellit. T. Hoc ipsum memoriter teneas, quod tam rite concludis. Erit nanq; postmodũ vtile hoc ipsum pensare. Enĩ uero cũ quæstio ista fidẽ nõ tangat, ideo amplius de ea disputare nõ libet, cũ tñ valde disputabilis extet.

¶ De visibili apparitione angelorum atq; corporibus ab eis assumptis. Articulus. XV. Theologus.

NOn iam dũtaxat fide docemur, angelos homines custodire, sed insuper corporaliter visibiliterq; hominibus vicissim apparere. P. An veraciter corpoream formam assumãt, an spe

cies illæ quæ videntur in solis hominum sensibus formentur & fiant? T. Corpus realiter induunt, aliter saluari non possent, quæ diuinitus scripta sunt. P. Quale est illud? T. Ipsi m esse aereū, ratio, experientiaq; comprobant. Aer nanque maxime fluxibilis, transmutabilis & in omnem extat figuram vertibilis. ¶ Deniq; cum angeli taliter apparentes repente disparerant, eorum q; corpora velut fumus subito euanescant, & nec scindi nec confodi possint, & tamen quidam tentauerunt, palam est corpora talia esse aerea. P. Constat aerem inuisibilem esse cū nec coloratus nec lucidus sit de se, nec transmutatiuus, terminatiuusq; visus, quomodo ergo in aereo corpore angeli visibiliter se ostendunt? T. Bene cōcludis, quod in assumptione huiusmodi aerem inspissari oportet, & ad terræ proprietatem accedere. P. Qua virtute facit hæc angelus? T. Omnis potestas à domino deo est, sed inde non dubitas, imo id sciscitari te reor, vtrum naturali, an certé supernaturale virtute angelicus spiritus corpus assumat, & ad libitum suum illud inspisset, formet atq; deponat. P. Hoc quæro. T. Quæstio ista parua nō est. Denique Magister Sententiarum libro secundo testatur, quod assumptio ista deo præparante contingat. Veruntamen cum dæmones quoque di mcis permittitur corpora induant, hominibusque appareant, eos vicissim tentando, percutiendo, terrendo. Respondeo quod spiritualis substantia, corporali dominetur materiæ & eam immutare, mouere sibique valeat coaptare, & hoc propter natura-

lem ex

lem excellentiam super corporalia ista, & etiam propter industriam suam qua potest semina rerum colligere, ac per hoc aerem adunare, itemque spissare. Philosophus. Quomodo possunt hæc fieri? Angelus nanque simplex est spiritus, & qualiter colligit semina rerum. Vtrum solo imperio aut medio motu? Theologus. Ratio te & experientia docere hinc queunt, quomodo enim intelligentia mouet corporeum cœlum, qualiter etiam anima per propriam essentiam informat & actuat corpus. Denique videres ad sensum quemadmodum frequenter circa obsessos à dæmone multa miranda contingant, fiunt ibi proiectiones utensilium, strepitus atque compulsus ollarum, ac multa similia. Veruntamen nemo causam horum motoremque cernit, quamuis cuncti astantes ista à dæmone fieri minime dubitent. Fateri te oportet spiritualem substantiam non quidem solo nutu aut imperio, sed occulta ac spirituali virtute in corporea posse agere atque imprimere. Philosophus. Vellem hinc clarius edoceri. Theologus. Ex philosophorum doctrina veritatem tibi lucide pandam. Auicenna ait ad solam conceptionem intelligentiæ in inferioribus sequi effectum, atque ad nutum corporalem materiam eius parere imperio. Auerrois directe oppositum astruit, tantam ponens habitudinem inter intelligentiam & orbem quem mouet, quod alium mouere non possit, neque aliquid agere in hunc mundum, nisi per orbem,

ignis potissime representat spiritualis proprietates substantiæ, ideo in corporibus illis proprietates ignis, & maxime splendor apparet. Quando igitur angelus hominem de seipso intendit instruere, tūc format in corpore similitudines ac proprietates ad hoc aptas, suæ videlicet naturæ conuenientes, & tunc angelus qui loquitur apparere dicitur. Quando vero de angelo superiori vel deo intendit docere, format atq; qualificat corpus prout is de quo instruere cupit, requirit. Ideoq; idem angelus diuersi mode se ostendens, quandoq; loquitur in persona dei, dum scilicet de deo hominem instruit, & tunc deus perhibetur apparere: quandoq; autem in persona ꝓpria, & sic ipse apparere censetur. Interdum vero in ꝑsona angeli superioris, & ita Seraph vel Cherub apparere asseritur. Enimuero quēadmodum Augustinus testatur in libro de trinitate: Apparitiones quibus deus apparuisse describitur, angelorum sunt ministerio exhibitæ, & in ipsis secundum Thomam corpus ab angelo est formatum, assumptum ac motum. Nam secundum Dionysiū reuelationes non pertingunt ad nos, nisi per hierarchiam angelicam, vt sit in omnibus ordinatus processus.

¶De dæmonibꝰ & impugnatiōe ipsorū. Art. 16. T.

PRæterea quēadmodū tibi disserui singulis ꝑesse ad custodiam angelos sanctos, sic noueris singulos quoq; homines dæmonem aliquem ad exercitium, malorūq; habere instinctum.

P. Nonne sufficit homini fragilitas propria, itemq; difficul-

difficultas perueniendi ad deum nisi ab exteriori quoque impugnatore tentetur? T. Plane sufficeret, sed quoniam hæc vita via est & peregrinatio atque exilium, statuitque militiæ similis, exigit ordo rerum & conditio hominis, vt permittatur tentari, id est ab aduersarijs regis sui impugnari, quatenus fides eius & charitas in deo probentur, ac per hoc gloriosius coronaretur, si tentationi spiritui efficaciter fideliterque restiterit. P. Breuiter mihi insinua, quid de dæmonum natura & qualitate putes censendum, an scilicet naturaliter mali sint an non T. Veritatis scriptura testante didicimus angelos bonos ac malos omnes simul à deo esse creatos, nec beatos, nec miseros, nec bonos bonitate meritoria, neque malos sed in quadam perfectione naturali vel informi à gratia vel formata gratia nō tamē beatifica, sed ad beatitudinem productiua: horum spirituum mox post creationis exordium suæ quidam ad deum conuersi sunt, per cognitionem atque amorem. Quidam autem ad seipsos cōuersi propriumque honorem inordinatissime cupientes à deo auersi sunt, & ingrati inuenti Porro ad deum se conuertentes, ipsa sua conuersione, gratiam confirmationis veramque felicitatem sortiti sunt, & angeli appellati Auersi vero irreparabiliter à deo repulsi sunt, damnati, dæmonesque vocati Phi. Angeli ergo & dæmones in communi loquendo in naturalibus distinctionem non habent, sed sicut angeli incorporei & à principio in naturalibus perfecti existunt ita & dæmones. Theologus. Vere concludis, nam in communi
loquendo

loquendo de naturali eorum potestate atque scientia conforme videtur esse iudicium. In speciali autem quidam dæmones aliquibus angelis in naturalibus excellentiores creduntur, de quo post ea colloquemur lucidius. Philos. Qualiter tentare homines queunt? Theol. Proportionabiliter sicut angeli sancti, homines sua præsentia roborant intellectum illustrando, species videlicet ei vel influendo, vel in imaginatiua potentia eas formando, sic dæmones per virtutem, subtilitatemq; suæ naturæ, licet in essentiam animæ immediate agere nequæant in corpus tamen imprimere possunt organa immutando, sanguinisq; fluxum inducendo, ex quibus anima ad concupiscendum disponitur, & ad mala plurima inclinatur. Insuper, varias formas ac multa fantasmata animæ repræsentant, & ad memoriam ea reducũt quæ obliuisci oportet. Ea quoque quæ recolenda sunt à mentis memoria delent. Non tamen directe, quoniam in mentem animæ directe non influunt, sed indirecte, quia dum hominem inutilibus occupant, malisque meditationibus intentum efficiunt, à consideratione vtilium atque bonorum eum impediendo auertunt. Philos. Vt cerno quæ iam de angelis dicta sunt, quomodo videlicet in corporalia agant & moueant hic q̃que reminisci & contueri oportet, sed quod plurimũ moret inducam. Theol. Sapienter, ppone.

¶ Disputatio philosophi qualiter in angelis peccatũ cadere potuit. Articulus. XVIII. Philosophus.

Cum

CVm volũtatis obiectum sit bonũ apprehensum, nunquã potest esse peccatũ vel error in voluntate, nisi præcedat error aliquis in intellectu seu rationis iudicio. Intellectus nanq; voluntatem dirigit, eiq; suum repræsentat obiectum, sed cum angelus sit immaterialis substantia, nõ est in ipso nisi intellectualis cognitio. Talis autem cognitio secundum se esse non potest erronea, qa ex defectu intelligendi error substantiæ intellectualis procedit. Nam in eo quod quis intelligit, non vtiq; errat. Vnde secundum Aristotelem, Intellectus est semper rectus, fantasia autem est recta & non recta. Nullo igitur modo in angelis peccatũ vel error cadere valuit. Deniq; secundum Aristotelem, Omnis peccans est ignorans, cum ergo angelus sit à principio omni naturali perfectiõe cõpletus, nequaquã errat ignorans, ergo nec peccans. Præterea dupliciter contingit peccare secundũ Aristotelẽ, videlicet vel ex electione mali finis, sicut dum qs corruptus est habitu prauo, quoniam habitus inclinauit in proprios actus, vt luxuriosus ex proposito actus venereos cupit: vel ex impetu passionis, rationẽ ab actuali consideratione boni & veri retrahentis, & talis, secundũ Aristotelẽ, passiõe cessante dolet & pœnitet, sed horum nullũ in angelo statim creato esse valebat, quia nec habitum malũ habebat, nec passionem, quoniã passio in sensitiua duntaxat parte cõsistit. Adhuc secundum Peripateticos, Intelligentia quam tu angelum nominas, est agens infallibile, & nõ errans, nullatenus ergo pec

care valebat. ¶ Amplius, cum angeli sint primæ atq; dignissimæ dei creaturæ, sunt deo simillimæ & diuinæ naturæ perfectionem imitantes plenissime, deus autem omnino incommutabilis est, quomodo ergo illi deiformes intellectus, non solum mutari, sed & insuper peccare valebant. ¶ Atuero angelus sine discursu & compositione simplici, scilicet apprehensione intelligit. In simplicium autem apprehensione non accidit error per se, nec in agnitione proprij obiecti. Cum ergo angelus deiformem intellectum habeat, ipsasq; entiũ quidditates & proprietates puro ac simplici intellectu sine fantasmatum permixtione cognoscat, nullatenus vt apparet vel errare vel peccare valebat. ¶ Præterea, angelus est semper in actu, non ergo potest peccare, quoniam secundũ Aristotelẽ in his q̃ semp in actu sunt, malũ nõ accidit Ideo nempe secũdũ Auicennam supra spheram lunæ malum cõsistere nequit.

¶ Determinatio theologi, quomodo in angelo poterat peccatum accidere, & præinductarum obiectionum solutio. Articulus. XVIII. Theologus.

COncordauimus ante in hoc, quod secũdum Peripateticos dæmones ponendi non sunt, quos tamen esse experientia infallibiliter docet. Ideoq; secũdum eorum doctrinam est difficile manifestare quemadmodum in angelo peccatum cadere potuit. Veruntamen hoc ipsum tibi deo prę stãte ostendam. P. Hoc affectanter expecto. T. Sicut omnis creatura eo ipso quo creatura est, de se nihil est, & in nihil tendens atq; vertibilis, nisi indeficienter

I. Cor.

cientes

cienter conseruetur à deo, quod Albertus asserit. Aristoteles quoque dixisse, & Auicenna palam testatur. Sic omnis intellectus creatus in quantum est creatus, peccare & ab vltimo fine potest deficere, nisi supernaturali aliquo dono immobilitetur in deo. Sic ergo angelicus spiritus in quantum erat creatus, labilis atque defectibilis extitit, vnde & peccare valebat. ¶ Præterea cum bonum & finis coincidant secundum omnes philosophos, Idem est ordo bonorum & finium. Sicut itaque solus deus est primum summumque bonum, sic ipse solus est vniuersorum vltimus finis. Omnia igitur ordinantur in ipsum. & ipse ad aliud non ordinatur, sed est sibiipsi causa & finis. Quicquid autem ordinatur ad aliud, peccat & deficit, si non conuertatur & ordinatur ad aliud, cum peccatum sit recessus ab ordine. Angelus vero liber fuit, & ad deum ordinatus, per naturam ergo se auertere à deo atque ad aliud conuertere potuit, solus autem deus qui sibiipsi finis est, hoc naturaliter habet, vt peccare non queat. Philosophus. Qua forma, & quo ordine auersus est angelus à deo? Theolog. Angelis conditis, dereliquit eos deus vt considerarent seipsos, ac per hoc creatori grati existerent, & ei adhærerent. Quoniam ergo omnes angeli in naturali sapientia perfecti creati sunt, in hoc errare non poterant, quin se à deo creatos cognoscerent. Veruntamen hæc bona quæ per creationem à deo erant

ad-

adepti, quidam eorum non referebant ad deum. Vnus ergo summusq; angelus in omni naturali decore ac sapientia excellentissimus, seipsum à deo factum cognoscens, non ordinauit nec retulit se propriamque perfectionem ad deum ac vltimum finem, sed considerans se in se, atque ingenita propria pulchritudine delectatus, nec datã sibi eminentissimam dignitatem, creatori cum gratiarum actione ascribens, sed se omnium creaturarũ splendidissimam, itemque per naturalem decorem altissimam pensans, à deo auersus est, & ad seipsum conuersus, desiderans sic cæteris angelis dominari, ratione eminentiæ naturalis, quemadmodum vniuersis elegantior extitit, vnde elucescit peccatum eius fuisse superbiam. Nam excelletiam istam inordinate expetijt, quia sub ordine vltimi finis non permansit. Quandocunque enim aliquis sub priori altiorique fine ac principe constituitur, contingit peccatum si vel ipse se suo superiori non subijcit, vel si sibi subiecti ei extra ordinem primi superiorisque finis obediant, velut si dux sub rege non subdat se regi, vel si milites duci contra regis decretum obtemperent. Et hoc erat peccatum angelorum, primo apostate angelo, scilicet Lucifero adhærentium, quoniam ei extra ordinem vltimi finis parebant, cũ tamen ei adhærere nõ debebant, nisi inquãtũ ipse suo se superiori subiecisset. Psalmus ergo angelorũ primo omniũ iniquitatẽ cõcepit,

& superbiæ suæ conceptum alijs prodidit, atq̃ q̃s potuit sibi attraxit, sicq̃ cæteris peccati occasio fuit. T. Ita plane erat. P. Precor te, Angelus tam sublimis & sapiens, hanc superbiam voluntate non concupiuit nisi intellectu quoq̃ conceperit eam. T. Ita est. Nam sine præuio intellectus iudicio, volũtas nihil desiderat. P. Dum igitur lucifer istam malignitatem mente concepit, & ad effectum transferre optauit, itemq̃ sategit, sciuit ne se errare & iniuste cogitare ac agere? Si sciuit nõ est veresimile quod huiusmodi cogitationi consenserit, si non sciuit, non vtiq̃ tam sagax subtilisq̃ extitit. T. Dupliciter tibi respondere iam valeo. Primo, nam vt ait Bernard⁹. Sciuit se male cogitare & agere, non tamen suspicabatur deum illud vlcisci debere, quia enim solã dei bonitatem erat expertus, iustitiæ non est rigorẽ censuramq̃ veritus. Secundo dici potest cũ sancto Thoma, quod aliquis potest in communi de operãdis rectum habere iudicium, nihilominus circa particulare agendum errare, & quidem nobis hoc accidit ex passiõis impulsu. Passio aũt huiusmodi in angelis cum incorporei sint, locum non habet. Attamen potuit in eis intellectus deficere circa particularia opera, in quantum vnum considerando, illiq̃ minus inhærendo, ab alterius consideratiõe impediebatur. ¶ Est aũt aliquid appetibile secundũ vnã cõsiderationem, quod tamen vniuersis pensandis pensatis fugibile est atq̃ vitandum. Itaq̃ angelus se in se nimis considerando, nõ aũt se in ordine ad creatorem sapienter pẽsando, appetiuit excellentiã ꝓpriam,

priam, non secundum diuinæ æquitatis exigentiã, volens cæteris angelis causa perfectionis existere, eisq́ȝ ex propria potestate influere, & quasi collatis sibi naturalibus donis esse contentus. Sic ergo licet habitualiter se errare agnouerit, actualiter tamen non aduertit, propter vehementem in suo decore delectationem, intensumq́ȝ dominationis affectũ, conuersionem quoq; ad seipsum, quæ omnia tanto fortius ei inerant, quo horum maius incitamentum, ampliorem videlicet naturalem eminentiam in se ipso conspexit. P, Erat mora magna inter creationem angelorum & culpam? T, Non potuit in primo creationis suæ instanti esse malus, sed mox, imo post minimam moram, si tamen mora dicenda est, post creationem peccauerunt. Prima enim electione seu voluntatis conuersione immobiliter facti sunt boni vel mali, beati vel miseri, quoniam ad quod se angeli per electionem primo conuerterunt, in eo irreparabiliter fixi sunt, sicut & anima in ea conuersione qua à corpore separatur, perpetuo stabilitur. P, Ceciderunt omnes simul. T, Vtiq; P, Ergo angelus Lucifer in eodem instanti peccatum suum in seipso concepit, aliisq́ȝ ostendit & incitauit, & illi aduerterunt & consenserunt. T, Hoc sequi videtur, nec inde mireris, nam simile huius in actionibus seu mutationibus instantaneis, quarum est vna causa alterius cernitur. Simul nanq; tẽpore sunt illuminatio aeris, visio lucidi, atq; discretio visus. Motus autem voluntatis angelicæ indiuisibilis est, ideoq́ȝ principium eius non præcedit ter-

minū eius. Motus ergo causatus ab eo, simul erat cum eo. P, Vbi manserunt angeli mali? T, In aere caliginoso, ac tēpestatibus apto, videlicet in media aeris regione. Aliqui autem vbertim ad homines tentandos descendunt, quidam quoq; ad inferos peccatores deducunt, & illic nonnulli semper manere creduntur, vt malos affligant. Porro post diē iudicij omnes simul in tartara recludentur. De Lucifero quoq; aliqui sentiunt q̄d Christū tentauerit, ac victus ab eo in iehennā retrusus sit, non inde egressurus nisi Antichristi temporibus. Alij opinantur eum statim cum peccauit, propter magnitudinem sceleris ad inferna proiectū. P, Nunc instātias solue. T, Sufficienter ni fallor solutæ sunt. Iam enī patuit qualiter in intellectu angeli error fuit. Quod quū ait Aristoteles, intellectū semper esse rectum, verum est, nec sic angelus intelligendo errauit, q̄d putauerit verum aut bonū esse, q̄ vel malū vel falsum existit, sed vnū non debito sufficientiq; modo pensando, & sic etiam ignorans quodāmodo extitit, quoniam vni intentus aliud nō aduertit. Ad tertiū dixi qualiter iudiciū mentis angelicæ obnubulari impedirīq; valuit. Ad quartū quoq; respondi, q̄d Peripateticorū doctrina in hac parte experiētiam saluare non potest. Veruntamen quod dicūt de motoribus orbiū qui eos nunc mouent, verum & certum est. Ad quintū dicendū q̄ in simplici apprehensione angelici intellectus, non est error accipiens verum pro falso vel econtra, sed non considerando omnia quæ circa rem considerare oportet.

ter. Ad vltimum dico, q dictū Aristotelis & Auicēnæ non de malo culpæ, sed de malo naturæ accipi debeat. Deniq licet angelus non beatus semper in actu sit, non tamen est semper in actu eodē & vno, nec est purus actus sicut intellectus diuinus, sed est potentialitati permixtus.

¶ De comparatione multitudinis angelorum, ac dæmonū, hominūq malorū & electorū. Art. 19 P,

Nte iam dudum de beatorum multitudine angelorū locutus es, nunc vero de dæmonum qui prolapsi sunt numero quæro, an tot sunt quot angeli sunt. The. Nequaquā. Fertur nanq decimus chorus cecidisse, non quod aliquando decem angelorū chori vel ordines fuerint, sed quoniam tot peccauerunt quot ad vnū pertinent chorum: non tamen hoc præcise intelligēdum existimo, sic ergo decima circiter angelorum pars cecidit. P, Omnes ergo qui prçuaricati sunt de vno choro fuerunt? T, Nec hoc arbitror, imò de singulis choris aliqui peccasse creduntur, præsertim cum Apostolus noster, quosdam eorū principes, quosdam autem potestates appellet. Et ad hoc sunt authoritates & rationes quas forsitan introducā. P, Quid de hominū numero putas? T, Secundū Gregorium tot sunt homines electi futuri, quot sunt angeli sancti. Tantus aūt erit numerus reproborū, vt cōparatione eorū electi, qui tamē angelis pares putātur, pauci vocētur, sicut scriptū est: Multi sunt vocati, pauci electi. P, Nūer⁹ ergo hoim dānādorū multitudinē dæmonū incōparabiliter q̄ʃi excedet.

Ephesi 2

Collect. 3

T, Sequi videtur ex prędictis, quod plures erunt homines reprobi, quam simul angeli sancti, hominesque electi, ac dæmones vniuersi. Omnino enim apparet, quod plus quam in duplo excedet numerus hominum impiorum multitudinem hominum electorum, aliter comparatione eorum electi non essent pauci vocati. Cum ergo par sit hominum electorum, ac angelorum pluralitas, ad minus tot existerent reprobi, quot sunt electi hoïes ac angeli sancti. Cumque multo plures putandi sint, quemadmodum comparatio illa insinuat, & dæmones ipsis angelis valde pauciores consistant, consequens fit, plures futuros homines reprobos, quam sint angeli boni ac dæmones, electique homines. Hæc tamen sic dixerim in quantum ex præinducta autoritate consequitur, & sanctorum dictis concordat. Præterea sicut in beatitudinis patria vniuscuiusque sanctorum felicitas, alios quoque beatos exhilarat, sic in inferno cuiuslibet pœna alterius miseriam auget.

De naturali scientia potestateque dęmonum. Art. 70. T.

PRæterea sicut prædixi secundum diuinum Dionysium in libro De diuinis nominibus, naturalia dona, vt pote acumen ingenij, scientiæ claritas, naturalis quoque potestas in dæmonibus integra atque perfecta manserunt. Ideoque quæcunque de naturali angelorum scientia, virtute ac perfectione sunt dicta, de dæmonibus quoque accipi par est.

P, Vtrum tanta est naturalis perfectio in dæmonibus, quanta philosophi attribuerunt intelligentijs?

T, Quicquid secundum veram philosophiam intelligentijs

telligentijs attribui potest, hoc dæmonibus conuenit quo ad subtilitatem scientiæ ac potestatis vigorem, & simplicitatem essentiæ, & multo amplius quibusdam dæmonibus naturaliter competit, præsertim Lucifero. P, Qualiter hoc? T, Secundum Peripateticos vt ante iam claruit, numerus intelligentiarum compar est numero cœlorum vel cęlestium motuum, secundum fidem autem Christianam innumerabilis est multitudo angelicorum spirituũ, ideoq; sublimiorũ ordinum angeli, qui semper deo assistunt, nec cœlos mouẽt, neq; ad corporalia ministerium vel habitudinem habent, incomparabiliter eminentiores perfectioresq; sunt intelligentijs, prout philosophi de ipsis loquuti sunt. Ipsi equidẽ de eis loquuti non sunt nisi inquantum hunc sensibilem mundum gubernant, & ad orbes cœlestes proportionem ac habitudinem sortiuntur, eisq; influunt. Cum itaq; secundum prædicta Lucifer omnium angelorum, etiam stantium, altissimus fuerit, cogitari non potest quantum eius naturalis dignitas seu perfectio, intelligentiæ summæ, quæ secundum philosophos primo mobili præsidet, perfectionem excedat. P, Aduerto ex præinductis, inæstimabilem esse naturalem Luciferi perfectionem in scientia atq; potentia. T, Vnde hoc elicis. P, Secũdum præhabita singuli angeli specifice differũt, Quilibet ergo eorum ascendendo ab infimo vsq; ad summũ, alium essentiali perfectionis gradu trãscendit. Lucifer igitur tot essentialibus perfectionum gradibus infimum angelum excedit, q̃t sunt

angelorum supposita, quæ omnem æstimationem exuperant. T. Laudo ingeniũ tuum. Et certe cũ viro ingenioso & docili disputare iucundũ est. Porro horum te volo tenacem habere memoriã, quoniam ad futura vtilissima erunt. Veraciter nanq; dici non valet quãta sit Luciferi naturalis perfectio, industria subtilitas, potestas scientia. Ideo nunc homines tentari non sinitur, sed in diebus filij perditionis soluendus est, de quo tibi plura dicere habeo. P. Nunc breuiter de scientia dæmonum tracta. T. In creatione angelorũ concreatæ sunt eis species rerum, sicut & angelis sanctis. In ipsis ergo sunt species ordinis vniuersi, ita quod ordinẽ rerũ, virtutẽ stellarum, cursus cœlorum, vires herbarũ, oĩmq; q̃litatẽ naturaliũ rerum optime nouerint, & eo subtilius, quo simplicioris essentiæ sunt, altiorisq; pfectionis specifice. Sicut igitur angeli p formas suas intelligibiles particularia, & ea q̃ ipsis cõtingunt agnoscũt, in quantum ille ab Idealibus diuinæ mentis deductæ sunt formis, ita & dæmones naturali scientia particularia eorundemq; proprietates & opera noscunt cordium vero intueri secreta solius est dei, quippe cui sola voluntas ad nutum paret atq; subijcitur, & ab eo duntaxat, influxionem impreßionemq; sortitur. Dæmon ergo per speciem concreatam cognoscit rem & quæ in ipsa sunt, sed antequã causa contingens actualiter operatur, non est in ea effectus ipsius, nec est determinata ad ipsum, ideo talia pure cõtingentia non noscit dæmon, nisi cum actu in causa sunt. ¶ Denique alia est dæmonum naturalis cogni

gnitio nō adeo certa per signa, id est ex quibus frequenter effectus consequitur, talia quoque per experientiam & longitudinem temporum subtiliter indagantur & sciunt. Quamuis etenim à rebus notitiam non accipiant, nec propter localem propinquitatem, aliquid magis conspiciant, vti nec angelus: hæc tamen experimentalis scientia temporum diuturnitate acuitur, quoniam in seipsō comparationem argumentationemq́ꝫ faciunt. ¶ Tertia etiam eius cognitio competit, non naturalis, sed per reuelationem angelorum sanctorum, eorum videlicet, quæ natnraliter sciri non possunt, talia autem eis angeli prout decere sciunt, vel deus disponit insinuant. Triplici itaqꝫ acumine vigent scientiæ videlicet subtilitate naturæ, experientia temporum, & reuelatione supernorum spirituum. Philosop. Quid de naturali eorum potestate censendum esse d. fferis? Possunt ne naturalium rerum actiuas passiuasq́ꝫ virtutes colligere, mutuo applicare, ac ea efficere quæ in naturali rerum potentia continentur, seu quæ ex huiusmodi applicatione producuntur. T, Propter naturalem suam industriā, propriæ quoqꝫ naturæ eminentiam agere possunt in corpora inferiora, rerum semina congregare, eademq́ꝫ ad determinatam materiā applicare, & ea ad quæ se naturalis virtus extendit producere. Insuper paulo ante pandebam quemadmodum in hominem agere atque imprimere qi æant. Philosophus, Si hæc ita se habent, tunc multa miranda facere possunt, quoniam vt AVICENNA testatus est:

Si agnosceret homo naturas virtutesq; rerum, mirabiliora vere produceret, q̃ magica arte fieri possint. T, Recte concludis. Deniq; verbo Auicennæ, noster quoq; Albertus concordat. Veruntamẽ de dæmonũ potestate nolo iam in particulari profari, sed in communi duntaxat, Post modũ autem in speciali inde diligentissime colloquemur, quando de diuinatione & prestigijs atq; miraculis, quæ dæmonum ope fiunt, inquiremus. P, Faciunt ergo ne dæmones in inferioribus istis corporibus cuncta q̃ complacent eis: T, Non quantũ possunt nec quantum volunt, sed quantum permittuntur efficiunt. Dixi enim superius qualiter angeli de ordine virtutum eos coerceant, ne aliquid agant nisi prout diuinæ prouidentiæ dispositio exigit vel pmittit.

¶ De prædestinatione atq; pscientia dei, Art. 21. T.

Deniq; in præsentis editionis libro secũdo, de prouidentia & fato, & qualiter entibus necessitatem non ingerant, diligenter vt nosti ó philosophe disputauimus. Preterea de gratia iustificationeq; dei, libro quarto differebam. P, Quę illic dixisti, nunc reiterare non expedit, lucide enĩ itemq; plenissime sunt digesta. T, Quoniam igitur diuina sapientia vniuersa complectitur, imo cuncta & singula æternaliter tamquã præsentia intuetur, consequens est, vt quicquid iam gratiæ & pietatis hominibus impartitur, ab æterno prestare decreuit. P, Etiam de minimis dei donis hoc sentire oportet. T, Ex dictis libro quarto de remuneratione, agnoscis hominum quosdam saluandos, quosdam

dam autem dānandos. P, Paulo ante dicebas multos vocatos, paucos autem electos. T, Hi igitur q nunc per misericordiam & gratiā dei in fide & charitate saluantur, q à malis misericorditer eripiuntur, in bonis iluminantur, & deo conseruāte in bono consummantur, prædestinati dicuntur, & reproborū cōparatione electi vocantur. Porro qui iuste relinquuntur & pereunt, præsciti appellantur & reprobi, ac odio habiti. P, Quid est prædestinatio, qd item præscientia, & quæ insuper differentia horū? T, Quāuis sapientia ac scientia dei, in se vna ac simplicissima indiuisaq; sit, tamen propter varios rem status ac diuersos affectus nomina multa sortitur Dicitur enim præscientia seu præuidentia respectu futurorum siue bonorū siue malorū. Dispositio respectu faciendorū. Prædestinatio respectu saluandorū. Prouidentia quoq; respectu gubernādorū. Ab æterno itaq; prędestinauit deus quosdā hoīes, id est, elegit eos vt essent boni nūc per gratiā, & beati postmodū per gloriā, omnia media ad beatitudinē obtinendā necessaria præparando eis, & hoc ex sua sola bonitate, liberrima voluntate, atq; ineffabili pietate, quatenus in eis misericordia sua æternaliter reluceret: quos iuste derelinquere cogitauit, & propter peccata sua perire permittit, quatenus diuina in eis iustitia inæternum resplendeat, hos reprobasse ac odio habuisse describitur. Et licet prę̄scientia dei tam bonos quā malos respiciat, tamen quia electi ad vitam, propriū nomen sortiti sunt, quoniā p̄destinati vocantur, propterea modo cō-

do cōmuniter vtuntur doctores nomine præscientiæ quo ad malos, vt scilicet præuisi ad mortem, pscitu dicantur. P, Diffinitionem horum audire desidero. T, Prædestinatio est præagnitio seu præparatio beneficiorum dei quibus saluantur electi. Reprobatio autem seu præscientia est præuisio culpę malorum in præsenti, & præparatio pœnæ æternæ in futuro. Rursus, prædestinatio est præordinatio hominis ad felicitatem cœlestem. Itemq; prædestinatio est propositum finaliter miserendi. Et denuo, prædestinatio est præparatio gratiæ in via, & gloriæ in patria. P, Prædestinatio igitur est causa salutis & gratiæ. T, Vtiq; Nullus enim viribus suis potest saluari, & vti testatus sum, gratia quæ prædestinationis effectus est, non ex nostris meritis datur. P, Estne ergo reprobatio seu pręscientia causa damnationis indurationisq; reproborum? T, Nequaquam. Nam licet deus gloriosus & sanctus, tā bona quā mala cognoscat, eius tamen scientia bonorum duntaxat causa censetur. P, Cum prædestinatio ac præscientia seu reprobatio dei ab æterno in deo consistant, nec ex rebus depēdeant, præsertim cum aliud non sint nisi diuina essentia. Nullus quoque sua virtute vel meritis quæat saluari, q̄ est hæc diuinorum æquitas iudiciorum? vel certe cur deus iustus & bonus, rectus & sapiens, potius prædestinaui tvnum q̄ alium. T, O homo tu quis es qui
Roma. 9 respondeas deo, vide ergo bonitatem, seueritatemq;
Hebr. 10 dei, & time: perpendens quam sit horrendum incidere in manus dei viuentis. P, Nō mihi sufficit ista
respon-

responsio. Deus enim nil sine ratione efficit legitima. T. Responde mihi philosophica responsione. Nonne deus est causa mundi & ordinis rerum. P. Cum secundū Aristotelē ab ipso cœlū & terra dependeant, ordo quoq; sit optimū in rebus, ac proprius sapientiæ diuinæ effectus, hoc negari non valet. T, Cur ergo in primordiali creatione dum nulla præcesserant merita, deus vnam creaturā alteram nobiliorē perfectiorēq; condidit? P, Aduerto quo tendis, & propria responsione me capere niteris. T, Ne eatenus superari erubescas, vt veritatem abscondas. P, Secundū Platonē, Diuina voluntas omnium rerū prima est causa. Primæ aūt causæ causam inquirere est vocē propriā ignorare. T, Ita est. Ego tibi respondeo, omnia agit deus magnus atq; terribilis secundū propositū voluntatis suæ, quę licet occulta inperscrutabilisq; cōsistat, iniusta tamē aut irrationabilis esse non potest. Deniq; sicut Anselmus meus deuotissimus doctor in suo Prosologion pulchre disseruit: In omni opere dei, misericordia iustitiaq; miscentur. Vniuersæ equidem viæ domini misericordia & veritas. Itaq; tam bonus est deus, vt iustum sit eū misereri quibusdam. Et rursus tā iustus ē deus, vt decēs sit eū q̄sdā relinq̄re. Enimuero cū secūdū tuū Plat. ideo de⁹ mūdū creauerit, vt in reb⁹ diuīa pfc̄tō reluceret, decuit in q̄busdā clemētiā, in cęteris diuinā ostēdi iustitiā. Cur aūt poti⁹ istū q̄illū elegerit, noli velle discutere, si nō vis perire. P, q̄d āpli⁹ restat, volūtati diuinę q̄s valet resistere: si ergo vult q̄sdā perire, q̄s potest impedire?

T Volunta

Voluntate antecedente vult omnes homines saluari, neq; mortem peccatoris desiderat, quoniam quantum in se est, cunctis sufficienter prouidit ad salutem. Voluntate autem consequente ac beneplaciti, quę vbiq; semp implетur, solos electos vult effici saluos. Reprobos autem non vult hoc modo perire, nisi considerata eorum iniquitate. P, Potestne igitur præscitus saluari, vel prædestinatus dānari? T, Nulli eorum libertas aufertur. Deniq; in sensu diuiso potest prædestinatus damnari, & præscitus saluari, non autem in sensu composito, & est in talibus necessitas consequentiæ, non consequētis. P, Nunc Dyalectica vteris. Veruntamen vt cerno aliud non est nisi vt timeantur iudicia dei. T: Vtiq; Quis enim cognouit sensum eius, aut quis valet cognoscere si amore vel odio dignus finaliter inuenietur? P, In prænductis nescio quid de Antichristo mihi locutus es, quid autem per Antichristum intelligas, prorsus ignoro. T, De hoc specialem tractatum inducam. Interim autem paulisper pausemus. Tu vero tempore huius pausæ, autenticam lege scripturam, & quicquid in ea tibi obscurum inueneris, tempore opportuno inquirendo proponas.

¶Explicit Liber Quintus.

¶INCIPIT LIBER SEXTVS, PRIMO procemium de Antichristo & fallacijs eius. Theologus.

Dominus



DOminus noster Iesus Christus qui secundum diuinā naturam vniuersa creauit, atq; per humanitatē assumptā omnia reparauit, inter multa quæ ingratissimis, perfidisq; Iudæis loquebatur, hoc quoq; eisdē vaticinatus est. Ego, inquiens, veni in nomine patris mei, & non recepistis me, si alius venerit in nomine suo illum recipietis. P, Hęc propositio conditionalis est, nil igitur ponit, T, In verbo inducto hæc vox, si, nō dubitatiue, sed certitudinaliter rite tenēda est. Certissime nempe Christus prædixit, alium fore venturum à Iudæis pro Christo suscipiendū. P, Nō satis intelligo ista. T, Christus in euangelio ait: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, vtpote quoniam plebi Israelitarū primo atq; pcipue missus erat. Illis autē in incredulitate manentibus, iusta ad gentes transmigratio facta est. Itaq; dum Christus corā Iudæis, verbis itemq; miraculis se verū esse Messyā ipsis in prophetis & lege pmissum fateretur, & ipsi nihilominus increduli permanerent, contestatus est eis: Ego veni in nomine patris mei, videlicet à deo missus, & non recepistis me, credendo in me. Alius veniet in nomine suo, vtpote non missus ū deo, nec dei, sed propriā gloriam quærens, illū recipietis tanquā verū Christū. P. Quis erit iste alius? T, Is de quo ante iam dixi, quē Antichristū vocaui. P, Vocabitur ita? T. Christus & Antichristus nō sunt nomina propria, sed propri-

etatem

etatem quandam insinuant. Sicut ergo Christus ,p prio nomine Iesus appellatur, & propter plenitudinē gratiæ, q̄ à deo spūaliter vnctus ē, Christus antonomatice dicitur, quāuis multi dicti sunt Christi. Sic Antichristus propriū nomē, nescio quod sortietur. Deniq; ipse ac eius sequaces non vtiq; Antichristū, sed Christum eum vocabunt. Nos autem eū Antichristum, id est, Christo contrarium dicimus. Et q̄uis multi dicantur Antichristi, id est, Christi aduersarij, ipse tamē antonomatice Antichristus iuste vocatur, quia vehementius Christo ac eius ecclesię aduersabitur, quā vnquā q̄spiā aduersatur. P. Qn̄ hoc erit? Prętereade ista materia plenius edoceri cupio.

¶ De aduentu Antichristi, testimonia scripturæ au sententicæ. Articulus. Primus. Theologus.


Oui ac veteris testamentorū veritas docet, ante cōsummationē seculi, atq; secundū Christi aduentū quendā esse impijssimum superbissimūq; hominē venturū, q maximam hominum partē decipiet, & se verum esse Christū perhibebit. P. Cur hūc impijssimū, cur itē q; superbissimum nominasti? T. Impius erit, quoniam contra deum peccabit, eiusq; cultum pro viribus destruet. Superbus deniq; erit, quoniam se filium dei iactabit. Et quia maximus erit domini nostri Iesu veri vtiq; Christi blasphemator ac hostis, ideo impijssimum eum ac superbissimum dixi, vnde & Antichristus per excellentiam rebellionis vocatur. P. Iam nunc pande scripturas de eo ꝑfantes.

T. Nullus

T. Nullus Euangelistarum de ipso conticuit. Porro verbum in præsentis exordio libri inductum, in Iohanne est scriptum. Mattheus quoque euangelista de Antichristo verba domini nostri Iesu Christi conscribens, Orate inquit, vt non fiat fuga vestra hieme vel sabbato, id est, tẽpore inconuenienti & nimiũ tardo. Erit enim tunc, id est, tempore Antichristi, tribulatio magna, qualis nunq̃ fuit ab initio mundi, neque modo, neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudo Christi & pseudo apostoli, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest etiam electi. Huic præterea verbo euangelisti Matthei Lucas & Marcus concordant. Deniq; beatissimus Paulus apostolus de Antichristi aduẽtu secũde ad Tessal. contestatus ẽ: Nisi ait, venerit discessio primũ, & reuelatus fuerit hõ peccati, filius perditiõis, id ẽ, Antichristus, q aduersat & extollit supra omẽ q dicitur deus aut q colit, ita vt in tẽplo dei sedeat, ostẽdẽs se tãq̃ sit deus. Cuius erit aduẽtus scdm operationẽ sathanæ, in oi virtute, & signis, & pdigijs mẽdacibus, & in oi seductione iniqtatis, his q peũt, eo q charitatẽ veritatis nõ receperũt, vt salui fierẽt. ¶Demũ in Apocal. Iohannis multa de Antichristo descripta sunt, q̃ cõgruis locis apducã. P. Verba allata plurimas mihi q̃stiões & dubia gignũt. Primo eqdẽ de tẽpore Antichristi interrogo, an scilicet eius aduentus pscire queat?

Iohan. 5
Matt. 24
Lucæ. 21
Mar. 13
2. tessal. 2
Apo. 11

Secũ-

¶Secundo quam diu eius persecutio & regnum durabūt. ¶Tertio de signis atq; miraculis, quæ per eū fienda sunt. Quarto per quem modum mundū sibi subijciet ¶Quinto qualiter eius aduentus erit secundum operationem diaboli. ¶Sexto vtrum verum deum colet an idola. T. Antequā tibi ad ista respondeam, expediens reor vt veteris quoq; legis testimonia de Antichristo annectam. P. Ita est.

¶Introductio testimoniorū veteris legis de aduentu & fraude atq; malicia Antichristi. Arti. II. Theol.

QVamuis de Antichristi aduentu, itēq; fallacia nec diuinus Dauid, nec Esaias, nec Hieremias, nec alij prophetæ tacuerunt, nihilominus sapientissimus Daniel, diuinorum secretorum speculator, atq; regnorum successionū, ac temporum mundi summus descriptor, de eo plenius atq; profundius scripsit. Itaq; quatuor regnis pcipuis, quorum vltimum atq; fortissimum intelligitur Romanorum imperium descriptis, de Antichristo mox subiungens propheta: Considerabam inquit cornua, id est, decem regna, in quæ ante Antichristi aduentum diuidetur regnum Romanorū, quemadmodum ait Apostolus: Nisi venerit discessio primum, id est, separatio ab obedientia Romani imperij Sequitur in textu: Et ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum, id est Antichristus primo paruus, vtpote de ignobili tribu Dan, ex parentibus vilibus nasciturus, de medio eorum, id est, in vno regnorum, quia in Babylone nascetur. Sequitur in textu: Et tria de cornibus primis

mis euulsa sunt à facie eius, id est, Antichristus tres reges de decem regnis occidet, primo videlicet regem Aphricæ, Aegypti, & Aethyopiæ, prout exponitur in Historia Scolastica, quo facto alij septem se ei subijcient. Sequitur in textu: Et ecce oculi quasi hominis erant in cornu isto, id est, alta scientia erit in Antichristo, & os loquens ingẽtia, id est, blasphemias magnas. Aspiciebam propter vocem sermonum grandium quos cornu illud, id ẽ, Antichristus loquebatur. Et vidi quoniam interfecta esset bestia, & perisset corpus eius. Aliarum quoq; bestiarum ablata esset potestas, quia post diem iudicij, de quo ante dixit propheta, omnis cessabit prælatio. Cum vtiq; Christus tradiderit regnum deo & patri. Seqnitur in textu: Post hæc volui discere de bestia quarta, & de cornu illo quod ortum fuerat ante quod ceciderãt tria cornua, id ẽ, de Antichristo. Aspiciebam & ecce cornu illud, id est, Antichristus, faciebat bellum aduersus sanctos & præualebat eis, donec venit antiquus dierum, id est, æternus iudex, & iudiciũ dedit sanctis excelsi, quia Antichristus regnabit donec Christus cũ spiritu oris sui occidat. Consequenter in textu propheta exponit seipsum, & quæ præmisit planius referat. Bestia inquiens quarta, regnum quartũ erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, ipsum videlicet præcedentibus, & est Romanorum imperium. Et alius scilicet Antichristus consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, quia totius mundi principatũ obtinebit, quemadmodum in Psalmo dicitur: Omnium

Rom. 15.

2. Tess. 2.

 um

um inimicorum suorum dominabitur. Subijciet e-nim sibi Iudæos, Sarracenos, Tartaros, & quod dolorosius est, Christianorum quoq; quã plurimos. Vnde in textu dicitur. Tres reges humiliabit, sicut expositum est. Et sermones contra excelsum loquet, quia dominum nostrum Iesum Christum, vnigenitum dei, qui est virtus & sapientia patris, totis viribus sine timore iniquissime blasphemabit, & sanctos altissimi cõteret, id ẽ, veros Christianos interimet, & putabit quod possit mutare tempora & leges, ꝓpter ineffabilem sui cordis superbiam. Et tradentur sancti videlicet in manum eius, vsq; ad tempus & tempora & dimidium temporis, id est, per tres annos cum medio dominium eius durabit. Hæbreus enim nomine temporis significat annum, & per pluralem numerum annos duos. Sequitur in textu: Et iudicium sedebit vt auferatur potestas eius & dispereat vsq; in finem, pene quia Antichristo diuina virtute perẽpto, omnes Christo deseruient. P. Nũc precor te reuertere ad ordinem, atq; velut ab exordio me de Antichristi principio, medio, ac fine ĩformes, natiuitatem eius, vitam & mortem describẽs. T. Quatenus fundamento innitamur firmo ac stabili, primum autenticæ testimonia inducam scripturæ. P. Hoc sapientiale est.

¶ Explanatio eorum quæ in Apocalypsi Iohannis de antichristo scribũtur. Articulus. III. Theolog⁹.

Ecclesiam domini nostri Iesu Christi tẽpore Antichristi præsertim conculcandam præuidens beatissimus euãgelista Iohãnes in Apocalypsi

calypsi ita exorsus est: Datus est mihi calamus, & dictum est mihi: Metire templū & altare, & adorātes in eo, id est, eos qui vere, utpote vita & fide, ad ecclesiam pertinent ascribe. Atrium autem quod est foris templum, eijce foras, & ne metiaris illud, quoniā datum est gentibus ad conculcandum, & ciuitatem sanctam, id est, ecclesiam orthodoxā calcabunt mēsibus quadraginta duobus. Sensus est. Eos qui in ecclesia perseueranter fideliterq́ tempore tentatiōis non permanēt, non metieris. Porrò menses quadragintaduo tres annos & mediū cōplent, tantoq́ tempore manifesta Antichristi persecutio duratura describitur. Nempe sicut maxima, ita quoq; breuissima erit. Ideoq; dictum est: Ciuitatem sanctam culcabunt mensibus quadraginta duobus. Præterea contra antichristi perfidiā Helyas & Enoch ex paradiso terrestri venturi prędicaturiq́ sunt, etiam tribus & medio annis. Vnde in litera subditur: Et dabo duobus testibus, id est, Helyæ & Enoch meis, & prophetabūt diebus mille ducentis sexaginta, id ē, trib⁹ annis cū medio, amicti saccis, i. humilib⁹ vestibus. Sequit̄ in lr̄a: Et cū finierint testimoniū suū, bestia q̄ ascēdit de abysso, i. antichrūs natus de hūano semine, veniēsq́ sathana coopante, faciet cōtra eos pliū & occidet illos. Tā dē eq̄ dē deo sinēte antichrūs Heliā & Enoch Interimet, & corpora eoꝝ iacebūt in sepulta trib⁹ dieb⁹ & medio, & nō sinēt poni in monumētis, p̄ antichrī formidine, & inhabitantes ter. ā. i. terreni, q̄rū nō ē cōuersatio in cęlis, videlicet antichrō adhęrētes gaudebūt sup illis, i. de morte eoꝝ.

Quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos, contra Antichristum eiusq; sequaces efficaciter prædicando. Et post tres dies & dimidium spiritus vitæ à deo intrabit in eos, quia post tantum tempus reuiuificandi creduntur, vt quidam exponunt. Et audierunt vocem magnam de cœlo dicentē eis: Ascēdite huc, & ascenderunt in cœlum in nube, & viderunt illos inimici eorum, id est, Antichristo credentes. Insuper alio loco multa de Antichristo scripsit
Apoc. 13. in Apocalypsi Iohannes. Vidi inquiens, de mari ascendentem bestiam habentem capita septem. Etiā
Ibidē. 17 alio loco plurima de eodem vaticinata comprobantur, de quibus in ordinis dicendorum prosecutione sermo patebit.

¶ Præambulum & velut quædam professio ad intelligendum sapienter atq; discrete, ea quæ de Antichristo scribuntur. Articulus. IIII. Theologus.

PORrò de Antichristo multi inconsulte multa loquūtur. Sed aduerte q́a hoc valde piculosum temerariūq; sit. P. Cū iuxta p̄habita, ipse iniquus & mendax futurus sit, cur tātū est discrimē
1. Tess. 2. de eo incerta differere? T. Ne cum venerit, & ea quę de ipso sunt scripta in eo non apparuerint neq; extiterint, non iam Antichristus, sed verus Christus esse putetur. Enimuero cum totum processus sui negocium aliud prorsus futurum non sit, nisi palliatio ac simulatio, hinc maximam cōtra homines p̄sertimq; Christianos apparentiam posset elicere, si scripta à Christianorum doctoribus de eius aduētu, vita & signis, in ipso nequaq̄ implerentur, nec essent,

sent, diceret equidem Christianis: En ista & ista de me vestri dixeri magistri. Cum igitur ista in me vera non sint, innotescit me non vtiq; esse Antichristum, nec talem vti ipsi scripserunt. P. Multum ꝓuide respondisti & rationabiliter valde, sed pande nunc plenius quid de eo certissime asseri quæat. T. Quicquid in scriptura autentica de eo est scriptum, quæ iam paulo ante partim adducta sunt. Secundo quicquid Romana ecclesia de ipso cõcorditer astruit. P. Quæ sunt hæc? T. Quæcunq; ex autenticarũ testimonio scripturarum veraciter consequuntur. P. Ea quæ deinceps de Antichristo dicturus es, qua certitudine recipi iubes? T. Non alia dicam quam quæ scriptores catholici conscripserunt. P. Nõne illa certissime vera sunt & indubitantissime suscipiẽda? T. Quemadmodum Augustinus testatur, Nullius sanctorum neq; fideliũ scripta recipiẽda sunt, quia ipsi dixerunt, nisi autorum scripturæ canonicæ apostolorum & prophetarum. Porro alij quantumlibet sancti & magni non simpliciter recipiuntur, nisi inquantum scripturis autenticis, scilicet apostolorum & vatum innituntur atq; concordãt. Itaq; expositiones doctorum fidelium exponentium scripturas canonicas de Antichristo prosantes, quamuis probabiles atq; catholicæ sint, non tamẽ adeo certæ sunt sicut scripturæ ipsæ canonicæ. Cuius ratio est, quia sacra scriptura varijs potest modis exponi. Deniq; aliqua quæ quidã doctores de antichristo intelligũt, alij de alijs quibusdam exponunt, quemadmodũ intuentibus doctorum cõmẽ

ta super Danielem & Apocalypsim, elucescit. Similē modo igitur ea quæ ego iam dicam in tantū certitudinaliter recipi volo, in quantū autenticę scripturæ cōcorditer cōsonāt. Quæ vero à doctoribus tradita sunt & nūc allegāda, sapiēter acceptāda sunt itē & discrete. P. Nunc de antichristi aduētu eloquimur.

¶ Vtrū antichristi aduētus possit præsciri. Arti. V. The.

Qvemadmodū super quartū sententiarū sanctus Thomas ostēdit, & habetur partim facile intra, Aduentū Christi ad finale iudiciū signa quædā præcedent, nihilominus aduentus ille incertus dicitur, & tanquam fur in nocte venturus perhibetur. Nā vt scriptū est: Cū dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, similiter antichristi aduentū signa quædā præcurrent, & tamen aduentus eius præsciri nisi deo reuelāte nō valet. Et hoc Gorra testatur super epistolā ad Thessalonicen. secundā. Cōmuniter nanque dicunt doctores, persecutionem antichristi improuise mūdo superuenturā. ¶ Præterea cū iuxta euangeliū Matthei mox post antichristi persecutionē sol & luna obscurandi sint, & cito post hoc Christus ad iudicandum venturus, sicut Rabanus & Thomas fatentur. Si antichristi aduentus præsciri valeret, tunc tempus quoque iudicij vltimi prægnosci posset, quod euāgelio dissonat. P. Quæ sunt signa quę diē iudicij quę itē que aduentū antichristi præcessure credūtur? T. Quāuis in euāgelio signa ponātur diē iudicij præcursura, vtpote pugnæ, terrores, pseudo prophetę, abūdātia impietatis atque similia, tñ sicut S. Thomas edisserit, nō est facile scire in-

& in speciali, q̃ erũ i hæc signa post quę fiet iudiciũ. Signa nanq; in euangelio posita de fine mũdi, non ssi duntaxat ad vltimũ Christi aduentũ ptinent, sed ad tẽpus quoq; destructiõis Hierusalẽ, & ad aduentũ q̃ Christus ecclesiã q̃tidie visitat, quẽadmodũ in epist ola ad Asitiũ astruit Augustinus. Signa qppe pdicta videlicet pugnæ terrores, deceptiones, multiplicatio mali, ab exordio mundi fuerũt, nec aliqd horũ ad finẽ mundi p̃ciſe ptinere videtur, secundũ Augustinũ, nisi dicatur q̃ tunc amplius inundabũt, sed q̃ñ & quãtũ tunc excrescent incertũ est. Non enĩ scitur secũdũ q̃ mensurã crescentiã futurũ denunciẽt Christi aduẽtũ, ideo ex eis p̃sciri nõ potest Chri aductus. Veruntñ post antichristi mortẽ euidentiã apparebũt mox futuri iudicii signa, q̃ boni aduertent, mali vero paruipẽdent, Vñ ad reprobos respiẽt q̃ dictũ est: Cũ dixerint pax & securitas. Ad electos aũt q̃ dñs ait: Arescẽtibus hominibus p̃ timore &c. Insup signa antichristi aduenĩ ĩpcessura sunt vt docet apl'us, discessio, & aliæ tribulationes ecclesiæ, q̃ doctores circa verbũ apl'i ponunt. P, Si ex signis p̃dictis nõ q̃unt illa p̃sciri q̃rũ sunt signa, cur signa vocãtur? T, Iccirco signa dicũtur, q̃a nisi ipsa p̃cesserint, illa nõ venient quorũ ipsa signa cẽsentur. Nõ enĩ veniet antichristus nisi discessio præeat, nec Christus iudicabit, donec omnia quæ dicta sunt fiant, non tamen oportet ex his signis præsciri determinatum tempus aduentuum prædictorum. Deniq; signa dicuntur, quia quantum in se est satis insinuant instare aduentum quem nunciant.

ti sicq; dediti. Nihilominus aliqui poterunt eius aduentum satis perpendere, discessione cõpleta, quẽadmodum & primus Christi aduentus occultus extiterat, non quia signa non apparebant ipsum esse natum monstrantia, ex quibus merito debebant Iudæi eius pensasse aduentũ, imó grauiter peccabant, quia eius aduentum ignorabant, cum videbant prophetiam Iacob de ablatione regni à Iuda esse impletam. Ebdomodas quoq; de quibus Daniel dixit, finitas. Gen. 49. Danie. 7.

¶ Quód de Antichristi aduentu quidam vicissim decepti sint. Articulus VII. Theologus.

PRæterea scias in hoc nonnullos fuisse deceptí, q Antichristum iam venisse, vel de propinquo venturum esse dicebant. Vnde B. Hieronimus in libro de viris illustribus de quodam Iuda viro docto cõmemorat, q̃d antichristum circa tempora sua venturum asseruit. Et certe quid hoc de homine isto mirum est, cum beatissimus Anthonius sancto Athanasio teste putauerit hæresim arrianam antichristi consistere præcursatricem atq; nouissimã. Sicut venerabilis ille Seuerus in libro de vita S. Martini, Existimare inquit possumus nũc de pximo antichristũ esse venturum. Non tamen dico S. Anthonium aut Seuerum deceptũ, quia non simpliciter sic affirmabant, sed verisimiliter taliter opinati sunt. P. Quid mouebat tantos viros ad ita dicendum? T. Magnitudo atq; acerbitas persecutionis, præsentem esse mundi occasum eis videbatur minari, vtpote quia signa illa quæ Christus in

euangelio

euangelio ponit, q̄ & nunc sæpe prætacta sunt adesse videbant. P. Cum iuxta Apostolum Antichristus non veniet nisi discessio à Romano imperio antecedat, mirum mihi videtur, q̄ viri tam magni iam propinquũ esse Antichristi aduentum putauerint, præsertim cum ipsorum temporibus Romanũ imperium tam vehementer viguerit. T. Apostolus de discessione illa valde obscure locutus est, & vt ante iam fassus sum, q̄uis nullus Christianorũ de veritate verborum Apostoli ambigat non tamen omnes verba eius nec sacras scripturas vniformiter concorditerq; exponunt. Deniq; temporibus illorum virorum non erat Romanũ imperiũ in tanto vigore vt tempore Pauli apostoli. P. Vellem q̄ præallegata verba Apostoli euidentius mihi exponeres. T. Hoc conuenit. Verumtamen scias nunc quoq;, id est, anno domini 1432 non modicum esse rumorem de antichristi aduentu. Nempe epistola quædam à quodam missa est, multa mirabilia de antichristi iam vt astruit nati, ortu, vita & signis complectens. Sed & vir quidam famosus & doctus prædicator egregius Vincẽtius dictus, in Sarionibus suis antichristum nunc natum publice prædicauit, atq; de materia ista, librum fertur compegisse quem multi viderũt. P. Noua vt dicitur placent. Porro verba hæc meum inflammant affectũ, & incitant animum. Vellem epistolam illam audire, & quid tu de his sentias opto agnoscere. T. Epistolam illam scripto commendare inconsultum videtur, et iuxta multas ridiculosum. Tales equidem vt aiũt

vt aiunt multæ possunt confingi epistolæ, et vtinq; sæpe cõfictæ sunt. P, Non affirmãdo, sed recitando eam cõmemora, quatenus ex ea argumentãdi occasionem eliciam. T, Copiosam tibi inquirendi, itẽque arguendi materiam alias offeram. P, Quid tu putas & sentis. T, Vniuersis hinc inde pensatis sapientialius atque honestius reor, nec leniter credere, nec pertinaciter ea negare, sed deo totum committere, seque ad expectandum diem nouissimũ iugiter aptare. P, Nonne ex verbis apostoli tui inductis tibi videtur, necdum instare antichristi cõ uentum, præsertim cum discessio nondum appareat. T, Dixi tibi (si retines) non æqualiter à singulis verba exponi apostoli. Insuper quoque ostendi, non tam euidens esse, vtrum discessio illa natiuitatem antichristi, an certe reuelationem ipsius præcedet. P, Nunc de apostoli verbis efferimur.

¶ Explanatio verborum apostoli de antichristi reuelatione. Articulus. Octauus. Theologus.

IN secunda quam Beatissimus Paulus apostolus Tessalonicensibus scribit epistola, hortatur eosdem ne instare existiment diem domini, id est, diem nouissimum. Denique de dilatione diei illius eos certificans, duo tangit quæ illum præcedent. Primum est discessio. Secundum antichristi reuelatio. Ait itaq; Quoniã nisi venerit discessio primũ, & reuelatus fuerit homo peccati nõ veniet dñs ad iudiciũ. Philos. Nunc palam hæc verba explana. Theologus, Ista discessio secundum glosam & testimoniũ Gorrę ac alioꝝ tripliciter potest intelligi.

Primo de discessione gentium à Romano imperio quod iuxta prætacta in decem regna diuidetur atque deficiet antequam veniat antechristus. Secundo intelligitur de discessione siue inobedientia particularium ecclesiarum à Romana ecclesia per scismata varia, quæ etiam diem domini anteibit. Tertio de descessione non omnium, sed quorundam à fide catholica: Hæ tres discessiones ante antichristum venturæ creduntur. Sequitur in textu: Et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, id est, antichristus, qui antonomatice dicitur homo peccati, propter plenitudinem omnis culpæ, & quia quasi homagium peccato efficiet. Qui antichristus aduersatur omni veritati, & extollitur supra omne quod dicitur deus, vel falsa opinione vt dæmones. Omnes enim dij gentium dæmonia, vel gratiæ adoptione, vt sunt homines sancti Istis se præferet antichristus, & nedum istis, sed demum extolletur supra id quod colitur deus, id est, supra verum deum, qui est vnus in essentia, & trinus in personis quem solum decet latria, & cui nil vere potest esse æquale. Ecce quanta superbia impij hominis, non solum supra sanctos, sed etiam supra deum extolli. P, Vtrum superbior erit antichristus Lucifero? T, Hoc videtur, & à multis conceditur. Ille quippe dicebat, similis ero altissimo: Iste vero extolletur supra deum. P, Secundum præhabita, maxima inerit antichristo scientia, ergo sciet deum esse immensum, & per consequens, se non esse deo maiorem. T, Quod dictum est extolletur supra deum, non ita accipio, quod se deo dicet maiorem,

iorem. Si enim hoc diceret manifeste deciperet. Erit enim summus hypocrita, pessimusq; sophista. Ideoq; nequaq̃ se deo dicet maiorem, sed eius vnicum filium. Et forte sicut dominus noster Iesus Christus se deo patri ęqualem consubstantialemq; verissime docuit, sic & iste se deo patri falsissime ęqualem astruet, quod tamen non admodum certũ videtur, quia nec certum habeo, q̃d dicet deum in personis, trinum, vel saltem dualem, quemadmodum Macedonius dixit, quod tamen dicere compelleretur, si se deo patri consubstantialem fateretur atq; æqualem. Porro Iudæi Christum expectant venturum, non verum deum, sed purum hominem, licet sanctissimum. P. Quomodo ergo extollitur supra deum? I. Hoc de omni superbo, potissime quoq; de antichristo elatissimo dici potest, eo quod propriam gloriam quærat, magis suam q̃ diuinam volens fieri voluntatem. Antichristus præterea dominum nostrum Iesum Christum qui vtiq; verus deus est, & verus homo, non in vna natura, sed in vna persona apertissime blasphemabit. Et quod nos de illo, hoc ipse & sui de Christo nostro audebunt asserere. Deinde ait apostolus: Ita vt in templo sedeat, ostendens se tanquam sit deus. Veniet nanq; antichristus in Hierusalem, dicens se Christum in lege Iudæis promissum, & mox credent ei Iudæi. Templum quod destruxerunt Romani ædificantes, in quo antichristus sedebit adorari se faciens, vt verum Messyam. Sequitur: Et nunc quid detineat, id est retardet antichristi aduẽtum?

tum: Scitis o Tessalonicenses videlicet, quia non dũ discessio facta est, vt reueletur nihilominus antichristus in suo tẽpore, à deo vtiq; præordinato, in quo deo iuste permittente omnem suam inpijssimã voluntatem sine vlla resistentia impleturus cognoscitur, cuius facti typus apostoli tempore in Nerone Christianos persequente præcessit. Ideo subdit: Nã misterium iam operatur iniquitatis, id est, diabolus per seruum ac filium suum Neronem & principes eius operatur ministerium iniquitatis, id est, occultã & mysticam iniquitatem. Persecutionis antichristi præfiguratiuam Sequitur: Tantum vt q tenet nũc teneat donec de medio fiat. Quid hic dicere velit Apostolus Augustinus se nescire fatetur. Quod nihilominus in glosa sex modis exponitur. Primo sic, Hoc restat anteq̃ antichristus appareat, tantũ, id ẽ: qui tenet, nunc, id est, persona quæ iam Romanum tenet imperium, teneat illud donec Romani potestas imperij de medio fiat siue deficiat. Secũdo sic: Hoc restat antequã antichristus reueletur & veniat, id est, qui tenet nunc, id est, persona tenens fidẽ catholicam, teneat ipsam fidẽ, donec ipsa fides de medio fiat, id est, infirmetur & refrigescat, non tamen prorsus occumbat, quoniam fides Christiana nunquam statu isto durante seu mundo, penitus auferetur, sed tempore antichristi magis quam ante minuetur. Tertio sic: Qui tenet, id ẽ, res quæ antichristi aduentum retardat, teneat, id est, illum retardet, donec res ita de medio fiat, id est, tollatur & cesset. Hæc vero res est accessus ad fidem, quæ ante antichristi

aduentum

aduentum cessabit, ita vt ad fidem nullus accedat. Quarto sic: Qui tenet teneat, id est, occulta iniquitas seu mysterium iniquitatis, quæ nunc antichristi aduentum retardat, differat illum, donec ipsa de medio fiat, id est, vt homines peccare non erubescant, quia vt dicit glosa, ante antichristi aduentum non amplius erubescent homines adulterari & furari, quam manducari & ambulare. Quinto sic: hoc restat priusquam antichristus adueniat, vt qui tenet, id est, qui fidem habet, teneat, id est, in ea persistat, donec mysterium iniquitatis de medio fiat, id est, occulti, fictique mali manifesta de Ecclesia exeant. Sexto sic: Hoc restat &c. vt qui tenet, id est, accessus ad fidem quo per misericordiam & gratiam dei aliqua ad fidem accedunt, teneat, id est, retardet antichristi reuelationem, donec iste accessus, de medio fiat, id est, malus ad fidem accedat, atque euidenter innotescat. Tunc quippe omnes ad Christum non pertinentes, manifesta à fide discedent. Philosophus. Diligentissime de apostolicis disseruisti sermonibus, & dictis rite pensatis, longe (ni fallor) adhuc aduentus deest antichristi. Theologus. Noli inconsulte & tanquam ex abrupto quippiam diffinire. Philosophus. Quid ergo tibi videtur?

¶ Quæ sunt ex quibus videtur nondum instare antichristi aduētus.

Articulus. Nonus. Theologus.

Discessio-

Discessionem iam nunc sex modis expositã, antichristi reuelationem, id est, apertã persecutionem ac prædicationem esse præuenturam, apostolica palam protestatur sententia, ait enim: Quoniam nisi venerit discesiio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, id est, mendacissimus

2.Tessa.2 atq; falsissimus antichristus &c. sic ergo discessio reuelationem eius præcedet, sed natiuitatem quoq; eius præueniet, superius discussi, idq; ex verbis venerabilis Bedæ deduxi, quod potius intelligendũ sit discessionem hanc apertam antichristi aduentum præcessuram, quo concesso, non sequeretur, ꝓpterea longe esse antichristi natiuitatem seu occultum aduẽtum, quoniam nondum est impleta discessio. ¶Cum enim inter ortum antichristi eiusq; reuelationem triginta credantur anni intermedij esse venturi, infra tempus tantum discessio ista posse impleri, præsertim cum iam magna ex parte videatur impleta, Nam tria illa cornua de quibus ante iam sermo est habitus, scilicet regnum Aphricæ, Aegypti & Aethyopiæ, diu à Romano imperio abscisa sunt. Deniq; nũc hæreses oriũtur & scismata, & nec summo Pontifici, neq; Romano Imperatori debita exhibetur reuerentia vel obedientia à subiectis. Non tamen ex his scire quis valet natum aut cito nasciturum perditionis filium, quia hæc atq; similia mala, sæpe in ecclesia orta sunt, etiam magis q̃ modo. P. Sunt ne alia ex quibus elici queat propinquum vel remotum fore antichristi aduentum? T. Communiter tradũt doctores quod ante antichristi ad

uentum

uentũ terra sancta in q̃ dñs noster Iesus Christus, natus, conuersatus & passus est, quam nunc Sarraceni legem tenentes Mahumeti occupant, Christianis reddetur, Sarracenis deuictis atq; expulsis, Nẽpe ipse quoq; Mahumet & eius sequaces propriam aserunt legem, Christianorum gladio destruendã, sicut enim gladio inualuit, sic gladio desinet. Licet autem omnipotenti glorioso'q; deo nil prorsus impossibile sit neq; difficile, tamen humano modo loquendo, talis Sarracenorum destructio non videtur de facili neq; celeriter posse cõpleri, præsertim cum iam in terra sancta fortiores habere munitiones ac propugnacula contra Christianorum inuasionem dicantur quã hactenus. Insuper multi vt fertur Tartarorum legem illam vbertim accipiunt, et sic non apparet admodum fini propinqua. Sunt etiam alia multa scripta quæ per reuelationem manifesta dicuntur, ex quibus consequens est non adhuc propinquũ esse Antichristi aduentum. De quibus omnibus nihil omnino determino, nec incerta pro certis recipio, quicquid vero in scriptura canonica de ipso conscribitur, certissime credo & teneo. Porrò quando veniet quid ad me? Non ẽ meum nosse tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate. Vtinam ego interim taliter viuã, vt me dominus paratum inueniat, siue ad mortẽ naturalem, siue ad antichristi persecutionẽ, siue ad extremum iudicium. Curiosas autem & inutiles q̃stiones, vanis superuacuis'q; relinquo. Antichristũ esse venturum certissime scio, quando veniet, prorsus ig

bitur. Et denuo, quia de Christo ait propheta, quod de virgine prodiet. Propterea aliqui dicũt, quod se Antichristus de virgine natum ediſſeret, nec inueni etur patrem habere in terris, nihilominus de parentum concipietur seminibus, sed mox anima cor pori eius infusa, descẽdet in eum diabolus. Et sicut Magister sentẽtiarum enarrat libro secũdo, tũc Lucifer soluetur, & vt opinor, ille occupabit possidebitq́ eum ex vtero matris, cuius virtute, industria & operatione, puer gignetur, adolescet, aletur, & in singulis vsq́ in finem dirigetur. Vnde tota eius vita erit peccatum, & secũdum doctores, sicut in Christo à conceptionis suæ instanti erat plenitudo spiritus sancti, omniũq́ diuinorum dona carismatum, sic quod tota eius vita extitit sanctitas pura, sic in istum descendet spiritus nequam, eritq́ vniuersa ipsius vita iniquitas atq́ fallacia. P. Quid vtiq́ meruit puer ille, vt sic nondum discretionis tempus sortitus possideatur, impleaturq́ dæmone? ¶ Præterea sic à natiuitatis suæ primordijs dirigetur à dæmone, erit quasi instrumentum diaboli, nec magis sua malicia sibi imputanda videbitur, quam dæmoniacis atq́ freneticis. T. Subtiliter arguis, quoniam p̃inducta tibi admirationem efficiunt. Veruntamẽ auditis quæ restant, vehementius (ni fallor) mirabéris & fortius quoq́ obijcies. Ideoq́ ad hoc respondere differo, donec posterius cõuenientiori respondeam loco. P. Hanc dilationem æquanimiter fero. Porro quæ in hoc disseruisti articulo, certa omnino sunt, autenticæ testimonio scripturæ innixa. T.

Quod dixi Antichristũ in Babylone gignendũ, nõ legisse recordor in scriptura canonica, sed neq; agnosco, vnde id p scripturam canonicam queat ꝓbari. Præterea quod dixi eũ de prosapia Dan nasciturum, quamuis à doctoribus per scripturam proe betur, autoritates tamen illæ quæ ad hoc inducuntur aliter accipi valent. Id equidem quod paulo añ induxi de libro Genesios: Fiat Dan coluber in via, quidam doctorum quos & Nicolaus de Lyra sup Isaiam assequitur, non iam de impio Antichristo, sed de sancto Samsone exponunt. P, Quomõ potest hoc fieri? T, Hoc mirũ nõ est: Nã in sacra scriptura per leonem sæpe Christus, interdum autem designatur diabolus. Nempe de Christo Iohannes: Vicit ait, leo de tribu Iuda. Et de diabolo Petrus: Circuit inqt, tãq̃ leo rugiẽs, quęrẽs quem deuoret. Sunt nanq; in leone fortitudo & feritas. Dicitur igitur Christus leo propter fortitudinem: dæmon ꝓpter feritatem. Sic & Samson colubro comparaẽ, itemq; Cerasti, nã & ipse aduersarios Israel pia fraude decepit, quemadmodum in libro Iudicum legitur. Et Antichristus etiã illis siĩs appellaẽ, propter infectiones mortiferas, impiasq; fallacias quibus populum faller. ¶ Amplius autem quod dixi Iohãnem in Apocalypsi ideo non cõnumerare tribum Dan, tribubus cæteris, quia de eo prodiet Antichristus, ab aliquo posset negari. Eadem quippe ratiõe de tribu Effraim diceretur gignendus, quoniã nec illam commemorat. P, Cur non computat eã cum tribubus alĳs? T, Quoniã principiũ idololatriæ de

popule

populo extitit. De ea enim erat Hieroboam prim⁹ rex Israel, qui duos aureos vitulos fecit, à cuius pec cato decem tribus vsq; ad captiuitatem suam non recesserunt. Hanc causam quidam assignant, nec re probo eam, sed ipsa quoq; de tribu Dan reddi potest. Vt enim in libro Iudicū scribitur, idolū Michæ mansit in tribu Dan, vsq; captiuitatem ipsorū. Ab eo vtiq; tempore quo vastauerūt Lachis, qd diu añ Hieroboam tempore fuit. Vnde elucescit tribum Dan prius ad idololatriam declinasse, quam genealogiam Effraim. Sed ad hoc satis ratiōabiliter dici posset, quod quāuis tribus Dan primo idololatra fuerit, non tamē eatenus cæteros ad idololatriam introduxit, sicut ꝓgenies Effraim. P. Qua ergo certitudine recipi iubes, q̄ de loco & genere Antichristi dixisti? T. Non tali nec tanta vt recipienda est scriptura canonica, sed probabiliter tātum, quoniam doctores catholici taliter aiūt, & scripturæ diuinæ cōcordare videntur. Hæc aūt ideo fassus sum, quoniā vt supra ostēdi, piculosum ē de Antichristo multa asserere, q̄ p scripturā autēticā nō ꝓbantur aperte, & vt agnoscatur quā discretiōe vtendū est in his, quæ de filio perditionis traduntur.

¶ De progressu & vita atq; aduentum Antichristi in Hierusalem. Articulus .XI. Theologus.

QVemadmodum tradidi, nō omnia scire valemus quæ homo peccati vsq; ad suam reuelationem seu manifestam in Christū blasphemiam aget. Tempus tamen ipsius à natiuitate vsq; ad tricesimum annum in quo persecutio ei-

us ebulire incipiet, nominatur ipsius occultus aduētus, quamuis fortassis non omnino tunc ociosus à fallacia, doctrina & signis existet. Sed tempus quo aperte se Christum prædicabit, Christianos'q interimet, reuelatio ipsius vocatur, hoc porro certum ē, quia interim inhabitator eius diabolus instruet eū, atq; ad mox futura mala agenda disponet. Cū ergo in loco q̄ natus fuerit, aut circiter vel alibi manifeste prædicare exorsus exstiterit multos'q; sibi discipulos fecerit, atq; exercitum ingentem ac robustissimū collegerit, veniet tandem in terram sanctam, & in Hierusalem tanquam in ea redemptionis humanæ operaturus mysteria. Cum'q; vrbem Hierusalē obtinuerit, Iudæi ei ac hærebunt, quibus dicet se verum esse Messyam ipsis promissum. Qui credentes in ipsum, ædificabunt templum à Romanis olim destructum, & in illo sedebit Antichristus, ostēdēs se suis, id est, adorandum se exhibens, tanquā sit deus, dei vnigenitus, verus'q; Christus. Circumscidet se quoq;, vt dicunt doctores, vt Iudæos alliciat, & legem Mosaicam approbare se fingat. Plebs vero Hebraica familiarius, vt ait Haymo, Antichristo assistet. Veruntamen prædicantibus Enoch & Helya, qui ex ipsis saluandi fuerint, conuertentur ad Christū de q̄ postmodū loquar. Præterea de hoc an antichrist⁹ luxuriosus erit, doctores diuersimode sentiunt. Nam in Scolastica historia fertur, quod propter sanctitatis simulationem, quatenus efficatius fallat, castus futurus sit. Alij astruunt quod lubricus erit in abdito, sed castus in publico. Id veroq̄ð

in Daniele scriptum est: Et erit in cõcupiscentijs fęminarum, de Antichristo q̃dam intelligunt, quod tamen necessarium non videtur, quoniam vt alij probant, capitulum illud mixtim intelligitur de Antichristo, & Antiocho. Quod non attendens Porphirius calumniatur prophetam.

¶ De modis quibus Antichristus gentes seducet. Articulus. Duodecimus.

Theologus.

Bonum est quod omnia appetunt, nec potest aliquid diligi nisi sub ratione alicuius bonitatis, vel existentis, vel apparentis. Cum igitur secũdum præhabita Antichristus impijssimus sit futurus, non poterit tot adipisci fautores, nisi ꝓpter bonitates quasdam apparentes & fictas. ¶ Deniq; in Apocalypsi ita de Antichristo ait beatissim⁹ Iohannes: Vidi inquiens, aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo, similia agni, & loquebatur vt draco. Quod eleganter exponẽs sanctus atq; venerabilis Beda: Agni ait cornua ꝑfert Antichristus, qua draconis venena latenter infundat, quoniã per sanctitatis hypocrisim, eam q̃ in se veraciter dominus habuit, singularem sibi inesse sapientiam mentitur & vitam. Itaq; duo cornua Antichristi, duobus agni similia sunt cornubus sapientia atq; vita. Sicut enim Christus etiam vt homo à principio in omni scientia & sanctitate erat pfectus, sic antichrist⁹ auxiliãte diabolo magnã habebit sciẽtiã, & vitã secũdũ apparẽtiã valde religiosam & in his duob⁹ cornub⁹ plurim. os fallet.

 ¶De-

¶ Deniq; iuxta doctores sex modis infelices seducet: Sapientia verborum, simulatione virtutum, testimonio scripturarum, ostendendo illas verificari in ipso, operatione miraculorum, promissione diuitiarum, & terrore persecutionis, his modis multos decipiet, quemadmodum in Apocalypsi scriptum est: Cauda eius trahebat tertiam partem stellarum, & misit eos in errorem. Malos equidem trahet p munera, bonos per tormenta, simplices per doctrinā, plurimos vero per signa atq; miracula. Itaq; Antichristus docebit nouam legem esse malignam. Nā vt in Daniele habetur: Cōtra principē principū, id est, dominum nostrum Iesum Christum cōsurget, & in tantam se superbiam eriget, vt leges & cerimonias vel temporum cursus mutare conetur. Porrō vt in Daniele prophetatum agnoscimus, Antichristus dominabitur thesaurorum argenti & auri. Inueniet nempe duce diabolo thesauros abscōditos, quibus ditabit auaros quorum falsam prosperitatem alijs pro exemplo ad fallendum ostendet. P. Miror vehementer, cur deus tantam permittet inesse potestatem homini impio ad fallendum. T. Fidelis deus non permittit nos vnquam tentari, vltra quam ferre valemus. Sed de hoc post modum euidentius colloquemur. P. Secundum omnia pręostensa, miracula sunt quasi quædam fidei Christianæ sigilla, si ergo Antichristus miracula faciet, robur fidei prorsus dissoluitur. Deniq; quod commune est bonis & impijs, esse non potest sufficiens argumentum diuinæ veritatis, si igitur Antichristus

miracula

miracula aget, argumentum fidei ex miraculis sumptum inualidum extat. T, Horum responsio specialem requirit articulum.

¶ De signis & prodigis quibus Antichristus homines fallet. Articulus .XIII. Theologus.

DE Antichristo loquēs Apostolus: Cuius erit inquit, aduentus in omni virtute humanę potentię in signis & prodigijs, id ē, in paruis & in magnis mirabilibus, faciet enim diabolica ope portenta magna, vt volare in aere, ignē de cęlo descendere, arbores repente florere atq; similia. Deniq; minora quoq; efficiet, vt cæcos videre, surdos audire, claudos ambulare. P, An cōcedis ipsum miracula esse facturum? T, Ratio miraculi dupliciter assignatur: Vno enim modo miraculum secundum Augustinum vocatur quicquid arduum vel insolitum supra spem aut facultatē admirantis apparet, & sic ea quæ naturali ordine cursuq; rerū nō fiunt, dicuntur miracula, & constat talia multa antichristum facturū, sicut & Magi Pharaonis & Symon Magus. Secundo & proprie miraculum dicitur quod omne naturæ facultatem prorsus excedit, sic quod in rebus creatis nō est aliqua virtus talium actiua, sed solum obedientialis potentia, qua deo creatori natura creata in cunctis deseruit & paret, quæ contradictionem non implicāt, vt sunt virginē parere, mortuos suscitare, cordis archana cognoscere, futura penitus contingētia ac indeterminata certo præscire. Et talia non poterit Antichristus veraciter facere, sed in præstigio tantū. P, Ea

quæ

quæ malis quoq; conueniunt diuinam veritatẽ suf ficienter non cõprobant. Si ergo Antichristus cæcis visum, surdis auditum, &c. restituet, languores curabit, & similia faciet, indignum videtur, quod in euangelio talia de Christo ad fidem firmandã narrantur. T, Multa sunt quæ fidem stabiliunt cũ circunstantijs certis, & alijs quibusdam sibi coniũctis, quæ tamen secundum se & sine relatione ad alia nude accepta ad fidei robur nequaquã sufficiunt, verbi gratia, vt quod de domino nostro dulcissimo vnigenito dei patris Iesu Christo legitur, quia dæmones expulit, cæcos illuminauit, paraliticosq; curauit, & alia multa secundum se & nude ad fidei firmitatem non sufficiunt, quia & mali talia deo permittente facere queunt, & per naturalem scientiã medecinæq; artem effici valent, vt langores quidã curentur, quos Christus & sancti eius discipuli miraculose curasse leguntur. Imo vt cito ostendam operatione diaboli, talia multoq; insuper mirabiliora effici possunt. Veruntamen si præinducta Christi opera cum certis circunstantijs accipiantur, & cũ cõparatione ad alia quæ ad ipsum respiciunt, scilicet quod solo imperio ista peregit sine operatione alicuius naturalis virtutis, vel à dæmone vel alias occultæ adhibitæ, tunc ista fidem satis corroborant. Præterea quod Christiani multi multa signa fecerunt, quæ tamẽ magica arte, vel naturali virtute fieri possunt, sinẽ q̃dẽ conformãt, si credamus eos talia p diuini inuocationẽ nominis operatos, & nõ p secretas fallacias. Nos ergo q certissime imo experimentaliter

mētaliter scimus quales fuerint & sint, q in nostra lege signa ista fecerūt, per ea in fide instruimur. Agnoscimus nanq; quod tu quoq; & cuncti agnoscere valent qui secundum Christi legem religiosi viuere volunt, quod veri atq; perfecti Christiani humilimi sint, deum summe amantes, veritatis zelatores, nil magis quam cum dæmone cōmunionem, aut fœdus habere vitantes, totam spē suam in deo vero & viuo figentes, & ei soli pura, absolutaq; mente semp pro viribus vacare optantes, q etiā arduā vitā ducūt vt tal.ē viuere ac deo placere pualeāt. Ide oq; saluator in euangel. ait: Si qs voluerit volūtatē meā facere, cognoscat de doctrina mea an ex deo sit. Veracit em q chriformit viuit, experimētalit sapit chriang sanctitatē doctrinę. P Multa iā mihi pulchra dixisti. Sed dicere aliqs posset Christū & ei' discipulis nō diuina virtute, sed magica ista fecisse, sicut & vos de alijs & antichristo asseritis Nec fuisse eos veracit sctōs sed hypocritas & similatores atq; maleficos. Nā & pessimi hoīes magnā sæpe sanctitatē confingūt & similāt. T, Vt tibi planem sideā lati' loqnar.

¶Responsio theologi ad obiectionem philosophi de miraculis Antichristi. Articulus. XIIII. The,

NOn omniū ē fides & nouit dns q sunt eius. Porro scriptura sacra fatet: Crediderūt inq ens quotquot pordinati fuerūt ad vitā ęternā. Vn & visis interdū magnis Christianorū miraculis, quidam credebant, quidam ea magica arti asscribebant. Nec enim exterius facta ad fidem salutarem sufficiunt, nisi & deus per gratiā interius agat.

Itaq;

Itaq; quemadmodum ô philosophe arguis, sic esse profiteor, Sed cũ Auerrois tuus dicat, Operatio arguit formam. Quid amplius tibi facere possim q̃ quod te ad Christianæ experientiam vitæ remitto. Sicut nempe operatio arguit formã, sic vita ficem & conuersatio legem. Verũtamen licet de quibusdam miraculis argui queat, quemadmodum argui isti, non tamen de omnibus quæ Christus & sui fecerunt, quippe quæ à solo deo fieri possunt. P, Si in lege tua signa facta sunt, soli deo possibilia de talibus fateor argumentum meum nil omnino procedere. T, Vi argumentationis, & vt palam esset in foro contentioso, verum est, ea signa ad fidem probandam non esse idonea q̃ malis quoq; possibilia sunt atq; communia, sed habet fides catholica testimonium diuini sigilli, quoniã ea Christus & sui egerũt, quę nisi à deo fieri nequeunt. Vnde saluator in euãgelio, Si inquit, nõ venissem & opera fecissem, quę nullus alius facere potest, peccatum non haberẽt. Et nihilominus denuo ait: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. P, Quæ sunt illa? T, Multa & vere innumerabilia. Quis enim iam numerat quot in nomine Christi à Christianis præcipuis mortui suscitati sunt. Quotiens sancti viri cordium aliorum secreta nouerunt, & futura penitus indeterminate certissime prædixerunt. Sunt autem & alia multa valde miranda, vt penetratio dimensionum, & suscitatio mortuorũ brutorum. P, Vellẽ de his in speciali plenius informari. T, Nondum istud optasti, quando proposui de

Christia

Christianorum miraculis specialem tractatum inducere. Itaq; post pauca implebo quod cupis.

¶ De miraculis vel potius mirabilibus magorum Pharaonis. Articulus .XV. Theologus.

QVatenus de Antichristi miraculis dicta atq; dicenda minus homines moueāt,& fallacia esse patescant, introducendam opinor in primis scripturam autenticam, cuius vtiq; testimonio pateat, quam mira quamq; stupenda magica arte aut certe vt clarius loquar diabolica ope, fieri queant. P, Quae prorsus sunt haec? T, Cum populum suum olim Israeliticum deus benedictus & sanctus, de terra Aegypti ad terram repromissiōis seu Chanaan, introduceret, moysenq; & Aaron ad Pharaonem tāquam tanti negotij executores trāsmitteret, signa magna concessit eis efficere, quatenus si Pharao rex Aegypti verbis non crederet, signis saltem fidem adhiberet. Itaq; primū signū Moysi fuit, quod eo iubente frater eius Aaron virgam ī terram proiecit, quae protinus est versa in colubrū. Porro viso hoc signo vocauit Pharao sapientes suos magos atq; maleficos, feceruntq; ipsi per incantationes suas Aegyptiacas & archana quędam similiter & proiecerunt virgas suas, quę in dracones cōuersę sunt. Itaq; in hoc primo signo assimulati sunt magi Pharaonis, Mosi seruo dei viuentis. ¶ Insuper percussit Moses virga aquas fluminis, quae mox in sanguinem versae sunt, & fuit cruor in oī terra Aegypti. Pisces quoq; mortui sunt, & flumen computruit, feceruntq; malefici regis incantationibus suis

similiter

similiter. Post hæc eduxit deus per manũ Moysi ranas inæstimabilis numeri quæ operuerunt terram Aegypti intrantes domum regis, atque reliquias ciborum edentes, & strata Aegyptorum implentes. Et in hoc denique tertio comparati sunt Pharaonis malefici miraculo dei, fecerunt quippe similiter. Præterea deo per famulos suos agente, versus est puluis terræ in cyniphes. Et in hoc quoque similiter agere cupiebant Magi Pharaonis nec poterant, sed defecerunt in isto, dicentes: Digitus dei est hoc. Phil. Miror quod cyniphes quæ vtique minutissima animalia sunt, producere nõ valebant, qui ranas vtique dracones produxerant. The. Quemadmodum Augustinus fatetur: Poterant prorsus dæmones quorum auxilio Pharaonis malefici prædicta egerunt cyniphes facere magis quam dracones, si à deo permissi fuissent. Multa equidem possunt, quæ tamen facere deo perhibente vel angelis nequæunt. Philo. Quæ erant alia prodigia per manum Moysi in terra Aegypti? The. Decem potissime plagis percussit deus Aegyptum, quarum nunc tres positæ sunt. Aliæ vero in Exodo describuntur, inter quas vna erat, quod tribus diebus & noctibus densissimæ tenebræ fuerunt in terra Aegypti. Porro apud filios Israel lumen radiebat diurnum. Ph. Quomodo potuit esse hoc? The. Per omnipotentiam dei sol radios super terram Hæbreorum expandit, quos à terra Agypti retraxit.

¶De fallacibus signis Symonis magi.
Articulus .XVI. Theologus.

Quemad

QVemadmodum à mundi principio sancti quidam fuerint qui veri Christi designabant ac præfigurabant personam, vt Abel, Ioseph, Samson, & alij. Sic & pessimi quidam homines antichristi figuram & typum portasse videntur. Deniq; in antichristo tanquam in principe & fonte maliciç tria mala concurrent. Primum erit falsa doctrina, & quoad hoc eius personam hæresiarchæ figurant, vt Manicheus, Arrius, Pelagius, Nestorius. Secundum erit mirabilium operum efficientia, & quo ad hoc Symon Magus eius præsertim fuit typus. Tertium erit persecutio orthodoxæ ecclesiæ, & quo ad hoc figuræ antichristi fuerunt tyranni, & maxime Nero, qui primus inter gentiles principes persecutus est christianos, de quo ait apostolus Nam mysterium nunc operatur iniquitatis. Phil. Quæ sunt illa mirabilia Symonis Magi: T, Ea diligenter aduerte, quia plurimum conferunt ad intuendam antichristi fallaciam. Et quamuis in scriptura canonica non habeantur, tamē a sanctis viris exquisite conscripta sunt. Igitur apostolorum temporibus fuit in Iudæa quidam nomine Symon maximus magus, qui in typo blasphemiarum antichristi venturi se primam esse virtutem dicebat, sibique credentes immortales fore, & omnia sibi possibilia esse. Insuper in libro Clementis legitur, dixit: Adorabor vt deus, diuinis honorabor honoribus, & quicqd voluero, facere potero. Deniq; vt refert S. Hieroni., addidit, Ego sum sermo dei, ego speciosus, ego paraclet⁹, ego oīpotēs, ego sapiētia dei. Hic

¶Hæc ergo tam impius magica arte miranda effe cit, serpentes æneos fecit moueri, statuasque æreas atque lapideas ridere vel loqui, canes cantare. Prætereà ad principem apostolorum beatissimũ Petrum dicere ausus est, Ego tibi ostendam diuinitatis meæ potentiam vt repente adores me, Ego sum prima virtus, volare possum per aera, nouas arbores face re, lapides in panem mutare, in igne sine lesione du rare. Dixit quoque ad suum imperium falsem messu isse, seque dei virtutem existere. ¶Itaque cũ Petrus apo stolus sancto spiritu plenus, contra hunc disputasset atque ipsius fallacias detexisset, & maximis miraculis fulgens, populum à Symone auertisset, cernẽs se Symon confusum, Romam profectus est, quatenus ibi diuinum sortiretur honorẽ. Romani nẽpe omnium coluerunt portenta deorum. Qui Symon à Nerone imperatore tam reuerenter susceptus, tamque vehementer dilectus est, vt eum putauerit totius vitæ suæ ac salutis & Romane vrbis custodẽ. Quibus auditus, Petrus ab Anthiochia Romã accessit, illicque prædicationi insistens, maximã populi partem Christo adeptus est. Interea vt Leo Papa testatur. Dum quadam vice Symon ante Neronẽ staret subito eius est immutata effigies, eatenus vt iam senior iam adolescentior appareret. Quo viso Nero hunc esse verum dei filium credidit. Cui Symõ, vt certissime inquit, scias o optime imperator me verum esse filiũ dei, decollare me iube, & post tres dies resurgam, præcepit igitur Nero carnifici vt eum decollaret, qui Symonem se decapitare existi

mans

mans deco'lauit arietem. Porro Symon magica arte illæsus disparuit, atque arietis membra clam colligens, tribus se abscondens diebus, sanguis aũt occisi arietis congelatus ꝑmansit, tertio itaque die se Neroni Symon ostendens, fac inquit, sanguinem meum effusum extergi, quoniam vt spopondi, en ego qui paulo ante truncabar, tertia die surrexi. Nero quoque conspiciens eum obstupuit, verumque cum dei filium esse differuit. Interdũ præterea existente Symone cum Nerone in domo, dæmon in specie Symonis foris loquebatur ad populum, propterea eum Romani in tãto habebãt honore, quod ei imaginẽ statuerũt, huncque titulũ suꝑposuerũt, Symoni deo sancto. Postremo Petrus & Paulus apostoli ad Neronem ingressi, vniuersa huius maleficia detegebant: Petro dicente, quia sicut in Christo erãt natura diuina & humana, sic in mago hoc ipso duæ forent substantiæ, vtpote hominis & diaboli. ¶Denique testantibus Marcello & Leone, Symon ad Petrũ dixit: Ne diutius hũc inimicum meum sustineam, mandabo angelis meis vt de eo me vindicent. Cui Petrus: Ego ait angelos tuos non paueo, imò ipsi me timent. Ad quem Nero respondit: Non metuis Symonem, qui diuinitatem suã rebus affirmat? Ad quem Petrus: Si in eo diuinitas est, dicat qd nũc cogito, & ne mentiri aut fingere quippiam audeat, cogitationem meam primo auribus tuis infundo. Cui Nero, Accede inquit, & quid cogitas pande. Accedensque Petrus ad imperatorem ait: Iube mihi ordeaceum panem afferri, quem allatum benedixit,
a abscon

abscondit & dixit: Dicat nunc Symon, qui se deũ facit, quid cogitatum, quid factum. Symon respondit: Petrus potius dicat quid cogitẽ ego. Et Petrus ait: Quid cogitat Symon me scire docebo, dũ quod cogitauerit fecero. Mox Symon indignatus clamauit: Procedant canes magni & deuorent eum. Protinusq; apparentes nigerrimi canes, impitum fecerunt in Petrum. Quibus cum Petrus panem benedictum obtulisset fugerunt. Tunc Petrus Neroni dicebat: Ecce factis ostendi me scire, quid contra me cogitauerit Symon, & qui se angelos contra me exhibiturũ asseruit, canes produxit. Tunc Symon respondit: Audite me Petre & Paule, si vobis hic nil facere valeo, veniemus vbi me de vobis vlciscar, ego vobis iam parcam. ¶Post hæc intumescens superbia Symon, se mortuos posse suscitare iactabat. Itaq; iuuene quodam defuncto vocauerunt Romani Petrum & Symonem, hoc concorditer discernentes, vt qui mortuum suscitare non posset, mortem subiret. Itaq; Symon ad præsentem accedẽs defunctum, fecit quod mortuus caput agitare est visus, quo facto vniuersi clamabant, & Petrum lapidare volebãt. Petrus autem impetrato silentio dixit: Si reuixerit mortuus surgat, ambulet, mãducet, loquatur. Sin autem, sciatis esse fantasma quo mortui caput mouetur. Separatur igitur Symon à lecto & puer permansit immobilis. Petrus vero à longe stans clamabat & dixit: Adolescens in nomine Iesu Christi Nazareni crucifixi, surge. Statimque surrexit & ambulauit. Cumque populus Symonem Magum lapi-

lapidare vellet, prohibuit Petrus dicens: Satis est ei quia se superatum cognoscit Magister enim noster nos docuit, quatenus pro malis bona reddamus.
¶Tunc Symon ad domum cuiusdam Marcelli discipuli Petri canem magnum ligauit, Marcelloque dixit: Nunc enim videbo an Petrus ad te ingredi poterit. Postmodum venit Petrus, signoque crucis facto, canem soluit, qui omnibus blandiens solum persecutus est Symonem Magum, quem apprehendens in terram deiecit, & eum strangulare incepit. Porrò Petrus accurrens cani præcepit ne eum occideret. Canis ergo Symonem non læsit, sed vestimenta eius penitus dilaniauit, vt nudus omnino diffugeret. Ideoque populus & maxime pueri cum cane Symonem insecuti sunt, ac de ciuitate tã quam lupum fugarunt. Cuius pudoris obprobrium Symon Magus non ferens, per annum latuit. Quo elapso ad Neronem reuertens, & in eius denuo amicitiam venit. Conuocans igitur Symon populum Romanum, se astruit à Galileis nimis offensum, atque ob id vrbem quam hactenus protexit velle relinquere, ac cœlos conscendere, quoniam iam diutius in terra non dignaretur manere. Vnde statutá die, turrim excelsam ascendens, se inde deiecit, volareque orsus est, lauro coronatus. Dixit præterea Paulus ad Archiapostolum Petrũ: Meum est orare, tuum vero imperare. Vidensquo queNero Symonẽ in aeris alto volãtẽ, ait apostolis Hic hõ veraxẽ, vos fallaces. Petrus demũ ad Paulũ.

Erige inquit, caput tuum & vide. Cumq; Symonem volantem prospiceret, ait Petro: O Petre quid cessas? perfice quod inchoasti. Iam nanq; Christus nos vocat. Tūc Petrus, Adiuro inquit, vos angeli sathanæ, ne eū amplius in aere feratis, sed sibiipsi dimittatis. Mox ergo à dæmonibus dimissus corruit, cōfractisq; ceruicibus expirauit, & profundissimū inferni quo Antichristus quoq; submergetur, damnatus introiit. Deniq; impii huius Symonis magi interitus intantum Neroni displicuit, quod Petrum & Paulum diuinos apostolos interfecit. P. Multa mihi miranda de Antichristi miraculis & Symonis magi fallaciis disseruisti. Sed quomodo tot & tanta sine subsidio diuino effici queant non video, hincq; doceri desidero, præsertim de hoc quod pauloante dixisti, loco Symonis decollatum arietem. Non enim video quomodo dæmon exteriores ludificare valeat sensus, cum sensus sit virtus passiua, & moueatur ab exteriori obiecto, circa quod secundum Aristotelem non errat nec fallitur.

¶ Qualiter subsidio ac operatione diaboli seu magica arte effici queant, quę Antichristus facturus ē, & præcessor, typusq; eius Symon magus peregit. Articulus Decimusseptimus. Theologus.

VNiuersa proinde quæ in superiori libro de naturali perfectione, sciētia, ac potestate tā angelorum quam dæmonū, tam diffuse tanq; diligēter induxi, ob hoc potissime dixi quod nunc sciscitaris, vtpote quomodo cuncta prędicta ope diaboli fieri possint. Ideoq; de naturali scientia

atque potentia dæmonum præostensa, iam sollerter rememorari oportet. P. Partim (ni fallor) recordor. Porro vbi nutabit memoria suggeres ipse. T. Pandeban (si retines) quemadmodum in dæmonibus naturalia remanserunt integra, & quod propter dignitatem suæ spiritualis naturæ dominium habēt, inquantum diuinitus permittuntur in corporalem naturam transmutando, mouendoque eam, & influendo in corpora inferiora etiam humana, vnde & in potentias sensitiuas, quoniam organicę sunt, imprimere possunt, in intellectum autem qui a immaterialis est, directe non imprimunt, sed indirecte in quantum circa fantasmata aliquid agunt. ¶Denique opinandum non est, inferiorum materiam obedire dæmonibus quo ad primam inchoationem formarum vel eductionē immediate, sed quo ad motum localem. Agnoscēdum est itaque, quod nullam virtutem aut formam naturalem, nec substantialē, nec accidentalem, dæmones introducere possunt in inferiora hęc corpora, nisi amminiculo naturalis agentis, quemadmodum artifex non nisi p ignē decoquit escam. Igitur sicut Magister Sententiarū ex verbis Augustini libro secundo determinat, & Thomas pulchre declarat, Potest dæmon per naturalē applicationem agentium & passiuorū effectus multos producere pręter cōsuetum ordinem, cursumque naturæ, accelerando videlicet opus, aut alio modo propter vehementiam ac multiplicationem actiuitatis rerum cōgregatarū, habilitatemque passiuorū. Adeo quę in potestate naturæ nō sunt, agere nequę

unt, vt mortuos suscitare nisi in præstigio tantum, quod tamen diu permanere nõ solet. ¶ Habent nã q; diaboli naturalem naturam subtilissimã valde, & subito mouẽtur, atq; naturales rerũ virtutes quas vtiq; optime norunt, celerrime applicant. Sic ergo magi Pharaonis virgas proijciendo, dracones pro duxerant, ranasq; fecerũt magicis artibus, quæ qc-quid agunt & possunt, à dæmone sortiuntur. Omni um quippe rerũ quæ corporaliter visibiliterq; nascuntur, occulta quædam semina in huius mũdi cor poreis latitant elementis, quæ deus originaliter in didit eis, quoniam quæcunque nascendo ad ocu-los nostros procedunt, ex istis seminibus ducũt o-riginem, incrementa ac distinctiões atq; figuram. Itaq; soli creatori altissimo deo deseruit ad nutum hæc sensibilium rerum corporalis materia. ¶ Porro nec bonos angelos neq; auersos fas est credere creatores, sed pro viuacitate sui sensus atq; subtilitate ac mobilitate suæ naturæ semina rerum nobis occultiora nouerunt, eaq; per congruas elemento rum temperationes spergunt, & taliter gignendarum rerum, accelerandorum quoq; effectuum occasiones ministrant, sed nec boni hęc nisi in quantum deus iubet, nec mali nisi quantum ipse permittit effici unt. ¶ Constat itaq; quoniam quo spirituales substantiæ siue bonæ siue malæ viciniores causas effe-ctuum producendorum ab elementis contrahere quærunt, eo mirabiliores in operationibus talibus celeritates apparent. Non ergo miremur si Antichristus eiusque sequacesquorum erit aduentus se cundum

tũdum operationem,itemq́ʒ iuduſtriam dæmonũ, lãguores curare,cæcos illuminare, paraliticos curare,atqʒ ſimilia facere quæãt ſuis temporibus. Quippe cum in rebus naturalibus virtutes magnæ multæque ſint talium operatiuæ effectuum. Nam per artem humanam talia quoque viciſſim ab expertis medicis fiunt. Phi. Satis(ut reor) hæc tua reſponſio dictis philoſophorum & Auicennæ concordat, Aiunt equidem,quia ſi quis herbarum & lapidum atque naturalium vires rerum cognoſceret, nimium mira,& quæ æſtimantur impoſſibilia produceret. The. Ita eſt prorſus, & quo demones præſertimq́ʒ Lucifer,omni extãt humana ſcientia clariores,tam in cœleſtium noticia motuum ac influentiarum,tã in experientia itemq́ʒ ſcientia naturalium virium, eo in ſuis effectibus,dum à deo permittuntur efficatiores,mirabilioresq́ʒ videntur. Quæ autem in poteſtate naturæ non ſunt vt faſſus ſum, nõ vtiqʒ poſſunt. P,Satis prorſus inclite reſpondiſti, & nunc dicta ſuperioribus conſonant. Iam igitur præcor ediſſere mihi qualiter ſenſus humanos eluderæ valẽant, ita vt ſtatuæ videantur ridere,loqui,& futura prædicere? quomodo etiam Antichriſtus facere poterit ignem de cœlo deſcendere? Pheologus. Multa mirabilia nedum fallaciter ſeu fantaſtice,verum etiam realiter Antichriſtus & ſui facturi ſunt. Veruntamen cum ridere & loqui atque prædicere actus animales vitalesq́ʒ ſint, nõ vtiqʒ à ſtatuis vere produci valebunt, ſed à dæmonibus per ſtatuas.

Palam est enim quia à vetustissimo tempore & nūc quoq; dæmones per idola prȩstant responsa, & hoc agere valēt, quemadmodum in corporibus humanis obsessis, aut certe assumptis aereis loquuntur & vaticinantur. Nam & angeli sancti & mali per corpora assumpta, vti in libro præcedenti deduxi, māducare, ambulare, loqui, cæterosq; actus vitales efficere valent, quamuis vt illic ostēsum recordor, nō proprie neq; vniuoce ista eis atq; hominibus competant. ¶Prȩterea sicut super Apocalypsim Beda insinuat, impossibile dæmoni non est, quod Antichristus diabolica ope ignem descendere faciat, nō fantastice sed vere. Nam vt canonica fatetur scriptura,
Iob. 12 Sathan domos ac pueros sancti Iob, igne quē produxit combussit. Faciet insuper suos vt fertur, discipulos varijs linguis profari, quemadmodum & veri Christi apostoli omnium linguis locuti sunt. Nēpe vt dicunt doctores, in omniū conspectū suorū faciet ignē descendere, & suos linguis varijs loq., tā
Actuū. 2 q̄ spūs sctūs super eos descēderit, sicut & sup apostolos Christi. P, Magna tētatio, sed quō poterit talia? T, Antea fassus sum, quia ad experientiam cernim⁹ interdū ex hominis ore obsessi, diuersas voces sonare, ipsumq; vt videtur obsessum, lingua effari q̄ ante non didicit. Sic quoq; per famulos Antichristi q̄ prorsus implebuntur flatu diaboli, diuersæ poterunt voces formari, & multo minus mirabile extat, si incantationibus Symonis magi dæmones p̄ canum ora, cantantium sonos formabant. ¶Deniq; de præstigijs illusionibusq; magorum sciendum,
quod

quod formę quæ in ipsis videntur, sunt tātummō in sensu, & talit decipe valet diabol' sensus humanos dupliciter. Primo vt ex thesauro imaginationis species ad exteriores sensus deriuētur & refluāt, sicq; vniuntur organis tāquā si res forent psentes, quemadmodum etiam in sumno contingit. Secūdo ex immutationi organi, per quam iudicium sensus de facili fallitur, sicut habenti gustum infectū, cuncta apparent amara, hoc deniq; facere possunt diaboli virtute naturalium rerum, quemadmodū ad cuiusdam euaporationē fumi trabes domus moueri videntur. Imo vicissim contingit, vnū arte magica falli, cum tamen alius astans decipi nequæat, ppter vires herbarum vel lapidū, quas apud se gerit. Pari mō fieri valuit, vt Symon magus loco sui arietem decollandum adduxerit, quem tamen alij in propriā forma non videbant. Sicut in Vitaspatrū descriptum est, de quodam qui coniugem suam in speciem equæ mutatam putabat, eamq; ad sanctissimum virum Macharium attulit, quem fratres videntes, indignati sunt aduersus eum quodequam adduxerit, nam & ipsi à dæmone adhuc decipi poterant. Porro vir diuinus atq; perfectus Macharius à dæmoniacis fantasijs falli nequibat, quod tamē gratiæ non naturæ prærogatiua fuerat Ideoq; fratres vehementer redarguens, Vos inquit, equinos oculos habetis, nam illa mutata non est à suipsius figura, sed eis mutata apparet, qui nondum dæmonibus p omniū passionum victoriā dominātur.
¶ Quod Lucifer tempore Antichristi soluetur, & in eo

in eo operabitur. Articul. Decimusquartus. Theo

QVamuis dæmones in caliginoso hoc aere habitent, quidam tamen opinantur Luciferum propter peccati sui magnitudinem ex quo cecidit in infernum detrusum. Alij asserunt eum in inferno religatum, ex tempore quo à Christo victus est, vel in deserto, vel in crucis patibulo. Ipse nempe vt dicunt, primum parentem tentauit & vicit, sed à Christo quem tentare præsumpsit, est victus. Rationabile autem videtur, quod nunc in inferno ligatus asseritur, ita vt egredi nequæat ad homines impugnandos, vsque Antichristi aduentum. Quoniam in Apocalypsi legitur, quod cum

Apoc.20 consummati fuerint, mille anni soluetur Sathanas de carcere suo, & exiet, & seducet gentes. Quod vtique tempore Antichristi continget, Nam per mille intelligendus est numerus perfectus annorum, in quo complendus est numerus electorum. Insuper sicut Magister Sententiarum in libro secundo testatur: Siue in inferno dimersus religatusque sit siue non, credendum est tamen non eum nunc habere tantam potestatem tentandi, quantam deo permittente tempore Antichristi habebit, quem ex vtero matris vt fert, ĩplebit, inhabitabit & diriget.

¶Quod in speciali scire nõ possimus quæ, quãta, & qualia signa atq; pdigia Antichristi tempore fient. Articulus Decimusnonus. Theologus.

EX Apostolicis dictis cognoscimus aduentũ Antichristi secundum operationem sathanæ

2.Tessa.2 esse in omni virtute, in signis, itemq; pdigijs.

Sed

Sed quoniam secundum Augustini doctrinam difficile imo impossibile nobis sit scire quid dęmones per naturam possit, nec possint, propter dei prohibitionem. Et quid per ipsius naturæ suæ conditionem facere non sinantur, ideo determinate scire nequimus, quid Antichristus cum suis acturus sit. Nō enim scimus limitem atq mensuram industriæ, potestatisq dæmonum, nec etiam scimus quæ & quāta sit vis in naturalibus rebus. Ideoq securum non arbitror, multum velle in particulari determinare, quæ, quāta, & qualia ab Antichristo & eius sequacibus fient. Ne forte si tunc aliter euenerit quam mō prædicatur, quisnam in errorem labatur? P, Res p̄sentialiter obiectæ, fortius mouent. Tanta ergo ꝓdigia actu exhibita, multum mouebunt intuentes, vt Antichristo adhæreant. T, Ita est prorsus. Tanta enim erit persecutionis ac seductionis illius acerbitas, vt in errorem mittantur si fieri potest electi, & hoc ante iam dictum est. Qui enim firmissime in fide stabilite non fuerint, mouebuntur & cadent, quorū nihilominus multi post Antichristi interitū denuo surgēt, quēadmodū postmodū introducā. Matt. 24

¶ Quam mira quamque stupenda ab Antichristo fieri ope Luciferi possit, si deus permisit. Articulus. XX. Theol.

PORRO ne Antichristi mēdacia signa, homines fallant, aut moueant, intēdere, scireque expedit quam ineffabiliter magna operatione Luciferi effici possint. Philosophus. Hoc mihi pande.

T, Omnia

T, Omnia quæ in præcedenti libro de Lucifero tam studiose induxi, ob hoc potissime cõmemoraui vt oportuno loco, id est, modo ostenderem, quam ad miranda atq; secreta Lucifer facere possit, & per filium suum Antichristum forsitan faciet. ¶ Recordaris ne ergo ô philosophe, quid illic de naturali excellentia, sciẽtia & virtute Luciferi dixerim. P, Dixisse te memini Luciferum ante casum, omnium angelorum fuisse altissimum, & per consequens omnibus naturaliter potentiorem, sapientioremq; ad agẽdum. Insuper adiecisti nouem esse angelicos ordines, atq; in quolibet innumerabiles spiritus contineri, quippe cũm in infimo ordine tot ad minus contenti sunt angeli, quot iam in vniuerso mũdo sunt homines, eo quod singulis hominibus singuli præsideant angeli, qui tamen omnes de infimo choro sunt. Porro secundum præinducta, quo in cœlis ordo est altior, eô plures comprehendit in se angelicos spiritus. ¶ Præterea addidisti probabile esse, & id pulchre probasti singulos angelos a singulis specifice esse distinctos, ita vt tot sint ibi species, quot indiuidua. T, Bene & compendiose resumis. Sed quid tibi ex his sequi videtur? P, Tu magis conclude. Aduerto tamen (ni fallor) quo tendis. T, Cum specifica distinctio secundum essentiales perfectiones pẽsanda sit, sequitur Luciferum tot essentialium perfectionum gradibus infimo angelo naturaliter esse excellentiorem, quot in toto sunt simul angeli boni & mali. Et quoniam secundum diuinum Dionysium in dæmonibus naturalia integra remanserũt, quantũ

quantum Lucifer cæteros angelos excellit in natu ra specifica, tantum quoq; in his quę naturaliter an gelis competunt, & ad naturam specificam ꝓporti onabiliter consequuntur, vt sunt scientia, sapientia, potestas, experientia, industria. P. Secundum hoc excellentia Luciferi in omni scientia atque potentia magna est nimis, & super inferiorum ordinum angelos quasi incōparabilis. T. Rite concludis. ¶ Deniq; si angelos quispiā astruat nō differre specifice, si vnius ordinis existentes, nihilominus palam est creaturam illam angelicam quæ secundum essenti alem perfectionē superbenedicto creatori, immē soq; deo vicinissima itemq; similima condita est, in æstimabilem habere in naturalibus donis eminen tiam, quemadmodum etiam scriptura dicit de Lucifero: Tu Cherub signaculum similitudinis dei, ple nus sapientia & decore, in delicijs paradisi dei fui sti. Itaq; cum iuxta præhabita secūdum Augustinū tanto angeli tam boni quàm mali, mirabiliora efficere valeant, & secretius celeriusq; ea producant, quo est in eis natura simplicior, virtus mobilior, ac sensus viuacior, elucescit Luciferum tam stupenda, tanq; miranda si deus permiserit posse producere, vt nullatenus ea vel scrutari, vel scire, aut etiā discu tere valeat homo. Cum ergo vt creditur, Lucifer in aduentu Antichristi soluendus sit, & eundem in oī bus possessurus ac adiuturus, mirum non est, si valde miranda Antichristus effecerit, præsertim cum tunc laxanda sit diabolorum potestas. P. Vtile est ista pręscire, eo q; iacula ꝓcognita facilius deuitātur. Ezec. 28.

Verun-

Veruntamen terribilis erit ista tentatio. T, Dici nō potest quam terribilis erit.

¶ Vtrum in tantum laxanda sit Antichristi temporibus potentia dæmonum, vt quicquid naturaliter possint, sine prohibitione exequi, si eis placuerit valeant.
Articulus. XX, Theologus.

SVperius ex beatissimi Augustini sententia patuit, non posse ab homine sciri quid dæmones per naturalem virtutem atq; industriam possint, nec tamen propter prohibitionem valent. Ideoq; licet certum seruemus, maiorem futuram in Antichristi persecutione dæmonum potestatē ad tentandum, nocendum, seducendumq; homines q̃ modo sit. imo quam vnquam extiterit. Veniēt nē-
Danie. 12 pe vt Daniel ait, dies quales non fuerunt, ex eo tēpore quo super terram gentes esse ceperunt. Ignoramus tamen in quanta mensura tunc dæmonum virtus laxanda, soluendaq; sit. ¶ Deniq; non opinor quod tunc Lucifer & angeli eius facturi sunt omnia, quæ si permittentur, vtiq; facerent. Possent enim si deus pmitteret, oēs Christianos occiderer, saltem corporali morte, omnes fontes, cibos, ac potus inficere. Imo & Helyam & Enoch, quorum eis prædicatio onorosissima erit, mox cum prædicare exorsi fuerint diuersis ac varijs modis occidere. Imo horum enim maiora, difficilioraque facient, hæc tamen insuper peragere nequaquā valebunt. Nunq̃ enim Christiani in toto deficient, neq; ante prefinitum

præfinitum tempus aliquid facere Heliæ & Enoch Antichristus valebit Porro si vicissim legatur, q̃d tunc dæmones sine coertioue acturi sint cuncta q̃ poterunt, intelligendum est hoc non simpliciter, sed comparatiue, quoniam scilicet multa quæ nũc operari non sinuntur, tunc sine prohibitione efficient.

¶De aduentu & prædicatione Enoch & Heliæ. Articulus. 72. Theologus.

MIratus es ante ó philosophe, cur deus sapientissimus & vere pijssimus tam, grauiter passurus sit ecclesiam persequi tẽpore Antichristi. Respondiq; tibi, quoniam fidelis dominus nunquã tentari nos sinit, supra id quod posse nos ferre cognoscit. P, Sicut ergo tentatio illa grauissima erit, sic nisi præcipuum dederit deus contra eã subsidium, non video quin tunc permittat fideles tẽtari vltra q̃ sustinere ualet humana fragilitas. T, Sapientia cuncta sapienter disponit, & deus gloriosus & sanctus in numero, pondere, itemq; mensura vniuersa constituit. Itaque deus benedictus & fortis, qui solus in omnibus operis sui rationẽ cognoscit, non semper vniformiter suis succurrit. Nẽpe vicissim sanctos suos ante mortem mirificat, interdum in morte, quandoq; post mortem, quosdã quoq; ante mortẽ, in morte & post mortẽ signis diuinis mirificauit. Potissime autem in morte sanctos suos præclaris mirificauit miraculis temporibus tyrannicæ persequutionis impiorum.

1. Cor. 10

Sapien. 8

Ali

Aliter nāq; fides Christiana in ipsis p̄secutionibus eatenus nequaquā inualuisset nec aucta fuisset, imo prorsus extincta iam fuisset. Tempore deniq; Antichristi omnia ista vel omnino, vel in magna parte deficient, quoniā ecclesia tūc nō coruscabit miraculis vt interdum, sicut plenius pandam. Nihilominus deus in illa persecutione suis sufficienter succurret, quamuis nō tam copiose sicut vicissim subuenit. Nam & omnia quæ in Christiana lege ab eis exordio facta sunt, contra illam persecutionem fidelibus proderunt, qui præteritorum signorum sapiencialiter memores fuerunt. Insuper specialia q̄que solatia dabit tunc deus ecclesiæ orthodoxæ. P. Quæ erunt illa? T. Mittet deus fidelibus suis ex paradiso terrestri duos efficacissimos ac fidelissimos testes, qui contra Antichristi perfidiam publice p̄dicabūt, videlicet sacratissimos viros Enoch & Helyam, qui nondum mortis debitum persoluerunt, sed propterea in alia vita seruantur, quatenus tempore a deo disposita Antichristo resistāt. P. Qui & quales fuerunt hi viri? T. De hoc te postmodū plenius certificabo. Nūc vero scripturæ sacræ testimonia ponam, quæ de testibus istis, aut vno eorū loquuntur. Per os Malachiæ deus benedictus & adorandus, vero Israeli, id est, populo in Christo credē-
Malac. 4 ti, spopondit: Ecce ego mittam vobis Helyam p̄phetā, antequam veniet dies domini magnus, id est, dies iudicij, quem Antichristus præcedet, & contra eum mittetur Helyas. Præterea in euāgelio Christus dixit: Helyas cū venerit restituet omnia. Quia

vt propheta Malachias concinit: Ipse cõuertet corda patrum ad filios, perducendo infideles Iudæos ad fidem catholicam, quam cum acceperint corda patrum, id est, sanctorum antiquorum prophetarum & patriarcharum ac aliorum cõuertentur ad filios, diligendo eos tanquam fideles, quos ante propter infidelitatem nequaquam amabant. Quo peracto, filij etiam diligent patres. Ideo adiecit propheta, & corda filiorum ad patres. Iudæi nanque & Christiani saltem pro parte pariter tunc in Christum religione credent. P, Ex his non nisi de vno teste probasti. T, De ambobus in Apocalypsi scriptum est: Apoc. 11
Dabo duobus testibus meis, id est, Helyę & Enoch, & prophetabunt diebus mille ducentis septuaginta. Nam tribus annis cum medio contra Antichristum prædicaturi dicuntur. Hi sunt duæ oliuæ, spiritu sancto vnctæ, & duo candelabra, id est, cæteris lumen fundētia. P, Vnde nosti quod hæc verba de Enoch quoque sumenda sint, cum nomē eius non explicetur locis prædictis? T, Quoniā hi soli duo trāslati leguntur, & mortis debitum necdum soluerūt, quod eos vtique exoluere opus est. ¶ Denique cur cęteris omnibus derelictis antiquissimis viris, hi duo translati leguntur, nisi vt oportuno tempore redeant, atque ministerio suo peracto, viam vniuersæ carnis introeant. P, Quando venturi sunt? T, Sicut Iohannes baptista primum Christi aduentum præuenit, sic isti secundum. Denique contra Antichristū prędicabūt, & vt Beda fatetur, cōtra mox sequturā Antichristi persecutionem prædicaturi sunt, & sic appa-

rei quod ante Antichristi reuelationem, prædicati onem incipient, sed quanto tempore non determi nat. Propterea alij asseruunt, quod inter occultũ Antichristi aduentum & apertum, id est, inter natiuitatem eius & manifestam prædicationem ac persecuti onem ipsius venturi sunt, & multi Iudæorum credent eis. Tandem Antichristus eos occidet, & aiunt quidam quod in Hierusalem. Vnde constat quod per aliquod tempus Helyas & Enoch, & ipse quo que Antichristus eiusq; discipuli simul prædicabũt.

apocal. 11 Porrò verba Apocalypsios: Et iacebunt corpora eorum in plateis ciuitatis magnæ &c. Quidã doctorum ad literam de Helya & Enoch intelligunt, testãtes quod eis ab Antichristo occisis, corpora eorũ insepulta iacebunt tribus diebus tribusq; noctibus cũ media, quoniam propter metum Antichristi, nullus ea sepilire præsumet, & inimici eorum interim de eorum nece vehementer gaudebunt, sed post triduum diemq; medium resurgent, & audientibus Antichristi fautoribus, vox de cœlo tonabit: Helyas & Enoch ascendite huc, sicq; metuentibus eorum aduersarijs, in cœlum in nube ascendent. Licet autem superficies verborum prædicti capituli Apocalypsis huic assertioni satis concordet, non tamen adeo certum videtur an verba illa tam literaliter, tã q; simpliciter de Helia & Enoch accipi congruat, tã q; Beda & alij qdã literã illã aliter exponunt, cũ quadmodũ certũ nõ habeo, q hi duo viri sanctissimi ante cõmunem resurrectionem suscitandi sint, quãuis certissimum sit hoc deo facillimum esse.

¶Quomo

¶Quomõ Helyas restituet oĩa. Artic. XXIII. Phil.

Dixisti iam ante quod Helyas cuncta restitu
et, ergo omnes credẽt ei. Sed huic p̃inducta
nõ consonant, quoniã habitũ est, quod Iu-
dæi familiarius antichristo consentient, & quod de
Helyæ interitu multi gaudebunt. T, Hanc quæstio
nẽ mallẽ ab alio determinari quã à me, habet nem
pe difficultatẽ præcipuã propter sacræ autoritates
scripturæ, q̃ licet secundũ veritatẽ concordent sum
me, difficile tamẽ est modũ cõcordatiõis eam ostẽ
dere. Quædã nanq; verba scripture canonicę insinu
are videtur, ꝙ detecta falsitate antichristi p Helyã
& Enoch omnes saltẽ Iudæi cõuertentur ad Chri-
stũ, & hoc qdã doctores aperte dicũt sup verba Ma Malac. 4
lachię atq; Matthei inducta. Et saluator inqt: Fiet v Matt. 17
nũ ouile & vnus pastor. Magis quoq; videt̃ quòd Iohan. 10
antichristo quoq; occiso, oẽs homines Christianũ
amplecturi sunt fidẽ, qa ex tũc, vt fert̃, dolus & frau
dulentia dæmonum prorsus deficient. Et q̃niã tũc
manifeste patebit antichristi nequitia. Verũtamen
huic obuiare videt̃ ꝙ in euangel. legit̃: Sicut erat in Matt. 24
dieb⁹ Noe, sic erit in aduẽtu filij hoĩs. Ex quo ver-
bo & eis q̃ sequũtur elucescit, ꝙ post antichristi inte
ritũ vsq; circa consummationẽ seculi quidam ma-
ligni pessime viuent, edentes, bibentes, nubentes,
itemque dicentes, pax & securitas, & cum talia di-
xerint repentinus eis superueniet interitus. Præter
ea dictum est quod Iudæi Antichristum primum 1. Tessal. 5
suscipient, & cum eo Hierusalem introibunt, ac tem
plum quod à Romanis destructũ est rędificabnt.

 Quo-

Quomodo ergo omnes Helyæ credent, præsertim cum prædicatio eius Antichristi manifestũ sit prę cessura aduentum. P. Quid ergo pro horum cõcordia & determinatione respondes? T. Quęstiões quę sine periculo ignorãtur, & cum discrimine determinantur, sapientialius est pie dubitare, quam temerarie soluere. Nihilominus plura dici possent. ¶ Primo quippe quod dictum est, Helyas restituet omia sic accipi potest, quemadmodum sumitur quod de Christo cantatur: Benedicentur in ipso tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum, cum tamen multo plures sint maledicti & reprobi, quam benedicti vel benedicendi, & innumerabiles sint multitudines, non vtiq; magnificantium, sed condemnãtiũ Christũ. Hæc ergo vniuersalitas nõ p singulis generum, sed pro generibus intelligenda est singulorum. Sic quoq; dictum videtur: Fiet vnus pastor, &
Iohan. 10 vnum ouile. ¶ Præterea verisimile est, quod Iudæi facilius credent Helyę, quam Pagani vel Tartari eo quod in lege sua de eo testimonium efficax habeant, & fieri poterit vt qui eius prædicationi nõ consenserunt, propter fraudem aut metum Antichristi, Antichristo occiso, conuertantur ad Christũ, vt se doleant non consensisse Helyæ. Deniq; dicere cogimur, quod ex quo Antichristo occiso, non statim veniet ad iudicium Christus, Ideo quidam de Antichristi ministris, in sua perdurabunt malitia, & cum dixerint pax & securitas, id est, licet princeps noster mortuus sit, nos tamen pacem habemus & securitatem, tunc superueniet eis improuisus repente interitus

teritus. Videtur præterea mihi quod isti tam obsti nati famuli, fallacissimi Antichristi, de eis præsertim populis erunt, qui nec Christiani nec Iudæi ante fu erunt.. Communiter namque dicunt doctores, quod Iudæi & Christiani pari tunc religione Christo deseruient, nec alia erit fidelium persecutio post Anti christi interitũ, imó seuitia dæmonũ ex tũc inchoabit deficere. Hæc ó charissime ac studiosissime philosophe, nõ determinãdo neque simpliciter afferẽdo tradiderim, sed in quantum canonicæ concordant scripturæ, atque vt alijs occasionem subtilius indagãdi, exhibeam. P, Quantum in præsenti materia iudicare prævaleo, rationabiliter respondisti, eorũque demum quæ sibi dissonare videbãtur verborum, idoneam ostendisti concordiam, Veruntamen de isto magno Helya & ipso insuper Enoch, historiam cupio audire autẽticam. T, Non alia tibi dicam de eis, quam quæ in canone continentur.

¶ Testimonium scripturæ canonicæ de Enoch & Helya. Articulus XXIIII. Theologus.

IN Genesi ita de Enoch veritatis testatur scriptura: Ambulauit Enoch cum deo, & non apparuit, quia tulit eum dominus. Quod doctores exponunt, vixit religiose ac sancte, & non inueniebatur, quia tulit eum dominus, id est, in terrestrẽ trãstulit paradisum. ¶ Porro eum fuisse prophetã, ex Iudæ apostoli comprobatur epistola in qua habet: Prophetauit aũt de his septimus ab Adam Enoch. Aliud mihi non occurrit de eo testimoniũ scripturæ canonicæ euidens, nisi quæ in Apocalypsi legũ-

Ante hæc puerum mulieris hoſpitatricis ſuæ ſuſcitauit à mortuis, matrique viuum reſtituit, quem de ipſius gremio mortuum tulit. Poſt hæc apparuit ei angelus, & dedit ei ad veſcẽdum ſubcinericium panem, atque ad potandum præſtitit aquam, quibus acceptis, ambulauit in fortitudine cibi ac potus illius, nihil aliud ſumens quadraginta diebus & totidem noctibus, vſque ad montem dei Oreb. Poſt hæc vnxit Helizeum propheram pro ſe: prædixitque regi Ochoſiæ quod moriturꝰ eſſet, propter maliciam ſuam. Ante tamen cum ipſe in monte ſederet, & rex Iſrael ante eum quinquagenarium principem, ac viros quinquaginta cum eo miſiſſet, iubente Helya, ignis de cœlo deſcendit, eoſque deuorauit. Quod alteri quoque quinquagenario cum viris ſuis contigit, quoniam ſimili modo conſumpti ſunt. ¶ Poſtremo volens deus Helyam transferre cum ipſe cum miniſtro ſuo Helizeo ad Iordanis fluenta veniſſet, pallio ſuo aquas percuſſit, quibus mox ac repente diuiſis, tranſierunt ambo per ſiccum. Cumque ſimul proficiſcentes colloquerentur, ecce currus igneus & equi ignei diuiſerunt vtrunque, & aſcendit Helyas per turbinem in cœlum, id eſt, altum locum videlicet Paradiſum terreſtrem. Spiritus vero Helyæ requieuit ſuper Helizeum. Philoſophus. Multa mihi de hoc diuiniſſimo atque potentiſſimo viro ſacro Helya dixiſti, in omnibus equidem iſtis licet multa ammirer, duo tamen præcipue propter compendiũ ſciſcitor:

Primum quid meruerunt,& quid fecerũt duo quin
4. Reg. 1 quagenarij illi cũ suis, vt eos ignis Helya imperrante cõsumeret? Item'q; de equis igneis, curru'q; igneo dubito, quid & quales extiterũt? T, Rex qui misit eos idololatra erat, & viri quos per duas vices misit, eius errori communicabãt. Deniq; tot misit, nõ propter Helyæ reuerentiam, sed vt si venire negaret, per violentiam eum adducerent. Porro secũdũ textus tenorem, vocabant eum hominem dei, non vere, sed irrisorie. De equis aũt igneis, curru'q; igneo palam, quod angelico ministerio formata fuerãt & mota corporalia illa. P, Certe licet Antichristi rabies dura ventura sit contra catholicos, quia tamẽ tales tanti'q; viri contra eius perfidiam à deo mittentur, non mediocriter imo sufficienter deus suis succurret:
Deut. 17 Nempe in ore duorum talium, testimoniũ merito stabit omne verbum. T, Tibi consentio.

¶ Vtrum Christi ecclesia tempore persecutiõs Antichristi, miraculis fulget. Articulus. XXV. Theol.

CVm sanctus Gregorius dicat, Pensemus quę erit mentis humanæ illa tentatio, quãdo pius martyr corpus tormẽtis subijcit, & tamẽ ante eius oculos tortor miracula facit. Videtur q; Antichristo regnante, sui duntaxat & non ecclesia miracula agent, & hoc communiter dicitur. Aliq; tamen asserunt etiam Helyam facturum vera miracula contra Antichristi mendacia signa, & hoc Nicolaus de Lyra sepius ait, quibus cõsonare videt q; in Apocalypsi dicitur. Cũ nanq; dixisset, Dabo duobus testibus meis videlicet Enoch & Helyæ, Post

pauca

pauca adiecit: Et si quis eos nocere voluerit, ignis de ore eorum exibit, & deuorabit inimicos eorũ. Quamuis hoc ipsum spiritualiter intelligi melius possit. Rationabilior vero, apparet, q̃ vsq; ad Helyæ mortem & Enoch, ecclesia & maxime diuinus Helyas qui vtiq; ecclesiæ mẽbrum est, miracula faciet. Occisis autẽ Helya & Enoch, nulla prorsus miracula à fidelibus fient. Cui Beda super Apocalypsim consonat, qui etiam vel narrat, vel asserit, in eadem Helya & Enoch tribus annis cum medio contra mox venturam Antichristi persecutionem prædicaturos, quibus occisis, tantundem duraturã Antichristi vastationem. Vnde secundũ hoc Antichristus in regni & reuelationis suæ exordio eos perimeret, cum secundum præinducta ipse tribus duntaxat annis cum medio regnaturus scribatur. Nã ĩ textu habetur: Cum finierint testimonium suum, scilicet prædicationem contra Antichristũ, bestia q̃ ascendit de abysso, id est, Antichristus faciet contra eos prælium. Et sic ecclesia toto tempore manifeste Antichristi persecutionis careret miraculis. Alij vero fatentur Antichristũ post Helyæ & Enoch martyrium, multo breuiori tempore regnaturum. Tamen quicquid dicatur quemadmodum ostẽsum recordor, dicere cogimur, quod saltẽ ad tempus aliquod simul contra seinuicem fortissime p̃dicabũt, vtrisq; maximo adhærenti exercitu, sed præualebit Antichristi exercitus contra sanctorum exercitum quo ad præsentem vitã, quoniã occidet eũ pro parte, sicut & Antichristus Helyam. ¶ Porro Antichristus

Apoc. 11

ctus primo in benignitate & signis venturus perhibetur, & tunc à Iudæis suscipietur. Ad quorũ cõuersionem venient Helyas & Enoch, moxq; filius perditionis in apertam persecutionem consurget. Forassis enim Antichristus signa atq; prodigia faciet ante trium annorum & medij tempus, congregans sibi plurimos, ex quibus quidam saluãdi, eum, Helia qui vtiq; tanquam ignis veniet, prædicante cum Enoch relinquent, quo facto Antichristus deseuiet.

¶ De Gog & Magog. Articulus. XXVI. Theolog.

PEr Gog Magog quidam Antichristi exercitũ intelligere volunt, qui in fine mundi cũ principe suo vastabit ecclesiam. Vnde cum Gog interpretetur tectum, Magog quoq; detectũ. Possunt per Gog occulti ecclesiæ inimici qui eam latenter persequuntur, intelligi. Per Magog autem ęmuli manifesti. Quidam Iudæi per Gog & Magog decem tribus Israel, qui vltra montes Caspios capticlausiq; sunt, accipere volunt, quas cũ rege suo Messya in Hierusalem esse venturas, itemq; Christi ecclesiam destructuras affirmant. P. Quæ sunt illę decẽ tribus? T. Tempore filij Salomonis diuisum est regnum Israel, solaq; tribus Iudæ adhæsit Roboam filio Salomonis, sed & tribus Beniamin propter loci vicinitatem cum populo Iudæ eidem adhæsit, & quoniam in tribu Iudæ mansit cultus diuinus, Leuitę quoque regibus de Salomonis prosapia adhærebant. Cæterę tribus Hieroboam filio Naboth secutę sunt nec vnquam ad reges Iuda reuersę sunt.
Philoso. Ante me docuisti duodecim fuisse tribus

Israel,

Israel,ex duodecim filijs Iacob exortas, si ergo tribus Iuda, tribus quoque Beniamin, & insuper tribus Leui Roboam eiusque posteritati parebant, non nisi nouem tribus remanserant & non decem, sed nouem captae dicendae sunt. Theol. Tribus Leui à deo ad altaris ac templi obsequium praelecta est, nec ipsi inter caeteros filios Iacob, haereditatem sortiti sunt in terra promissionis, sed dominus deus Israel erat haereditas ipsorum, quoniam de oblationibus domini sustentabantur, et loco ipsorum progenies Ioseph in duas partita est tribus, videlicet in tribum Manassae et Effraim, quae ambae Hieroboam qui de genere Effraim extitit, adhaeserunt. Philo. Nunc responsionem tuam prosequere. Theo. Hic ergo Hieroboam primus rex Israel seu decem tribuum, quae propter pluralitatem suam nomen sibi Israel vendicabant, videns ergo se regem electum, pauensque ne populus rediret ad Roboam, fecit duos vitulos aureos. Nam secundum legem Moysi, populus hebraeorum in templo quod in Hierusalem erat, oblationes facere tenebatur. Hierusalem vero tunc in tribu Iuda fuit, habitauitque in ea rex Roboam, eam ob causam timebat Hieroboam, si populus suus in Hierusalem oblationes faceret atque offerret, quod ad regem de genere Dauid denuo redirent, propter huiusmodi causam duos vitulos aureos fecit, & exinde idololatria illa non recessit à tribubus decẽ, donec tandẽ à Salmanazar rege Assyriorũ trãslatę sunt, nec vnq̃ reuersae.

Gene. 29
Num. 1
Deut. 18
Iosue. 14
4 regũ. 17

¶ Legitur

¶ Legitur demum in Cronicis, quod ad petitionē Alexandri Magni montes Caspij sic sibi coniuncti clausiq; sunt, vt egredi nequæant saltem in magno cathalogo. Et si possent, non tamen permitterent ab his sub quorum ditione perdurāt. Alij astruunt, quod si permitterentur ab eis quibus subdūtur, ꝓpter montium conclusionem non impedirentur. Hi ergo antichristo in maximo numero adhærebunt, ecclesiam q; vastabunt.

¶ De acerbitate & breuitate persecutionis antichristi ac discipulis eius. Articulus. XXVII. Theolog.

QVanto præterea tribulatio ista grauior, tanto q̄q; breuitate moderatior erit, cuius causam sanctus Gregorius tradens, Quia inq̄t, superbos & infirmos nos aspicit deus, dies quos singulariter malos intulit, misericorditer breuiauit, ꝓfecto vt & superbiam terreat de aduersitate, & infirmitatem refoueat de breuitate. Nempe vt vberti

2. Tessa. 2 iam dictum est, aperta persecutio & imperium hominis peccati, non nisi tribus annis & medio stabit. Nam vt ait sanctus Iohannes: Cum venerit opor-

Apoc. 20 tet eum breui tempore manere. Persecutio autem tyrannorum ac hæreticorum sæpe longissima extitit. Igitur antichristus omnia illa amarissima atq; inmanissima tormētorum genera, fidelibus inferet, quæ vnquam crudelissimi tyranni Nero, Domitianus, Diocletianus, Maximinianus, & compares intulerunt, præsertim q; Christianis in terra sancta & in Hierusalem compertis. Nihilominus ante pariētium oculos, signa magna efficiet. Ideo sancti qui tunc

tunc constantes extiterint, præclarissimi martyres erunt, tanto vtique prioribus excellentiores martyribus, quo persecutio illa durior fuerit. Alij equidē martyres in maximis persecutores suos cōfutabāt miraculis. Istis vero continget oppositum. Propterea nisi breuiati essent dies illi, non fieret salua omnis caro, christo testante. Matt. 24 ¶ Porro sicut sathanas se transfigurat in angelum lucis, sic quoque eius ministri in ministros se lucis transformant. 2. Cor. 11. Vnde discipuli antichristi per mundum discurrent, prædicabunt, multosque peruertēt, credere eis nolentes horribiliter cruciabunt, vt quasi implere videantur, quod de Christi apostolis propheratum itemque impletū agnoscimus: In omnem terram exiuit sonus eorū. &c. Psalm. 18 Facient quoque in nomine magistri sui atque Luciferi signa multa. Nec sinent scripturam sacram à Christianis vere exponi, nec Christi fidem prædicari, sed veros Christianos velut excōmunicatos habebunt, nec in venditionibus neque in emptionibus, alijsque vsibus eis communicantes, nisi habeant caracterem bestiæ, id est, antichristi imaginem seu signum aliquod vel oris vel operis, quo ad ipsum ptinere noscātur. Antichristus nāque vt dicit imaginē suam faciet adorari, & suo oēs caractere insigniri.

¶ De similata morte, resurrectione, & ascensione antichristi. Articulus. XXVIII. Theologus.

IN Apocalypsi ait Iohannes: Vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem id est, antichristum & ei obedientes reges terrenos: Et dedit illi draco, id ē, sathanas virtutē suam

& virtum

& vnum de capitibus suis quasi occisum, & plaga mortis eius curata ē. Vbi Beda alijq; doctores testatur, quod Antichristus imitatione veri capitis nostri Iesu Christi se quasi occisum ac resurgentē confinget, ac demum adorandum præbebit, atq; in aera cunctis cernentibus, dæmonibus eum ferentib⁹ auolabit, quorum omnium, vti ꝑrehabitum est, in Symone mago typus præcessit fallaciæ. P. Cur se secundum apparentiam occidi faciet? T. Vt quasi ꝓphetarum videatur implere scripturas, quę regem Messyam pro mundi salute passurum erudiunt, ac per hoc verus esse Christus putetur. Per triduum enim se velut defunctum abscondet, & tertia die tanquam resurgens parebit. Et subdit Iohannes in litera: Admirata est vniuersa terra, id est, terreni & antichristi ministri, post eam his nempe visis, mirabitur populi, & adorabunt laudabuntq;. Ait aūt sanctus Iohannes euangelista: Et adorauerunt draconem, qui dedit potestatem bestiæ. Ipsi dicent se adorare deum, sed quia eum adorabunt, qui potestatē Antichristo præstabit, qui vtiq; non deus, sed sathanas erit: Ideo Iohannes nō ad eorum verba, sed opus respiciens: adorauerunt inquit, draconem, id ē, sathanam adorabunt. Ponit nanq; more prophetico pro futuro præteritum, propter prophetiæ certitudinem, & simili modo antichristum bestiam vocans quandoq; eum adorabunt, q veraciter Chrūs nō est, sed bestia potius, qa sancta calcabit ecclesię, eiusq; sacramēta irreuerentissime conculcabit. Ideo subdit: Et adorauerunt bestiam dicentes, quis similis be

lis bestiæ. Ipsi dicent, quis similis Christo, aut quis eum vincere potest. Sed eum qui bestia est Christum vocabunt, & purum ac bestialissimum, subtilissimumque simulatorem atque hypocritam pessimum, pro dei filio adorabunt. P. Cum Antichristus in tanto potentatu venturus sit, quis eum occidere audebit T. Se sponte occidi secundum apparentiam (vt arbitror) faciet, vt id quoque quod de domino nostro Iesu Christo ait propheta: Oblatus est quia ipse voluit, in se verificare appareat, & sua morte implere, sicque mundum redimere: Veruntamen in speciali modos hypocrisios eius exprimere impossibile reor.

¶De infelici morte Antichristi. Arti XXIX. Theo.

Denique de antichristo fari orsus apostolus ait: Quē dñs deus interficiet spū oris sui. Qđ dupliciter potest intelligi. Primo interficiet eū spū oris sui. i. virtute spūs sancti à se pcedentis, q spūs oris dñi d'cit apud Isaiā: Spū labiorū suorū interficiet impiū i hoīem peccati, vic; antichristū. Secūdo spū oris sui. i. sola potētia visiōis suę, Nā Daniel de eo pdixit: Sine manu. i hūana virtute cōteret. s. antichristus. Alij asserūt, q Chrūs p Michaelē ecclesiæ principē eū occidet. Multi quoque testantur qđ antichristus cœlitus fulminabitur, & non solū ipse, sed & magna insuper pars sui exercitus cum ipso occidetur atque peribit. Occidetur autem, vt creditur, in monte Oliueti in Papilione solij sui, de quo loco Christus ascendit. Quo cum suis occiso, cæteri qui vel pœnarum horrore atque terrore, aut alias per simplicitatem ab ipso antichristo subuersi sunt,

& quibus

& quibus deus misereri dignabitur, pœnitebũt. Vt enim ex Daniele propheta colligitur: post antichristi interitum, quadraginta quinque dies pœnitentię concedentur, quo tamē aliqui de eius ministris nõ pœnitebunt, sed ut paulo ante ostensum est, gaudebunt edentes & nubentes, quemadmodum in diebus Noe fuit. Quantum preterea tēporis fluet post illos dies quadraginta quinque pęnitentiæ, usque ad secundum Christi aduentum, ignoratur. P, Scitur ne saltem in communi, an magnum erit an breue? T, Christus in Euangelio ait: Quia statim post dies illos sol obscurabitur &c. & dies iudicij erit, vñ constat quod valde modicum erit. Cum enim illi obstinatissimi serui antichristi dixerunt: Pax & securitas, tunc superueniet eis repentinus interitus. Et tũc dominus Iesus illustratione aduentus sui destruet antichristum, & omnia membra eius, dicens: Ite maledicti in ignem æternum.

¶ Responsio theologi ad obiectiones philosophi de antichristo. Articulus XXX Philosophus.

NVnc quoniam usque ad consummationē antichristi disputatio nostra de ipso perducta est, respondere complaceat ad obiectiones quas dudum formabā. T, Interrogasti in primis, si rite recordor, quid vtique puer ille meruerit, vt sic ex vtero matris occupetur & inhabitetur, impleaturque dæmone? P, Hoc primũ quæsiui & quęro, videtur enim mihi pœnam præcedere culpam. T, O altitudo diuitiarum sapientiæ et scientiæ dei, quā incomprehensibilia sunt iudicia eius. P, Tam incomprehē sibilia

sibilia consistere nequeant vt iniusta existant. Iniustum autem videtur ante culpam tantam pœnam infligere, vt est ab exordio possideri à dæmõe. Præterea vt dicis: Non est apud deum personarum acceptio. Cur ergo vnum hominem præ alijs vniuersis tam immisericordissime derelinquit. T, Moderate itemq; reuerenter nos loqui in tam alta materia congruit. P, Hoc mihi efficacissime persuasisti, dum de prędestinatione & reprobatione disputabamus. T, Si profunde intenderes, non solum de Antichristo, sed de alijs plurimis simili modo sciscitari atq; arguere posses. P, Quomodo? T, Non miraris cur quidam infantes de Christianis nascuntur parentibus, quidam de paganis. Cur eorum, qui de Christianis gignuntur, quidam ante baptismum decedunt, & aliqui non. ¶ Cur insuper deus vnum hominem in tam enormissima, peccata labi finit, magis quam alterum p, Hæc dubitationem meam augent, non soluunt. Rogo autem vt pro viribus tuis respondeas, meq; informes. T, Meminisse ergo te decet, quemadmodum dixi electionem seu prædestinationem diuinam, non esse ex meritis, quoniã prima infusio gratiæ, ante omne meritũ extat. Reprobatio autem & odium dei seu induratio, ex demeritis hominum oritur, non quod aliquod in deo existens ex rebus creatis causetur, sed quoniam deus præcognoscit in se ipso mala quorundam, ideo eos in se ipso secundum suam iustitiam discernit iustissime deserendos, nunc quidem à gratia, & demũ à gloria. ¶ Porrò quod asseris, pœnam non debere

Deute. 10
2. Para, 10
Iob. 34
Sapien. 6.
Eccle. 35
Matt, 22
Lucæ, 20
Roma, 2
Actuũ 10
1. Petri, 1

præcedere culpam, verum est de pœna & culpa eiusdem ordinis. Nam pœna sensus, propriam personalem'que non præuenit culpam, sed pœna damni, & originalis infectio puerorum ex alieno peccato proueniunt, de quo ante studiose disserebamus. ¶ Porro illa possessio seu impletio Antichristi, à dæmone non imputabitur ei in culpam, nec propter eã merebitur pœnam, donec sponte discretionem sortit⁹, maligno consentiat. Dæmon quippe primũ nõ coget eum ad malum cõsensum, sed inclinabit duntaxat, imo pijssimus deus deputabit ei angelũ sanctũ ad custodiam, qui etiam secundum sanctũ Thomã super secundũ sententiarũ, à malis quibusdã retrahet eum, sed ipse sathanam protinus audiet, & ad omne se malum deriuabit. Et dicũt doctores, quod cum ad tantam superbiam venerit, vt se deum dicat, extollens se vtrique super omne quod dicitur deus, aut quod colitur, tunc angelus bonus eũ ex toto relinquet, & ipsum non nisi ad accusationem habebit. P, Cur tamen puerum illum deus tam dire ꝑ cæteris deseret? T, Quis cognouit sensum altissimi, cur deus animam Christi tam incomparabiliter ꝑ omnibus creaturis elegit? Nonne vtriusque est ratio compar, scilicet quia deo sic placuit, & voluntati ei⁹ quis resistet? Quæ & si occulta sit, iniusta tamen cõsistere nequit. Cum igitur quæris, cur sic eum deus præ cæteris tradit & deserit in manus diaboli: dico, prænoscit deus superbiam eius, atque cętera mala ventura. Et si denuo scisciteris, cur eũ ad tantũ lapsum prolabi sinit magis quam reliquos? huius alia causa non

sa non est, nisi voluntas diuina, quæ est omnium rerum prima causa, quæ nec insipiens esse potest nec iniusta, cum sit ipsa diuina sapientia, bonitas pura, atque sanctitas prima. Si autem interroges, cur deus gloriosus hominem aliquem ad tantam blasphemiam, superbiam atque maliciam cadere deserat? Breuiter dico quatenus diuina iustitia in rebus reluceat, & saltim in vno singulariter clareat, ad quantam defectuositatem omnis creatura, præsertimque rationalis descenderet, nisi diuinæ prouidentiæ pietas atque clementia eam cõseruaret. Quid equidem habet creatura sibiipsi relicta? nisi deficere & in nihilum tendere. Et quid habet de se voluntas humana? nisi ad omne malum esse procliuem, semperque in deteriora labi atque corruere, nisi dei benignitas ac clementia eam dignetur protegere. ¶ Enimuero nec tantam maliciam Antichristi deus omnipotens permitteret, nisi maxima inde bona elicere nosceret, vt pote quia per eius maliciã multi coronabuntur. Sed & insuper propter peccata hominum secundum Apostolum, mittet deus reprobis Antichristum, quia videlicet non crediderunt veritati, sed magis consenserunt falsitati atque vanitati. ¶ Ex his denique elucescit, quod licet Antichristus erit quasi instrumentum diaboli, non tamen excusatur à culpa, quia est instrumentum animatum ac rationale, nec erit sicut obsessi à dæmone siue frenetici, sed integre mentis erit, atque sponte peccabit. Philosophus. Dubiis atque instantiis meis satisfactũ aduerto, idque simul perpendo,

quia ad horum notitiam plurimum conferũt quæ superius de prædestinatione & reprobatione diuina allata sunt. theologus, Satis ne fatigauimus nos cum Antichristo isto maledicto? Philosophus, Satis, & sicut intelligo, ideo tanta de ipso eius detegẽdo fallacias disseruisti, quoniam pro viribus tuis viam ei præcludere cupis. Nam doli præcogniti melius repelluntur. Theologus, Conspicit deus desiderium seruuli sui, & zelum quem pro fide eius complector, Ego interim facere cupio quod in me est, deus vero benedictus & fortis, optime vniuersa disponet. Philosophus, Quod tibi restare videtur, adiunge. Theolog. Vicissim testatus sum Christianam fidem per veterẽ legem potissime comprobari. Consequẽter ergo idipsum ostendẽdum opinor.

## INCIPIT LIBER SEPTIMVS, De probatione fidei Christianæ, ex lege & prophetis.

### PRIMO PROEMIVM.

Theologus.



Oquens Christus Iudæis: Scrutamini, inquit, scripturas, quia illæ sunt quę testimonium perhibent de me, Philosoph, Quæ sunt istę scripturæ? Theologus, hoc Christus post resurrectionem apparens discipulis aperit dicens: Oportet omnia impleri quę scripta sunt de me, in lege, prophetis, & psalmis. Quod enim id factum de Christo euangelium narrat, hoc in ipso fuisse implendū scripturæ illæ cōmemorant. Istud uero argumētum de Christi fide & lege, per ueteris autoritatem scripturæ fortissimū est. ¶ Tum propter omnia illa ex quibus ostenditur legē antiquā à deo tributam. Tum quia prophetiæ de rebus pure contingentibus atq; humanis, non nisi secundū diuinæ scientiæ præintuitum, certitudinem habēt, nec esse possunt nisi à deo cui soli cūcta futura quātumcunq; contingētia ac indeterminata certissime & præsentialiter atq; ęternaliter patent. ¶ Deniq; vt Iosephus ait: Ex talium prophetiarum implementis euidentissime innotescit, deum de actibus humanis prouidentiam habere & curam, & per consequens iudiciū ac remunerationem. P, Quid ergo in hoc tractatu probare intendis? T, Iesum Nazarenum quem colimus, esse verum Christum in scripturis illis promissum. Item ea quæ de ipso Euangelia canunt, per easdem scripturas ostendam esse vo ratia. ¶ Præterea Antichristum, de quo locuti iam sumus, non esse Christum, nec sibi vere competere quæ de Christo sunt vaticinati prophetæ. Insuper

Liber Septimus. Iohan. 5 Lucæ, 24

Ioseph. li. 10. antiq. Iuda. cap. 14.

quoq; adducã q̃ Iudæi Christianis ex lege obijciũt, & q̃ antichristo apparentiã facere possunt. Dixi nẽpe in superiori libro, dũ modos fallaciaꝝ Antichristi quibus mũdũ seducet distinxi, ꝑ autoritatẽ sacræ scripturæ antiquæ, eũ plurimos decepturũ. Ea nãq; q̃ Iudæi de Christo ꝓphetata cognoscũt, nec tñ in ipso dño nostro Iesu Nazareno ĩpleta existimant, antichristus q̃si ad literã in se impleri ostẽdet. P. Grãdẽ tibi laborẽ indicis, sed salubrẽ & vtilẽ tã tibi q̃ alijs, & maxime mihi: nunc ergo deus te doceat vt efficaciter prosequaris.

¶ Probatio declarãs Christũ venisse, ex prophetia sanctissimi Iacob patriarchæ: Articul. I. Theolog.



Insuper de finali eorum conuersione ad Christum, de secta videlicet Antichristi perfidia, p Helyam & Enoch vaticinans sacer propheta. Post hæc ait: Reuertentur filij Israel, & quærent dñm deũ suum & Dauid regẽ suum. i. ad verũ Messyam Christum regem dñm Iesum conuertentur. Quod enim per Dauid in hoc loco intelligitur Messyas, ex translatiõe Caldaica apud Hebræos autentica constat, quæ habet: Post hæc reuertentur filij Israel, & quęrent cultum dei sui, & obedient Messyę filio Dauid regi suo. ¶ Addit quoq; cõtinuo vates Ozeæ: Et pauebunt ad dñm & ad bonũ eius in nouissimo dierũ. i. reuerẽter deseruient deo, eius beneficia recolẽdo. P. Quomõ exponunt ista Hebręi? T. Referunt hęc ad Christum, quẽ opinantur venturũ, putantes se mõ Christum fideliter præstolari nasciturũ, nec debere credere natũ. P. Vnde hoc destruis eosq; cõfundis. T. Si mõ filij Israel non essent per incredulitatẽ auersi à deo eiusq; Christo, nequaq̃ dixisset ppheta: Post hæc. s. post longã hanc captiuitatẽ, reuertentur filij Israel, & quærent dñm deũ suum & Dauid. i. Christum regẽ suum. Quomõ enim post reuertẽtur ad deum, si interim durantibus. s. lõgeuæ captiuitatis istius diebus, non essent recedentes atq; auersi ab eo. Nam ad ea reuertimur à quibus recessimus. Pręterea ea quæ quærimus, in prospectu non habemus, sed quæ non videmus aut certe amisimus. Quę aũt præsentia, si amabilia sunt non vtiq; quærimus, sed magis amplectimur. Cũ ergo dicat ppheta: quærẽt Dauid. i. Messyam regem suum, elucescit quod

verũ Messyam durante captiuitate amiserunt, eũq; Postea quærent, non tamen præsentem in terris cõspicient, sed fide & opere eum requirent. Vnde pate re opinor, quod is quem primo pro Christo recipi ent, quem nos Antichristum vocamus, non vtiq; erit verus Messyas, quippe quem non tam quærent q̃ amplectentur & cernent. Atuero sancti qui ante Christi aduentum fuerunt, non minus crediderunt in Christum, quãuis venturũ, q̃ Christiani nũc in Christum natum credentes. Cum ergo Iudæi iã Christum expectant venturum, si Christus nondũ est natus, sed vt ipsi credunt nascetur, tunc ipsi modo nõ minus credunt in Christum, quam crediderunt patriarchæ itemq; prophete. Quod si ita est q̃ mõ ait propheta: Post hæc, s. dies multos desolatio nis, reuertentur ad dominũ filij Israel, & q̃rent Christũ regẽ suũ, imò si Christus necdũ aduenit, tũc ipsi sunt mõ nõ solum fideliter, sed etiã valde cõstanter cõuersi ad dñm, & q̃rent iã veraciter Christum quẽ postmodum amplectent & cernẽt p̃sentẽ. Sed cum hæc, p̃phetæ uerbis nõ cõsonant, palã est Christum venisse, Iudæos incredulos captiuosq; esse, & in fine mundi cõuertendos existere. P, Vt p̃pendo verba p̃phetarũ, Chr̃iani p̃funde, sollicite & diligẽter nimis aspiciũt, sed & mihi allatę rões plurimũ placẽt

¶ De obstinatiõe & excęcatiõe Iudęorũ i primo christi aduẽtu ex Isaię eloq̃s, ĩ q̃ Iudæorũ error destruit.

EOrum autem q̃ post domini nostri Iesu Christi p̃mulgatã fidẽ increduli p̃manserunt Iudæorum, hæc vna sententia potius vero vnus error

ror existit, quod in aduentu Messyę oẽs ipsi eũ suscipient eiq; credent. Si ergo cõprobare valem⁹ testimonio vatũ sanctorũ, qđ in aduẽtu Messyæ Iudæi excæcandi obstinandiq; erant, tũc hic error eorum plene destruitur. P. Vtiq;. T. Beatissim⁹ Isaias ꝓpheta de aduentu Messyæ, de missione Christi, diffusioneq; fidei christianę, pulcherrime vaticinat⁹ est: Ecce inquiens seruus meus suscipiã eũ, elect⁹ meus cõ
Esa. 42 placuit sibi in illo aĩa mea, dedi spiritũ meũ sup eũ, iudiciũ gentibus ꝓferet. ¶ Istud totũ cũ sequentib⁹ in illo capitulo scđm doctores Hebræos atq; Latinos de rege Messya accipitur. Nã vt ipse formã serui accepit, ac ꝑ hanc seruus dei est dictus, qui in propria forma patri extat æqualis. Itaque in hoc ipso loco de gentiliũ illuminatione fari exorsus ꝓpheta, in dei loquẽs persona: Educã ait cæcos in viam quã nesciunt, & in semitas quas ignorauerunt ambulare eos faciã: Ponã tenebras corã eis I lucẽ & praua in recta. De eis q̃ppe & christo pauloante dixit ꝓpheta: legẽ eius, i. christi insulæ expectabũt. Qđ nunc ad oculũ intuemur impletũ, in Cipro, cicilia, Anglie atq; similibus locis. Sed q̃niã christus plebi Iudæorũ specialit̃ erat ꝓmissus & missus, saluatore dicẽte: Nõ sum missus nisi ad oues q̃ pierunt dom⁹
Matt. 15 Israel. Vidẽs ꝓpheta Iudæos in christi humili excęcãdos aduẽtu, postq̃ de christi missiõe & beneficijs dei locutus est: cum cognouisset in spũ cæcitatẽ p̃dictã futurã, de Iudæorum incredulitate, ac obstinatiõe ꝓphetãs, ait in ꝑsona dei altissimi hæc verba. i. prædicta bona feci eis, i. specialiter Iudæis & nõ dereli-
qui

q eos cõuersi sunt retrorsum Et q̃d hęc de Iudęis sumenda sint testat̃ propheta dũ addit. Quis cæcus nisi seruus dñi, id est, populus israel, et surdus nisi ad quẽ nuncios meos misi Populus nãq; Iudaicus ad dei obsequm singulariter erat elect⁹, et ad eum ꝓphetę spetialiẽ sunt missi. Sequitur Quis cęcus nisi q venundatus est, id est, popul⁹ Iudaic⁹ in afflictione Titi et romanorum sic vastatus & vẽditus, vt quẽ admodum Iudæi vẽdiderunt vel emerunt christũ ꝓ triginta argẽteis, sic ꝓ vno nummo trigita vẽderent Iudæi Seqt̃: Quis cæcus nisi seruus dñi: Qui vides multa nõne custodies, q apertas habẽs, aures, nonne audies. Alloquitur propheta Iudæos qui multa videre dicunt̃, q̃niã sciẽtia ꝓphetarũ & legis specialiter erant ĩbuti, & ob eandẽ insup causam apertas habere aures scribuntur, q̃a legẽ & vates vbertim audierunt. Sed quoniã chr̃m quẽ venturũ credebant, prçsentẽ non nouerant & quẽ auribus corporis audierunt, aure mentis non intellexerũt. Ideo per hanc interrogationẽ sanctus ꝓpheta inexcusabilem peccati eorum ac cæcitatis excessum insinuant. Sequitur in propheta: & dominus voluit vt sanctificaret eum, & legẽ magnificaret & extolleret. Ipsi autem populus direptus & vastatus. Deus eñ sublimis & viuẽs ac felix ideo chr̃m misit Iudæis vt sanctificaret eos vl̃ eum. i. populum illum & magnificaret legem, quia christus non venit soluere legẽ, sed implere atq; ꝑficere, imo in ꝑfectiorẽ legẽ trãsferre. Noua ete ñi lex veteri nõ derogat sed eã cõmẽdat & ꝑficit, & q̃d ibi signatũ erat adĩpłet

Nam &

Nam & veterem legem Christiani in magna vtique reuerentia habent, sed ipsi Iudæi propter incredulitatem, sunt populus vastatus itemque direptus, qui vt cernimus in extremam desolationem est mõ deiectus. Ideoque addidit propheta: Laqueus iuuenũ .i. Romanorum militum omnes, & in domibus carceris absconditi sunt, facti sunt in ruinam, nec est qui eruat, in direptionẽ, nec est qui dicat redde. Nã vt Amos propheta disseruit: Nõ transferentur propter
amos, 2 quartum scelus. Porró videns propheta in spiritu, quod Iudæi neque percussi ex ipsa sua pœna, propriã culpam perpenderent, adiecit & ait: Quis est in vobis qui audiat hoc, attẽdat & auscultet futura? Quis dedit Iacob in direptionem, & Israel vastantibus eum, nonne dominus? ipse est cui peccauerunt, & noluerunt in vijs ei⁹ ambulare, cuius peccati pœnã pãdens: Ipse ait, cõbussit eum in circuitu, & nõ cognouit, & succendit eum & non intellexit. Quia Romani qui erant virga iræ diuinæ, cõbusserunt Hierusalem, & vrbes circuniacentes, sed populus Hebræus non intellexit, hoc in vltionem fieri sanguinis christi, imo in infidelitate permansit, propter quod nunc vsque captiuus opprimitur, nec ante finem seculi cõuertentur, hæc autem de captiuitate Babylonica vera non sunt. quia in illa intellexerunt culpam suam pœnæque causam, vnde & pœnituerunt, propter quod post annos septuagita redẽpti sunt, nunc vero prorsus relicti sunt, deo atque hominibus contẽptibiles facti, eo quod causam captiuitatis istius. i. propriã culpam, occisionẽ videlicet christi, cognoscere fateri que

riq abnuant. P, Quantum concipere quæo, Iudæorum mihi exec̃rationem euidẽter probasti. De propheta tamen vocationis gentilium clarius edoceri desidero. Theologus, hoc protinus faciam, sed quoniam Iudæi concedunt nobiscum, quod in aduentu Messyæ multi gentilium conuertendi sint. Ideo magis concupio de iudæorum obstinatione q̃ de gentiũ illuminatione ꝓphetias inducere. Enimuero de vocatione gentilium ad christi fidem sic Isaias decantat, Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam. Item apud eundem de christo dicitur, Dedi te in lucem gentium, ut sis sal⁹ mea usq̃ ad extremum terræ. rursusq̃. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Ecce gentem quam nesciebas, O Christe et deus, vocabis vtiq̃ ad finẽ, & gentes quæ non cognouerũt te ad te current, Et alia multa. P, Iam de Iudęorum obduratione vaticinia profer. Theolog⁹, De regis Messyæ horribili atq̃ turpissima morte uaticinatur⁹ sacratissimus Isaias, simulq̃ spiritu cernens Iudæos pro maiori parte non esse credituros, taliter passum existere christum, Imo quod multi eorum prophetias illas de christo esse prędictas non crederẽt, sciscitatur et ait. Domine quis credidit auditui nostro, id est, misterio de christi passione & morte q̃d nos prophetæ à spiritu sancto tuo audiuimus. Et brachium domini, id est, christus qui est filius patris uirtus & sapientia eius, cui reuelatum est tam q̃ in sinu quod pauci de Iudæis illuminarentur & crederent in primo ac humili christi aduentu. Deniq̃

Isaiæ. 9

Isaiæ. 49

Isaiæ. 55

Isaiæ. 53

Per Isaiã deus testat vade ad populũ istũ & dic ad
Esai. 7 eos: Aure audietis & nõ itelligens, & vidẽtes videbi
actorũ. 28 tis, & nõ pspicietis: Incrassatũ est enim cor populi
huius, & auribus grauiter audierũt & oculos cõps
serũt, ne forte videãt oculis & auribus audeant, &
corde intelligant, & cõuertãtur & sanẽ eos. Insuper
de gentiũ vocatione ac Iudęorũ induratione p os
Isaie deus benedictus et verus taliter ait. Quæsie-
rũt me, qui ante nõ interrogabãt me, inuenerũt me
qui ante nõ quæsierũt: Hoc de gẽtibus dictũ cõstat
qui ante Christi aduentũ veri dei expertes, in fide
& vita per Apostolorũ doctrinã ad deũ viuum &
sanctũ & Christũ eius deuotissime sunt cõuersi. De
mũ eodẽ capitulo de Iudæis sic loquitur: Expandi
manus meas tota die, id est, à tẽpore veteris legis,
vsq; in præsens, videlicet Christi præsentiã, ad po-
pulũ in credulũ, id est, Iudaicũ, ad quẽ primo pro-
phetæ sunt missi, post modũ Christus, sed ipsi et pro
phetas occiderũt, & dominũ prophetarũ. Præterea
capl'o. 63. qd de Christi ascensione apertissime lo-
quitur, neq; de aliquo tã aperte sicut de Christo as-
cendente exponitur. Cũ à Christo ascendente an-
geli sancti admirando quæsissent. Quis est iste qui
venit de Edom? id est, de mundo, tinctis vestibus
de bosra, Christus respondit. Ego qui loquor iusti
ciam, & saluator sum ad propugnãdum. Et angeli
Quare ergo inquiunt rubrum est indumentũ tuũ
& vestimenta tua sicut calcantium in torculari Et
Christus: Torcular, ait, calcaui solus, & de gentibus
nõ est vir mecum. Et sequitur: Calcaui eos, scilicet
occisores

occisores meos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. Dies enim vltionem in corde meo. En nũc ad oculum cernimus, quod ex quo Iudæi Iesum nazarenum crucifixerũt, calcari conculcariq; sunt imo & christiani dominantur multis eorum. Ex his innotescit, quod quidam inauiter dicit capitulũ istud aptius posse exponi de aduentu Christi ad finale iudicium, quam de ascensione ipsius. Rationes quoque quas pro se inducit, faciliter satis solui possunt sed pro præsenti ista omitto, quoniam principale intentum non tangunt. ¶ Amplius etiam error infelicissimi, infelicium Iudeorum Magistri Rabbi salomonis ex istis elicitur: Allegatum nãq; capitulum exponit de Messya quem expectant venturum, dicens christum in suo primo aduentu multos occisurum, imperiumq; romanum victurum, Sed huic obuiat quod postea dicitur: Torcular, calcaui solus. Idque præsertim quod post pauca subiungitur: Circumspexi & non erat auxiliator quæsiui & non fuit qui adiuuaret. Nam secundum erroris sui opinionem, Messyas venturus innumerabiles habebit adiutores, fautores itemq; ministros, ideo sibi tam potenter regnanti, non competit quod dicitur. Circũspexi & non erat auxiliator &c̃ sed Christo patienti ea conueniunt, qui in Psalmo idem testatur: Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, et non inueni. Plura quoque sunt quæ ad hoc possent induci. Denique Rabby samuel in sua epistola autoritatem istam propheticam eleganter inducit, tandẽq; veritate cõpulsus & victus,
 cum cui

eum cui scribit ita affatur: Vtinam domine mi quã do interficiemus eum, id est Iesum Christum, deleuissemus etiam autoritatem prædictam vt nunquã legeretur ab aliquo.

¶ De cæcitate, reprobatione, ac dispersione Iudæorũ ex prophetijs diuini Dauid. Articl. IX. Theolo.

EN numero hoc secundum cor dei eximius vatũ sanctus Dauid, qui in multis christi figura fuit, de misterijs Christi, de reparatiõe humanæ salutis, de incarnatione, passione, resurrectione, ascensione, sancti spiritus missione, aduentuq; Christi ad finale iudiciũ, atq; de dispersione & incredulitate Iudæorum, subtilius, plenius, evidentiusq; vaticinatus est. ¶ Nẽpe in Psalmo qui manifeste de Christo loquitur, cum dixisset propheta in Christi persona:

Psal. 68 Et dederũt in escam meã fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Quod etiam ad literã in Christi passione impletum agnoscimus, protinus pœnã consequentem, tantam Iudæorum in Christum crudelitatẽ & culpã insinuans: Fiat inquit, mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones & in scandalum. Obscurẽtur oculi eorum ne videant. Quid enim tam internæ lucis omnisq; veritatis alienum, quemadmodum corda eorum, qui cum tãto tempore se à deo cernant contẽptos, neq; aliquod habere argumentum ex quo quærant cõfidere se deo placere. Quoniam post Iesum Christum, eiusq; Apostolos, nullus eis propheta missus est, nulla à quã quam eorum miracula facta sunt, nullus consolator aduenit, intelligere tñ nec valent nec volunt, propter

pter incredulitatẽ & obstinationem suã se à deo relictos. Sequitur: Effunde super eos iram tuã, & furor iræ tuæ cõprehendat eos: Hoc mõ impletũ conspicimus, iam cũ sunt mille trecenti & amplius anni, ex quo in ira hac, potius vero in isto dei furore fuerũt. Sequitur: Fiat habitatio eorũ deserta, & in tabernaculis eorũ non sit qui inhabitet .s. de ipsorũ progenie: hoc à destructione Titi vsq; in præsens impletũ intuemur, cuius pœnæ iã grauis causam insinuat. Quoniã inquiens, quẽ tu ò deus percussisti.i. percuti p̃misisti, psecuti sunt.s.me filiũ tuũ eis missum & super dolorem vulnerum meorũ addiderũt. Quid itaq; nisi blasphemias, subsannationes, & irrisiones. Et quia ita fecerunt, ideo ò deus appone iniquitatem super iniquitatem eorũ. Nã vsq; hodie Iudæi cotidie crucifigunt affectu & lingua dñm nostrũ Iesum Christũ. Maledicunt eñ atq; blasphemãt in synagogis suis cotidie nomen Iesu Nazareni, orantes indesinenter pro destructiõe Romani imperij, & Romanæ ecclesiæ, sed oratio eorũ fit eis in peccatũ. Ideo adiecit propheta: Deleantur de libro viuẽtium, & cũ iustis non scribantur. ¶ Præterea de destructione ac dispersione atq; perfidea Iudæorũ in alio Psalmo idẽ ait propheta: Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus dñe. Delictũ oris eorum sermonem labiorũ ipsorum, & cõprehendantur in superbia sua. Et de execratione & mendacio annũciabuntur in cõsummatione, in ira cõsummationis & non erunt: hæc omnia iam clare patescunt. Dispersi sunt atque depositi, nec patri Psalm, 68

am habentes,nec principē,& hoc q̄re, nisi ꝑpt delictū oris ipsoꝝ,ꝑpt exçcationē q̄ Chr̄m abhominati sunt, & mendacia q̄ ei iposuerunt. Dixerunt em̄:
Lucæ.23
Hūc inuenim⁹ subuertemē gentē nostrā & ꝓhibētē tributa dare Cęsari. Et iteꝝ: Tolle tolle crucifige eū. Itē: Nō habemus regē nisi Cæsarē. Et denuo: Si rex Israel est, vł si hic est Chrūs dei electus, descēdat de cruce. Propterea manent in ira cōsummatiōis extremç. Sūt aūt & alia plurima in libro Psal. de istis cōscripta. P. Cū hæc tā apte Iudæos cōuincāt, mirari nequaq̄ sufficio, q̄ doctores eoꝝ ista nō pēsent. T. Nō aduertisti q̄ dixit ꝓpheta: Obscurent oculi eorū, ne videāt. Necesse est cūcta ipleri q̄ de chr̄o erāt pdicta. Deniq̄ ipsi p̄sertim moderni & posteriores Iudęi, ista alio mō exponūt, sed ex ipso textu cōuincunt errare, & etiā p antiquoꝝ Hebræoꝝ cōmenta doctoꝝ p trāslationē q̄q̄ Caldaicā, & aliis viis. Sed & experientia ipa, effectusq̄ eoꝝ eos errare ōndit. Sed & q̄dā in expositiōe Psal. nūc allegati, sicut & i pluribus aliis locis ꝓpheticis, valde literales & supficiales existūt, qppe q Psal. istū p̄dictū ad literā exponūt de Dauid, nullā de christo & misteriis ei⁹ mētionē efficiētes. Licet aūt Psal. iste de Dauid aliquo mō possit exponi, hoc tñ valde ip̄proprie fit. Nā q in eo dicit, Quia ecce cęperūt aīam meā, ad literā de Dauerū nō est, nisi imꝓprie exponat, vt dicat cœperūt .i. capere studuerūt. Serui em̄ Saul de q̄bus ista exponūt, nō vtiq̄ cęperūt Dauid, imo ipse euasit adiutorio cōiugis suæ Michol. ¶Porro q sequit: Neq̄ iniq̄tas mea neq̄ pctū meū dn̄e. Quāuis ip̄ i Dauid ali

Iohan. 9

quo

q̃ mõ cõueniat respectu psecutiõis illi⁹ āS aul. q̃ pec cato in Saul cõmisso nõ meruit, id tñ q̄ seq̄t, sine in iq̄tate cucurri & direxi, Nõ Dauid, sed chr̄o p Dauid significato cõuenire opinor. Dauid nãq; freq̄ter peccauit. ¶ Alia, demũ q̃ seq̄uñt sancto Dauid & seruis Saulis i pprijssime applicãt, vt illud: Cõuertent ad vesperã, & famẽ patiẽt vt canes, & circuibũt ciui tatẽ. illa nẽpe obsessio Dauid à famulis Saul tã lõga nõ extitit, vt ipsi famẽ ex victualiũ pateret defe ctu. De istis trãseo, q̄a hic eis immorari nõ curo. P. Vñ pbares hæc de chr̄o principalit̃ deberi itelligi? T. Plurimos Psal. de seipso Dauid fecisse videt̃, q̄a occasionẽ atq; exordiũ eos faciẽdi ex his, q̃ sibi cõtingebãt assumpsit, sed cũ eẽt vir spũ plenus, pphetico, misteriorũ chr̄i p̃ cæteris p̃scius, seq; chr̄i figurã tenere optime noscẽs, in Psal. quos scripsit semp ad christũ itẽq; ecclesiã oculũ cordis cõuertit, & quicq̄d sibi & chr̄o ac chr̄i ecclesiæ põt cõpetere, multo principali⁹ de chr̄o atq; ecclesia cecinit, q̃ ea de seipso cõpegit. Et vtiq; ex textu Psal. pfunde pẽsato, vberiũ elicit̃. Alit̃ eñ ipe, chr̄i & eccl̄ę misteria p̃ alijs vatib⁹ nõ pleni⁹ agnouisset, nec euidẽti⁹ scripsisset.

¶ De duplici Christi aduentu. Articulus. X. Theol.

DIligenter valde te cupio dicẽdis intẽdere. P. Quo me seriosi⁹ admões, incõsueti⁹ q̄ hortaueris, eo studiosi⁹ aduertã. T. Vna atq; cõsimilis rõ inuenit̃ fuisse errãdi malignis occasio in noac veteri testamẽto. P. Quæ? T. Queadmodũ i noua lege. i. euãgelio chr̄i & libris annexis reperiũt̃ q̄dã insignia, diuina imo altissima dicta de chr̄o vt q̄

 dixerat: Ego &

Iohan.10 Ego & pater vnum sumus. Et de spiritu sancto lo
Iohan.16 quens: Ille inquit de meo accipiet: Quod mortuos
suscitauit, quod spiritum sanctum discipulis misit
Actuū.2 quod ei in deserto angeli ministrabant, & alia plu-
Matth.4 ra, Sic de eodem in libris eisdē multa humilia atq;
Lucæ.1 abiecta leguntur, vt quod natus ex muliere, quod
Galat.4 factus sub lege, quod à facie herodis fugit, quod à
diabolo tentatus est, q; fatigatus, quod esuriit, qđ
irrisus, quod demum turpissima morte damnatus
est. Sic in veteri quoq; testamento, præsertim in pro
phetis quædam sublimia & excellentissima, quædā
etiam decliuia & abiecta de Christo prophętata,
itemq; promissa leguntur. Sicut itaq; quidam solo
nomine Christiani, diuina illa & alta de Christo cō
scripta pensantes, veram in eo fuisse humanā na-
turam negabant, ut Manicheus, qui innumerabiles
habuit sectatores. Alij vero abiecta & humilia scrip
ta de Domino Iesu rege Messya, altissimo Christo
insipienter attendentes, veram in eo fuisse deitatē
non admiserunt, vt Arrius, Eumonius, Fotin9, Ne-
storius. Sic inter Iudęos nunc accidit. Quidam nāq;
Iudæorū prophetarū eloquia de Christi maiestate
& excellentia loquētium considerātes, putant Mes
syam in primo aduentu suo in tanta potentia ven
turum & gloria, quod omnia eis mundi regna sub
ijciet: alij autem eas scripturas propheticas quæ de
Christi paupertate & humilitate ac passione palam
loquuntur aspicientes, ad fidem nostram conuersi
sunt. Aliqui demum propter excellentiam maiesta
tis, humilitatemq; vitę & passionis quas de Christo
prophe-

prophetę describũt, duos expectãt Messyas, Vnũ in abiectiõe vẽturũ, passurũ ac occidendũ: Aliũ in maiestate et gloria fore futurũ, & primũ vt fertur Messyã resuscitaturũ, atq; vniuersum orbem Iudę orũ imperio subiecturũ: Hæc autẽ positio omnĩo stulta & vana est, nec de scriptura autẽtica autoritatẽ sortitur, neq; antiquis Iudæorũ doctorib⁹ cõsonat. Sed & scripturæ propheticæ de Christi humilitate & passione maiestate quoq; & gloria in multis passibus, sub vno omnĩo contextu loquuntur, quẽadmodũ in Isaia patet, vbi sic loquit: Ecce intelliget seruus meus. translatio autem Caldaica apud Iudæos autentica, cõtinet: Ecce prosperabitur seruus meus Messyas, et exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde. Et sequitur, obstupuerũt super te, supple O rex Messia multi, sit inglorius, id est, despectus erit inter veros aspectus eius, vt in passiõe eius factum agnoscimus. P, Qũo de vna persona seu vero Christo tam distãtia tãque diuersa intelligi valent? T, Duæ sunt in Christo nature & vna hypostasis, humilia ergo atque abiecta propter formam serui assumptam, id est, naturã humanã verbo vnitã, Christo cõueniũt. Insignia vero itemque dignissima ratione naturæ diuinæ, quã cũ patre & spiritu sancto vnam indiuisamque habet. Deniq; sicut scripturæ duplicem in Christo testãtur naturã sic de duplici ĝque eius aduẽtu loquuntur. Primus in humilitate & paupertate cõsistit, occultusque fuit. Quia nãque primus Christi aduentus est vt soluat & tollat piacula mũdi: & vt oĩa quę de eius passione,

sione prophetata sunt impleat, necesse est primū eius aduentum in humilitate & paupertate fuisse. Si enim Christus in maiestate & gloria aduenisset quis eum vnquā occidere præsumpsisset? Sed si ille nō occideretur, mundus nō redimeretur. ¶Porro secundus Christi aduentus de quo itē propheta loquitur manifestus erit, quādo videlicet cū maiestate & potestate veniet iudicare, qui in primo venit iudicari. Igitur de primo Messyæ aduentu Zacharias: Exulta ait, satis filia Sion, ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator, pauper & ascendens super asinum. Et in isto aduētu describit Zacharias Christū confixum: Aspicient ad eum quē cōpunxerunt, & plangent eum planctu quasi super vnigenitum. Amos vendi tum, Isaias tanquā leprosum & contemptum, Dauid vermem atque obprobriū hominū. Ierimias captum, Daniel aūt occisum. ¶Insuper de secūdo christi aduentu ac iudiciaria eius potestate Daniel septimo capitulo clarissime loquitur. ¶Denique in Psal. de eo conscriptum est: Ignis ante eū præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. De isto per Isaiam dictū est: Tacui semper, silui, patiēs fui. s. in primo aduentu, vt parturiens loquar in secundo aduētu. Itemque: Dies vltionis in corde meo, annus retributionis meæ venit. Sed quoniā de maiestate Christi Iudæi non dubitant, ideo de ea ista sufficiunt. P. Danielis prophetiam audire desidero. T. Sic ergo propheta ille inter cætera ait: Aspiciebam in visiōe noctis, & ecce in nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum id ē deū æternum

num peruenit, & in conspectu eius obtulerunt cũ, & dedit ei potestatem & honorem & regnũ, & oẽs populi, tribus, ac linguæ seruiẽt ei. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius q non corrũpetur. ¶ Adhuc aũt de hoc secũdo Christi aductu sanctissim⁹ Iob: Credo inqt, qd redẽptor me⁹ viuit, & ĩ nouissĩmo die de terra surrecturus sim, & in carne mea videbo deũ saluatorem meũ.

¶ Disputatio contra peruersitatẽ Iudæorũ, & falsas atq; extortas expositiones doctorũ populi huius, maxime modernorũ, in scripturis canonicis de christi passione loquentibus. Articulus. XI. T, heol.

SAcratissimus Isaias qui cõtestante nostro Hieronimo non tã propheta quã euãgelista dicendus est, de Christi passione tam euidentissime loquitur, vt reuera potius instar Euangelistę videatur de re gesta historiam texere, quam de futuro velut propheta prędicere. Philosophus, Quid de misterijs locutus atque affatus est? Theolog⁹, De Christi acerbissima amarissimaq; morte vaticinari orsus, inter alia, Nõ est ait ei species, neq; decor, & vidimus eum & non erat aspectus, & desiderauimus eũ, despectũ & nouissimũ virorũ, & quasi abscõditus vult⁹ eius, & despect⁹, vñ nec reputauim⁹ eũ, vere lãgores nostros ĩpe tulit, & dolores nostros ĩpe portauit. Ipe aũt vulneratus est ꝑpter iniqtates nostros, attritus est propter scelera nostra. ¶ Hæc multaq; alia oĩ cõpũctiõe ac deuotiõe plenissima de morte regis Messyę dixit Isaias q̃ tu ipse legere potes. P, Cõcedũt Iudęi de christo hęc dicta eẽ? T, Quidam

Quidam eorum moderni doctores potius aũt seductores, quorum secundũ Nicolaum de Lyra præcipuus Rabbi Salomon maximus doctor eorum, totũ istud capitulũ de populo Iudaico in pręsenti captiuitate longissima existenti exponunt, asserentes, prophetã de toto populo Iudæorum nunc captorum velut de vno homine loqui, sicut & de eodem in Psalmis dicitur: Israel si audieris me, non erit in te deus recens.
Psal. 80
Et rursus in Exodo: Filius meus primogenitus Israel, horum aũt seductio q̃ infelices, sit, & in primis decipiũt, ex ipso textu palã cõuincitur. Nẽpe de isto saluatore & vulnerato propheta addit: Oblatus ẽ quia ipse voluit, & non aperuit os suũ, hæc aũt populo Iudæorum non cõpetunt, quoniã in hanc captiuitatẽ inuite & coacte venerunt, & inuitissime quoque in ea manent, atque os suũ aperientes cotidie ab ea liberari optant & orant. ¶ Porró quod sequitur, generationẽ eius quis enarrabit? Ad Iudaicum populũ nil penitus pertinet, sed hoc Christo optime conuenit, tã secundũ generationem æternã ex patre, quã secundum generationem temporaliũ ex virgine matre, quam etiam secundũ spiritualem generationẽ per multiplicationem credentiũ. Præterea quod sequitur ibi, Eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Quo pacto populo Iudaico cõuenit, hic enim populus à principio sui vsque in pñs, plurima contra deũ & proximũ peccata cõmisit, vt ex scripturis, & etiã per experientiã cõstat. Sunt aũt & multũ dolosi, & semper mendaces fuerunt, nõ solũ aliis, sed & inter seipsos. Porro quod in fine capituli dictum

Exod. 5

di ctũ est: Et pro transgressoribus rogauit, populo huic nullatenus cõuenit. Nõ em̃ pro gentibus quibus subduntur exorant, sed teste Hieronimo, ꝓ destructione Romani imperij, atq; extirpatione discipulorum Iesu Nazareni. i. omniũ Christianorum, toto effectu precantur. Nã inimicos suos diligere nondũ didicerunt. Imo inueterato rancore odiunt Christianos. Quod aũt expositio ista facta sit ad euadendũ argumenta Christianorum, ex verbis Rabbi Moysi patet, hic nanq; maximus doctor Hebræorum sup illud Genesios, introduxit eã Isaac &c. hic est ait rex Messyas, qui dedit cor suum ad petendũ miserationes pro Israel, & ad ieiunandũ & humiliandũ se pro eis, quemadmodũ scriptũ est in Isaia: Ipse aũt vulneratus est propter iniquitates nostras. Itaq; secundũ doctorẽ hũc capitulũ istud de chr̃o ĩtelligi par ẽ.

¶ Manifestatio erroris Iudæorum ex prophetijs Psalmographi. Articu. XII. Thdologus.

EX præcedenti innotescit articulo quam obtenebrata sint corda Iudæorum expectantiũ Christum in primo suo aduentu, in tanta excellentia & maiestate futurum, quod omnia eis mũdi regna subijciet, & rebelles sibi occidet. Si em̃ talis veniret, quis tam horribili ac contemptibili eũ morte perimeret? sicut de eo Isaias prædixit. Qđ autem primus Christi aduentus in omni humilitate & paupertate consistat, & quod tanquam ignot⁹ atq; desoectus, occidendus extiterit, in quodã Psal. apertissime dicitur, vbi Christus de se loquens: Ego inquit sum vermis & non homo, obprobrium hominium

minũ & abiectio plebis Omnes videtes me deriſe
ſũt me locuti ſunt labijs & mouerũt caput. Et omia
quæ in Pſalmo iſto ſequũtur in Chriſto prorſus im
pleta videmus. P, Quid ad iſta Iudæi reſpondent.
T, Quidam eorũ hunc pſalmũ exponũt de afflicti
one iudæorũ facta p Aman quia in illa inimici eo-
rum diẽ ſtatuerunt quo omnes Iudæos occiderent
Alij vero exponũt de afflictione der Nabuchodono-
ſozor Iudæis illata, ſed ambe expoſitiones inanes
ſunt, neq; ad litterã de eis intelligi ꝓprie poteſt Pſal
mus iſte, quãuis aliquo modo applicari queat Nã
in nulla afflictionũ iſtarũ ſic occiſi tortiue ſunt vt
eis cõueniat quod in Pſalmo hoc dicitur, foderunt
manus meas & pedes, dinumerauerũt omnia oſſa
mea licet enim, miniſtri Aman eos configere ſpolia-
q; eorũ diripere decreuiſſent, nullum tamen horũ
ad effectnm deductũ eſt. Præterea cum prophetia
pſalmi iſtius cum præinductis in proximo articulo
Yſaiæ eloquijs oĩno cõcordet. nil prohibet quin ad
literã de Chriſti paſſiõe accipi debeat Nã Chr. iſtũ
a malignis fuiſſe occidendũ uel perſequẽdũ in alio
quoq; Pſalmo Dauid decantat dñ ait: Aſtiterũt re-
ges terræ & principes cõuenerũt in vnũ aduerſus
dominũ & aduerſus Chriſtũ eius. Præterea in alio
rurſus Pſalmo idem iuſinuat. Quoniã inquiens de
clinauerũt in te mala, cogitauerunt conſilia quę nõ
potuerũt ſtabilire. Multipliciter eũ ludęi Chriſtũ co
rã pilato accuſabãt atq; mẽdacia vana ipſi obijcia-
bãt horũ aũt Pſalmorũ vterq; de Chriſto intelligẽ
dus ẽ. P, Vñ hoc ꝓbas. T, Refert Nicolaus de Lyra
tui in hoc ſatis credendũ uidet q̃ Rabbi Salomon

in horũ expositione Psalmorũ de quolibet eorũ sic dicat, hunc Psalmũ exposuerunt magistri nostri de rege Messya. Sed propter hereticos exponat̃ de Dauid. Porro p magistros suos intelligit antiquos hæbræorũ doctores Per hereticos vero eos qui de Iudaismo ad fidẽ Christi cõuersi sunt. P, Quid cõcludis ex his. T, Prio innotescit ex verbis istis Rabbi salomonis q̃ antiqui Iudæorũ doctores qui tamen literalẽ sensum secuti sunt, hos psalmos de Christo intelligẽdos cẽsebãt. Secũdo q̃ ppter argumẽta iudeorũ ad fidẽ orthodoxam cõuersorũ euadenda, ipse & posteri Psalmos istos de Dauid exponãt. Arguebant enim hij ad fidẽ cõuersi auctoritate horũ psalmorũ. Tertio, ex istis elicitur q̃ expositio psalmorũ istorũ de Dauid nõ est nisi conficta, ad euadẽdũ vim argumẽtorũ cõtra Iudeorũ pfidiã inductorũ. P, hæc prorsus vt mihi videtur ex verbis illis rite sequũtur. T, Nec dubites, quin sicut de istis psalmis hęc faciunt, sic de alijs quoq̧ multis sacæ scripturæ locis nouas, peruersas, atq̧ extortas expositiones ad defendẽdũ suũ errorẽ cõfingãt. Verũtñ ppt ignorãtiã linguę eorũ, hæc latinos sæpius latent.

¶ Explanatio vanę fiducię Iudę de aduẽtu Mes. T,

Hic ẽ ergo obtenebrator̃ fiducia Iudęorũ, q̃ chrũs nõdũ aduenit, sed vẽturus sit, et cũ venerit vniuersos Iudęos de q̃tuor angulis terre cõgregabit, ac i terrã pmissiõis et in Hierusalẽ eos inducet, oĩa q̧ mũdi regna sibi et ppl̃o Iudæorũ subijciet, tẽplũ etiã in Hierl̃m pulcherrimũ ædificabit, copiã q̧ oĩm tẽporaliũ bonorũ Iudęis pstabit, sic q̃ eis gl'a et excellẽtia stat quas Iudæi sub Dauid et Articu. 5

Salomone, vel vnq̃ ante habuerũt, velut nullius erit momẽti comparatione status illius. Aiũt deniq́ quod celerrime imo in breuissimo tempore cõgregabuntur in Iudæã. Et vt hoc aptius fiere possit, asserunt vt fertur quod tũc tota terra planabitur, vallibus impletis, mõtibusq́ depressis. Insuper asserũt vt narratur quod tũc Iudæi defuncti resurgẽt, sanctique prophete & patres resuscitabũtur, & de cœlis ad terras redire delectabuntur, ad videndũ gloriã regis Messyæ, et quod maxima tũc erit Iudæorũ fœcunditas, ita vt in modico tẽpore quasi in infinitũ augendi sint. Et q̃ reges itẽq́ reginę de gentibus deseruient eis. Et breuiter ea quæ sancti prophetę in scripturis sanctis eis in aduentu Messyę vel primo aut certe secundo sub similitudine corporalium, tẽporaliũq́ bonorum repromiserunt, ipsi literaliter, carnaliterq́ intelligunt. Et quoniam talia in domino Iesu Nazareno impleta non cernunt, eum esse Christum fateri despiciunt. T, Rogo te vt exempli gratia aliqua mihi de prophetis proponas, quę ad literam intellecta, huic positioni Iudæorum apparentiam præstant. T, Talia sunt multa, sed pauca tibi inducã, in Isaia scriptũ est: Surge illuminare Hierusalem quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Hoc secundũ omnes doctores dixit Prohæta de aduentu Messiæ de futuro per modum præteriti propter ꝓpheriæ certitudinẽ loquẽs Et in eodem ait: Omne pecus cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi Offerentur super placabili altari meo, & domũ maiestatis meæ glorifica-

glorificabo. Me etenim insulæ expectāt, & naues maris in principio, vt adducā filios tuos de longe, argentum eorum et aurum eorum cum eis. Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi. Gens enī et regnum qđ nō seruierit tibi peribit, et veniēt ad te curui filij eorū qui humiliauerūt te, & adorabūt vestigia pedū tuorū, omnes qui detrahebāt tibi. Pro eo ꝙ fuisti derelicta & odio habita, ponā te in superbiā seculorū, gaudiū in generationē & generationē. Et suges lac gētiū & mamilla regū lactaberis. Pro ære afferā aurū & ꝓ ferro argētū. Nō audietᷣ vltra iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis. Minimus erit in mille & paruulus in gentē robustissimā. Ego domi⁹ in tēpore suo subito faciā istud. Porro Isaiæ scripta alio loco si literaliter intelligā tur, prędicto errori apparētiā præbent. Dicit enim idem Propheta, loquens in persona dei: Mittam ex eis qui saluati fuerint, id est, ex Iudæis regi Messyæ in suo primo aduentu credentibus, vt omnes tam latini quam hebræi exponunt ad gentes, in mare, in Aphricā & Lydiā, tenētes sagittā, in Italiā & Græciam, ad insulas longe, ad eos qui non audierūt de me, & non viderunt gloriam meā, & annunciabūt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum domino, in equis & quadrigis, in lecticis & mulis & carrucis ad montem sanctum meum Hierusalem, dicit dominus: & assumā ex eis in sacerdotes & leuitas. Præterea his quę à reædificatione templi à romanis de

ſtructi, atq; ſecundum Iudæorum errorem, corporaliter per Meſſyam reædificandi ſunt dicta, literaliter conſonat quod apud Zachariam ſcriptũ eſt: Ecce vir oriens nomẽ eius. Translatio Caldaica habet loco orientis nomen Meſſyæ. Et ædificabit templũ domino, & ipſe portabit gloriam, & ſedebit & dominabitur in ſolio ſuo, & erit ſacerdos in ſolio ſuo. Itẽ Amos propheta ait: In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid quod cecidit &c. ¶ Hęc & alia plura quę in prophetis vbertim leguntur, Iudæi non ſpiritualiter, ſed literaliter exponentes, quia in Ieſu Chriſto impleta non vident, Chriſtum venturũ expectãt, atq; ſeipſos miſeri fallunt. P, Spiritualem & verum verborum iſtorum intellectũ audire concupio. Nã vt aſſeris ſimpliciter atq; vt ſonant intellecta, magnam prſtant apparentiam Iudæis incredulis. T, Tunc ſacra ſcriptura rite exponitus, dum expoſitio vnius partis, expoſitionem non impedit alterius partis, ſed expoſitio literalis pinducti capituli. 50. Iſaiæ prophetę impedit ſemetipſam. P, Hoc mihi euidenter proberi deſidaro. T, In eodem iſto capitulo, & item ſub eodem contextu, inter præallegata hæc quoq; ponuntur: Non erit tibi amplius ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te, ſed erit tibi dominus in lucem ſempiternam, & deus tuus in gloriam tuam: Non occidet vltra ſol tuus, & luna tua non minuetur. ¶ Hæc ad literam de ſtatu temporalis præſentisq; vitæ intelligi nequeunt: Quomodo enim ſine ſolis ſplendore fieret dies, aut quomodo ſine eius occaſu nox eſſet?

Deniq;

Deniq Hierimias propheta testatur, quia pactū dei inter diem & noctem irritum esse non poterit in æternum, durante videlicet vita præsenti. Sultum ē ergo putare quod in primo aduentu Messyæ sol & luna iuxta solitam legem non current. P, Istis cito consentio, quia naturali rationi concordent, & ꝓphetica autoritate firmata sunt Vellem nihilo minus quod allegata prophetarū eloquia breuiter mihi exponeres. T, Libenter id faciā, sed vnū aduerte quod ad horū omniūq; solutionū similium, plurimū valet, imó ad intelligendū prophetas maxime confert. P, Hoc certe auidissima mente aduertendū opinor. T, Per Sion, per Hierusalem, per Iudam, per Israel sancti prophetæ vbertim intelligunt militantem ecclesiam. i. populum Christianū. Sion nanq; interpretatur speculatio, Hierusalē, pacis visio, Iudas confessio, Israel, videns deum. Veri porro Christiani q Iesum Nazarenū verū esse Messyā fide credūt, & vita ostendūt, quorū vtiq; cōuersatio in cœlis est, q in sanctitate ac iustitia deo semper seruire festināt, rite & ꝓprie appellant Sion. i. speculantes, quoniā terrena itēq; visibilia cōtēnētes, toto nisu cœlestib⁹ inhiāt. Sic quoq; dicūtur Hiel'm. i. videntes pacē: & Iuda. i. deū veraciter cōfitentes, & Israel. i. contēplatores. Cū ergo prophetæ sanctissimi ac spiritualissimi viri extiterint, quādo in spiritu prospiciebāt abundantiā diuinorū carismatum, plenitudinemq; cœlestium gratiarum, atq; oīm spiritualium bonorū affluētiā diuinitus ꝓstanda veris Iudæis, q merito in semine fidelis Abrahæ cōputantur, in aduētu

regis Messyæ, quemadmodũ in apostolis alijsque discipulis factũ agnoscimus, & non tantũ Iudæis, sed omnibus insuper gentibus in Christum credituris. Tunc prophetæ beatissimi toto corde exhylarati, totum credẽtiũ populum, id est militantem ecclesiã, sub vno frequenter nomine, vel Sion, vel Hierusalem, vel Iudæ aut Israel alloquũtur atq; designant. Nouerant equidem ex vtroq; populo vnam in Christo constituendam ecclesiam. ¶Denique, hæc spiritualium bonorũ largissima munera, veris Israelitis per christum donanda, sæpe, per sensibilia bona, temporaliumq; affluentiam expresserunt. Et hoc modo diuinas promissiones & comminationes multoties explicant: quod in noua etiam lege interdum, sed rarius fit. Populus nanq; Iudæorũ semper rudis, & Hieremia testant, corde incircuncisus fuit, ad temporalia atq; carnalia valde inclinatus, & ideo spiritualium in sua synceritate capax non extitit. ¶Præterea promissiones propheticæ interdum deo disponente occultandæ erant, & obscure tradendæ, quatenus fastidiosis, indignis atq; ingratis tegerentur: studiosis vero atq; electis panderentur. His agnitis, aliquid de expositiõe harum propheciarũ tangendum est. Itaq; cum ait propheta: Surge illuminare Hierusalem, per Hierusalem ecclesia militans intelligitur, quã hortatur ꝓpheta, vt surgendo de pigritia & tenebris mentis, christum digne suscipiat, quia venit lumen tuum, i. christus qui est lux vera, & gloria domini super te orta est, id est, illuminatio christi tibi resplenduit.

Porro per pecus cedar, arietesq; Nabaioth, intelligendi sunt populi de genere cedar & stirpe Nabaioth, qui ambo Ismaelis filij erant. Iste nanque populus antequã fidẽ christi susciperet, carnaliter atq; bestialiter vixit. Ideoq; pecora atq; arietes dicti sunt: sed per apostolorũ doctrinam multi ex eis cõuersi sunt, & ita hierusalẽ .i. militanti ecclesiæ cõgregati sunt, propt̃ vnitatem fidei, charitatis ac spiritus, & deuote ministrauerũt ecclesiæ. Sequit̃: Offerentur super placabili altari meo, quia veri christiani semetipsos offerunt christo hostiã viuam, rationabilem atq; placentem. Et domũ maiestatis meæ, .i. militãtẽ ecclesiã glorificabo. ¶ Deniq; eorũ q̃ sequũt̃ q̃dã & spũalr̃ & literr̃ pñt itelligi, q̃dã aũt spiritualr̃ tm̃. Nã & multi gẽtiliũ christo regi ecclesias materiales cõstruxerũt. Gẽs q̃q; & regnũ quod nõ obedit orthodoxæ ecclesiæ, in æternũ peribit. Præterea quæ ex Isaia iam semel introducta sunt, in christo impleta sunt. Ipse eñ apostolos cæterosq; q̃s ex Iudæis saluare dignat', ẽ misit ad loca i textu expressa, qui tenebant sagittã .i. verbũ dei, vel veloces atque feruentes discipu os, quos tanquã sagittas diuersis locis ac gentibus direxerunt. Seq̃t: Et adducent oẽs fratres vestros .i. oẽs veros Israelytas, oẽs à deo electos, omnes fideles, omnes in Christũ credentes, .i. oẽs christianos, ad montẽ sanctũ meũ hierusalẽ .i. ad militantem ecclesiã. porro quod sequitur, in equis & quadrigis &c. literaliter accipi nõ debet, sed sicut sanctus Hieronimus docet, quia Elyas in curru igneo equisq; igneis est

conabor. En omnes prophetæ vt etiam Rabbi salomon astruit, nõ nisi super dies Messyæ & annos redẽptiones locuti sunt. hãc autẽ redẽptionẽ posteriores ac moderni Iudæi cũ doctoribus suis, ad tẽporalẽ de captiuitate ista in qua modo premũtur, liberationẽ. Itemq; ad præsentis vitę admirabilẽ quãdã beatitudinẽ, tẽporũq; bonorũ copiã, vt iam prætactũ est referunt. Arbitrantur nãq; Messyã in primo suo aduentu in maiestate, potestate et gloria esse venturũ: hęc autẽ positio nimiũ cæca est. Captiuitas nãq; ad quã Christus in lege promittitur, nõ est à iugo humano seu tẽporali pressura aut mũdano impio: sed à reatu originalis culpę, à captiuitate diaboli, à lymbo inferni. Et hoc quidẽ ex libro geneseos originaliter claret, et ex prophetarũ eloquijs cõstant Adam nãq; omnisq; ipsius posteritas propter originalẽ transgressionẽ de paradyso expulsus est, nec potuit genus humanũ ad regnũ reduci cœlorum, nisi à Christo tolleretur originalis maliciæ debitũ. Deniq; si ita non est, cur Dauid & Salomon, Isaias & cæteri qui in humana captiuitate non erant, redemptoris aduentum eatenus concupierunt? Præterea vita Christi omnis perfectionis exemplũ esse debebat. Perfectio autem non in temporali carnalium affluentia, non in principatu terreno, non in vindicta consistit, hęc enim mentem a deo impediunt: sed in paupertate spontanea, in humilitate profunda, in pacientia vera, in charitate dei sincera & nuda. Christus ergo qui legem prefectionis ostendere venit primum facere debebat quod docuit.

In pau-

lex dierum mutetur, sed seculum iuxta solitam sibi inditam legem procedet.

¶Plenissima confirmatio fidei Christianæ, atq; Iudaicorum errorum destructio, ex vaticiniis beatissimi Hierimiæ prophetæ. Articulus.XV. Theolo.

SPiritu sancto repletus sacer Hierimias,& in spiritu cernens primũ Christi aduentum in omni humilitate, paupertate, atq; in quadã occultatiõe consistere, admiratus est nimis consiliũ dei sup misterio redemptionis humanæ, & ex admiratiõe deũ per modũ interrogãtis affatus est dicens: Quare quasi colonus venturus es in terra, & quasi viator declinans ad manendũ? Quare futurus es velut vir vagus, vt fortis qui non potest saluare? P, Quomodo ista deo conueniunt, & quomodo exponũtur de Christo? T, Autoritas ista prophetica fœcũdissima est, plenissima atq; pulcherrima, Enimuero ex ea probamus nedum quod Christus in paupertate, & tanquã alienus itemq; ignotus aduenerit, sed etiam quod ipsemet deus benedictus & sanctus incarnandus erat, & in carne assumpta tã pauperẽ vitam ducturus. Vnde ostenditur quod rex Messyas Christus dominus, sit deus & homo, cuius oppositum Iudæi affantur. P, Fateor. Autoritas ista decora est valde, sed vnde probares quod verba inducta ad deum directa sint? T, Ordo & series literę hoc ipsum ostendit, Nẽpe paulo ante in eodem capitulo dixit propheta: Tibi peccauimus expectatio Israel, saluator in tempore tribulationis. Quod de deo intelligi certũ est. Et mox de eodẽ expectato atq; venturo

Venturo vaticinãs ait quę dicta sunt. Vidit ergo ꝓpheta in spiritu, & non sine admiratione, vidit Christum in om̃i paupertate & humilitate venturũ, & tã ꝗ colonũ & vagũ seu peregrinũ reputandũ. Quódq; Christus tam humiliter veniens esset deus, qui est diues in se, nulliusq; egens, imo diues in alijs, sed in seipso paupertatẽ ostensurus atq; docturus. Hoc est qđ dominus noster Iesus Christus in euangelio de seipso testatur: filius inquiens hominis non habet vbi caput suũ reclinet. Et nihilomin⁹ ipse de seipso fatetur loquẽs ad patrẽ: Om̃ia tua mea sunt, & mea tua sunt, Et denuo: Om̃ia quecũq; habet pater, mea sunt Rursusq;: Dominus est filius hoĩs etiã sabbati. P. Dũ ista considero, eaq; insuꝑ quæ de Antichristi aduentu prædicta sunt mente cõmemoro, cerno q; Antichristi aduentus prorsus contrarius erit aduẽtui Iesu Christi. Ille nãq; non vt vir vagus, neq; vt viator aut colonus venturus est, sed tã q; rex maximus, velut dñs mũdi, sicut ditissimus. Th. Hæc sola autoritas sufficienter declarat antichristi fallaciam, et quod ipse non sit verus Christus, nec sic venturus queãdmodũ de Christo prophetæ locuti sunt. Proinde quod Iudæi Christum negaturi erant, & ob id à deo deserendi, sanctissimus Iherimias clare & publice denunciauit, sic in Christi loquens persona: Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manũ inimicorũ meorũ, facta est mihi hæreditas mea qua si leo in silua, dedit contra me vocem suam, ideo odiui eam. Porro eandem sententiam Iherimias clarius pan

ius pandens. Præuaricatione, inquit, præuaricata est in me domus Israel, et domus Iuda, ait, domi nus negauerunt dñm et dixerunt, nõ est ipse. Nam euangelio enarrante Iudæi coram pilato eis dicēte, Regem vestrũ crucifigã, dixerũt Non habemus rege nisi cæsarē. Præterea de Christi passione ait propheta in trenis: Spiritus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris: hanc autē autoritatem propheticã, Iudæi de Iosia rege iuda exponunt, asserentes hanc esse literã. Spiritus nariũ nostrarũ Christus dñi. Verũtamē Rabbi Samuel in epistola ad Rabbi Isaac sic eam allegat: Spiritus uultus nostri Christus dñs capt⁹ est in peccatis nostris. Ideoq; videtur q̃ de Christo prædicta sit. Itē idē Ihe remias de Christo prophetans: Ego ait quasi agn⁹ mansuetus, qui portatur ad victimam. Sũt quoq; & alia huius sancti prophetæ de Christo vaticinia, quæ modo non tango.

¶ Articulus. xvi. Disputatio contra Iudæos ex consideratione captiuitatis in qua nũc sunt, quod rationes quas ipsi assignant non sint vere causæ captiuitatis istius. Theolohus.

PORRO in disputationibus quas christiani cũ iudæis habere solent, hec argumētatio Iudęis sępe obijcitur, vt causam assignent captiuitatis istius lõgissime, in q̃ iã sunt, et amplius q̃ p mille trecētos ãnos fuerũt. Certũ est em̃ nec ipsi hoc negãt, q̃ de⁹ gloriosus & adorãd⁹ terrã p̃missionis patrib⁹ eorũ cõtulerit atq; p̃miserit, q̃ eos in illa cõseruaret q̃ diu peccatis suis ab ea nõ mererēt expelli

Deniq;

Deniqꝫ frequenter peccauerunt,nec tamen legũtur expulsi ab ea pro quocũqꝫ facinore,nisi propter Idololatriam & prophetarum innocentũqꝫ necẽ. Itaqꝫ vt ex Libro iudicum, innotescit. Iudæi ad Idololatriam interdũ prolapsi sunt,et ob id captiui,occisi, afflictiqꝫ sunt. Cumqꝫ clamarent cum humili cõfessione ad dominum cito miserebatur deus eorũ,mittensqꝫ eis saluatorem liberauit,et ad propriam terram eos reduxit. Postremo cum multiplicatæ fuissent iniquitates eorũ in Idololatrijs, in prophetarũ occisionibus,in innocentum homicidijs,ita ꝗ tẽpore Manasses repleuerunt Hierusalem sanguine innocentum vsqꝫ ad os,vt Quarto libro regũ describitur,nec prophetis eos increpantibus acquiescere vellent,ducti sunt in Babylonem captiui,in qua ꝑ septuaginta annos dignis pœnis oppressi sunt,quibus expletis,deus gemitum eorum audiuit,eosqꝫ redemit et in Iudæam reduxit. Præterea in hac captiuitate consolationem habebãt prophetarum sanctorum,eos de reditu certificautium, habueruntqꝫ prophetas ante captiuitatẽ,vt Hieremiam,In captiuitate Ezechielem ac Danielem. Post captiuitatẽ Zachariam atqꝫ Aggæum Captiuitas quoqꝫ Babylonica cæteris cunctis prioribus dirior extitit atqꝫ longeuior. Cum ergo captiuitas ista in qua modo præmuntur captiuitate Babylonica quasi incõparabiliter grauior diuturniorqꝫ consistat,vt computantibus constat,oportet quod grauius aliquid scelus cõmiserint,quo tantam pœnam meruerint,quã fuerunt patrum ipsorum peccata. Pœna enim pro portionẽ

portionanda est culpæ. Ideo si post captiuitatem Babylonicam enormius scelus non perpetrassent quam ante, nequaq̃ deus eos tanto tempore desolatos reliqueret Non enim consolationem habent alicuius prophetæ eis tempora huius captiuitatis transmissi. Præterea deus non punit vniuersaliter nisi pro vniuersali peccato. Non ergo sic ira eius in eos tam diu redundaret, nisi sub quodam vniuersali peccato grauissimo forent. Tale vero peccatũ esse nequit nisi Christi occisio. Quicquid enim aliud dixerint, protinus cõuincũtur, maiora cõmisisse facinora ante captiuitatẽ Babylonicam: Nam post reditũ de Babylone neq; ad Idololatriam declinauerunt in toto seu omnes, neq; prophetas occiderũt Et quamuis ista fecissent, non tamen tam diu deus eos relinqueretet, si aliter fidem et legem deo placentem haberent, præsertim cum cotidie liberari orent et sperent. Nisi ergo prorsus increduli essent, tam bene audiret atq; reduceret eos deus, quemadmodũ patres eorum, vel saltem prophetam aut aliam consolationem certam eis impenderet. P. Hanc rationem interdũ tetigisti, sed nunc eam fortius induxisti. Quid ergo respondent ad eã Iudæi? T. Multa excogitant quatenus se contra propriam salutẽ defendant. Dicunt ergo quod propter peccatũ vituli conflatilis seu adorationẽ ipsius, propter Idololatriam quoq; patrum suorum, prophetarumq; necem, itemq; propter auariciam ac odium fraternum: quæ post reditum de Babylone multũ in ipsis vigebant, hanc captiuitatem sustineant. Præsertim cũ

tim cũ de Idololatria vituli in deserto dñs dixerit: Ego aũt in die vltiõis visitabo hoc pctm̃ eorum. Sed hæc apparẽtiã modicã habẽt: Nã teste ꝓpheta, Nõ iudicabit dñs bis in idipsum. Et Ezechiele testãte: Filij nõ portabũt iniqtatẽ patrũ suorum. Si vere rñdeant nõdũ plene satisfactũ ꝓ illis peccatis, & sic dñs nõ iudicabit bis in idipsum: huic scripturæ sacræ repugnãt in qbus legũt misericordiã à deo adepti, exauditi & ad ꝓpriã terrã reducti. Deniq; si asserãt q filij interdũ ꝓ patrũ affligant peccatis, cũ de deo per Mosen dictũ sit: Visitãs iniqtatẽ patrũ in filios in tertiã & quartã generationẽ. Nullã tñ apparẽtiam habet q parentũ pctã redũdent in filios in tã longas innumerabilesq; generatiões, sicut mõ in Iudeis durare cõspicimus visitationẽ iracũdiæ dei. Præterea quis interdũ ꝓpẽ parentũ pctã, filij à deo pœnã sustineãt, nõ tñ excedit pœna filiorũ q nõ peccauerũt pœnã parẽtũ, q peccauerũt. Hæc aũt miseria in q nunc detinent Iudæi oẽm pœnã patrũ suorum excedit. Ideo q; necesse est eos ꝓpriã culpã habere, q̃ q a se habere recognoscere nolũt, ideo misericordiã cõseq nequeant. Adhuc aũt odiũ fraternũ Itẽq; auaricia tã irremissibilia crimina nõ sunt, vt ꝓpẽ ea in tãtã calamitatẽ relinq meruerint. Imo hæc pctã idololatria, ꝓphetarumq; nece minora existũt. Oĩbus ergo pẽsatis, restat eos sine fide & lege deo placẽtib' eẽ, & p cõseques nil ꝓrsus interitoriũ agere posse, & hoc ẽ q̃niã in Iesum Chr̃m quẽ occiderũt credere rennuũt. Porro q ꝓ se allegãt de idololatria vituli scriptũ: Ego aũt in die vltiõis visitabo hoc peccatũ eorum, de die
iudicij

iudicij intelligi potest, de his qui non pœnituerunt.

¶Obiectiões Iudæorũ cõtra fidẽ catholicã. Ar. 17. T.

MVltipliciter aũt arguũt cõtra nos excęcati Iudæi: Primoq́ in cõfessiõe sanctę trinitatis videmur cõtradicere legi q̃ ait: Audi Israel dñs deus tu⁹, deus vn⁹ est. Nos vero tres deos vt ipsis videt̃ fatemur. Secũdo miranť ꝙ Iesum hoĩs filiũ in tpe natũ asserimus eẽ deũ, deus eñ æthern⁹ ac ꝙ Imensus est. Tertio videt̃ eis ꝙ multa attribuim⁹ christo, q̃ valde derogant deo, vt cõcepi à muliere, crescere, esurire, tẽtari, crucifigi & mori: hęc vt dicũt diuinæ excellẽtiæ derogãt: Chrũs ergo cui ista ascribimus, deus ver⁹ cõsistere nequit. Quarto nobis ĩponũt ꝙ in eucharistiæ sacramẽto pessime idololatram⁹. Deniq; ex ꝓphetis ꝓbare nitũť, ꝙ Chrũs nõdũ venit, & ꝙ Iesus Nazaren⁹ nõ sit ver⁹ Messyas. Primo quoniã Hierimias postq̃ de Chri aduẽtu dixit: Ecce dies veniunt, dicit dñs &c. protinus addidit. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit cõfidenter. Sed nũq̃ tot aduersitates cõtigerũt Iudęis, vt post aduentũ Iesu Nazareni. Ipse ergo non est Chrũs in lege & ꝓphetis ꝓmissus. Amplius aũt per Ezechielem deus benedictus & summ⁹ ait: Scietiꝙ ego sim domin⁹ deus eorũ cũ trãstulerim eos in nationes, & cõgregauerim eos super terrã suã, & non dereliquerim quemquã ex eis. Hæc autem congregatio tempore Christi maxime expectanda videtur, & quia nondum extat impleta vt cernimus, apparet quod Christus necdum aduenerit. Insuper & est quasi eadem ratio quam Moyses conscripsit:

Si ad

Si ad cardines cęli fuetis dissipat⁹, inde retrahet te dñs de⁹ tu⁹, & assumet te atq; introducet in terrã quã possiderũt patres tui. ¶ Cũ ergo inquiunt Iudęi nũc in toto orbe dispersi simus, expectare debemus, promissionem istam diuinam, quæ tẽpore Christi maxime implenda credẽda est, & nondum impleta ẽ. ¶ At uero in Amos, & Zacharia, & Ezechiele multa scribuntur de admirabili templo ædificando in terra Israel, à rege Messya, quæ Christus Iesus nõ fecit. Ait enim Amos, quod in diebus illis populus Israel possidebit reliquias Idumeæ & omnes nationes. Tantam autem prosperitatem à Iesu Nazareno Iudæi sortiti non sunt. Non est ergo ipse Christus. ¶ Adhuc apud Isaiam de Christo scriptum est: Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium. Dies autem Iesu Nazareni non sunt dies nouissimi, cũ multa post eius aduentum defluxerint annorum curricula. ¶ Item in aduentu Iesu mons Sion nõ est eleuatus super colles, nec in aliorum mõtium vertice positus, quod tamen ait propheta in aduentu Messyæ implendũ. ¶ Insuper addit propheta, & fluent ad eum omnes gentes, ergo omnes populi Christo credituri erãt, sed in Iesum non omnes crediderũt. Postea subdit: Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prelium. Ex his innotescit quod post Messyæ aduentum, in toto mũdo bella cessabunt, pax'q; perpetua erit, hoc autem in IesuNazareno impletum non est. Imò post eius

aduentũ

aduentum dirissima bella Iudæis inflicta sunt. Ipse ergo Christus non est. Præterea apud Isaiam postquam de Christi aduentu prædictum est: Egredietur virga de radice Iesse, post pauca subiungitur, habitabit lupus cum agno, et pardus cum hædo accubabit, delectabitur infans ab vbere super foramina aspidis, non nocebunt in oĩ monte sancto meo. Ergo in aduentu Messyæ animalia siluestria et vaga erunt edomita atq; domestica, nec venenosa erunt nociua. Cũ igiť hoc nondũ aspiciamus impletũ, cõcludũt Iudæi necdũ venisse regem Messyam. Porro apud eũdem Isaiam alia quædam multa scribũtur de prosperitate & gloria Iudæorum, in aduentu Christi eis præstanda, inter quæ hoc quoq; vnum est. Paupercula tempestate conuulsa, absq; vlla consolatione. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphyris. Et alia multa: hec autem synagoga Iudæorum quam propheta affatur, nondum consecuta videtur. Præterea imponunt nobis Iudæi quod multa ex lege & prophetis allegemus, que in illis cõscripta nõ sunt, quod etiã euãgelica Christi nostri doctrina documentis legis sępe videať cõtraria. Alia q̃ nobis obijcere possunt omitto, q̃a ex horũ solutione faciliter dissoluũtur.

¶ Articulꝰ. xviij. Respõsio ad Iudæorũ instantias. P

NVnc insuper horum solutioni intẽdere par est, ne multiplicemus inaniter verba, anticipo atq; profiteor quod harum obiectionũ quam plures ante plene solutæ sunt. Quod nempe primo de sancta trinitate obijciũť, iam ante discussimus qđ

sim⁹ ꝙ tres pſonę nō sunt tres dij, sed de⁹ vn⁹, qm̄ natura atq; diuinitas ī trib⁹ pſonis pmanet vna. Qđ aūt scđo obijciūt etiā p̄discussum recordor. Si qđē ostēdisti ꝙ Christ⁹ est verus deus & verus hō, non in vna natura, sed in vna pſona, & ꝙ ex tp̄e natus cēset, ꝓpter humanā ei naturā ascribitur, In natura aūt diuina q̄ cōsubstātialis est patri, ipsi q̄q; coęter n⁹ existit. Insup qđ Tertio aiūt, nil cōuincit qm̄ humilia atq; abiecta aliquā ve imꝑfectionē designātia non scđm diuinā naturā, sed ratiōe hūanitatis assumptę Christo cōueniūt In hoc aūt qđ deus talē naturā & quę ei cōueniūt dignat⁹ est maiestati, itē q; diuinæ pſonalitati vnire, eius bonitas, misericordia, charitasq; vehemēter relucēt. Porro qđ quarto iducūt pc̄satis pręhabitis solutū est. Quāuis em̄ ex vi sacramēti seu ratiōe trāssubstātiatiōis sub specie hostię nō sit nisi corp⁹ Christi, ex naturali tñ sequela est etiā ibi aīa eius atq; diuinitas, & p cōsequēs tot⁹ Christ⁹ q in vna hipostasi est hō & deus ideoq; merito adorād⁹. Si aūt adoraret corp⁹ eius seorsum, Idololatria esset, & simile extat de sanguine. Cęteras vero Iudęorū instātias mihi solui ō Theologe cupio. Verūtamē quasdā eas ex prænductis solutas intelligo. T. Cūcta quę dicis apꝓbo, simulq; ingeniū tuū admiror. Deniq; Hieremias cuius nobis primo ꝓphetiā obijciūt, de vera salute, id est, saluatione aīę a peccato & potestate diaboli, ꝓpter q̄ christus potissime venit locutus ē, & p Iesum Christū impletū verissime nouim⁹. Ipse saluauit atq; redemit Iudā, imo totū genus humanum, & Israel qui ipsi adhæsit &

credidit

credidit, habitauit confidēter loquendo de fiducia & magnanimitate ac securitate mētis in deo. Nō enim contristabit iustum quicquid ei acciderit. Et rursus scriptura. Iustus inquit quasi leo confidens absque terrore erit. Sunt autem & aliæ solutiones quas omitto. Quod vero dicū: Iudæi tempore Iesu maximæ eis aduersitates exortæ sunt, verbis prophetæ non obuiat. Nam propter incredulitatem, persecutionem, atque blasphemiam suam in Christū, iam amplius non erant synagoga dei, sed sathanæ, nec erant veri Iudæi, id est, confitentes, neque computabantur in semine fidelis Abrahæ. Præterea prophetia illa Ezechielis, prophetarumque similes, vberrime impletæ sunt. Sæpe enim de captiuitatibus suis eos deus eripuit, nec quenquam ex ipsis reliquit qui scilicet redire optauit et studuit. Potest etiam cōgregatio ista spiritualiter accipi, & sic per Iesum Christū est facta, quia in vna fide parique spe ac diuina charitate omnes quantum in se fuit iudæos vbique dispersos congregauit in regnum militantis ecclesiæ. Et hoc modo a Iohanne dicitur, quod Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios dei qui erant dispersi cōgregaret in vnum. & similis est ad Moysi promissionem responsio vero templū de quo Amos et Zacharias loquuntur spiritualiter exponendum est de militāti ecclēsia ex lapidibus viuis constructa in qua Iesus Christus est rex, atque sacerdos cui subiectæ sunt

reliquiæ Idumeæ,& omnes nationes,id est, ipsa gẽtilitas ad fidem conuersa. Ezechiel quoq; sub metaphora de triumphanti ecclesia ac domo cœlesti profatur, & non de terreno materialique templo quod vtique ex textu elicitur, in quo plura dicunt, quæ literaliter accipi nequeũt, Amplius autem qđ instant Iudæi,quia dies Iesu Nazareni non suntnouissimi,respondendum quod triplex distinguit tẽpus, ante legem,sub lege,sub gratia, Tempus ergo domini Iesu est nouissimũ quoniã legi euangelicæ lex alia vera non succedet,vnde Iohannes ait: nouissima hora est. Ad aliud dicitur,quod eleuatio montis Sion in Christi aduentu per localem ascensum intelligenda non est.prout Iudæi secundum cæcitatem & crassitudinem cordis sui existimant,sed per gloriam miraculorum & excellentiam graciæ illic effusæ,quæ vtique gloria amplior extitit quam illa ꝗ in monte Sinai aut alibi vsquã apparuit. Nempe in monte Sion Christus discipulis spiritum sanctũ misit,omnium scripturarum sanctarum atq; linguarum vsum,itemque noticiam tradidit,clausis ianuis introiuit, corpꝰ impassibile palpabile tradidit, panem & vinum in corpus suum,& sanguinẽ trãssubstãtiauit,seipsum suis discipulis manducãdũ exhibuit. Ad sequens respõdeo quod omnes gentes, id est,aliqui de omnibus in Christum credunt, vt sit distributio pro generibus singulorum, non pro singulis generũ. Et hoc modo etiam ipsos Iudæos oportet prædictam distributionem exponere. Ad id demum quod consequenter obiectum est.Non

enabila

leuabit gens contra gẽtem gladium, &c. dico quod Christo nato angeli cecinerunt: Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, hoc vero de interna, spirituali, veraque pace, quam exterior perturbatio aut persecutio auferre non valet, intelligendũ cognoscimus. Itaque sacer Propheta videns in spiritu quod in Christum perfecte credentes, etiam inimicos suos diligerent, nec aliena optarẽt aut raperẽt, præinducta sic dixit. Aliter quoq; respondeo, quod Christus natus est tempore inaudite a seculo pacis. Eo namq; nato ad vnius imperium hominis vniuersus descriptus est orbis: hæc autem pax vltra solitum tempus durauit cunctis nationibus romano imperio subiugatis. Certum est autem quod in tali tpe multa instrumenta bellãdi transmutentur in instrumenta agriculturę aptata. Ideo ait Propheta: Conflabunt gladios suos in vomeres. Quod autem adiungitur. Non exercebuntur vltra ad pręliũ, non designat perpetuitatem simpliciter, sed durationem insolitam, sicut communiter de re vltra cõsuetudinem perdurãte asserimus Res ista nũq̃ terminabitur vel istud nũquam cessabit, cum tamen ĩterdũ talia in breui tẽpore cessent, sicut Hieremias scribit: Oblitus est mei populus meus, vt fieret terra eorũ in desolationem et in sybalum sempiternũ. Quod intuentibus ordinem textus constat de captiuitate Babylonica dictũ, de qua tamen Iudæi post septuaginta annos reuersi sunt. Sed quoniam captiuitas illa præcedentibus longior extitit, ideo sempiterna vocata est. Sic quoq; quarto libro Regum

dicitur: Non venerunt vltra latrones Siriæ, in terram Israel, cum tamen post hoc in eodem libro sæpius rediisse legantur. ¶ At uero quod de cohabitatione ac domesticatione ferarũ arguitur, respondendũ quod totum illud capitulum Esaiæ, in quo ista scribũtur metaphorice loquitur. Nam in principio dicitur: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Vbi Christus et virgo Maria nominibus virgæ et floris designãtur. Et postea de Christo habetur: Erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cunctorum renum eius. Postmodum additur habitabit lupus cum agno, &c. Itaq; sicut Christus propter proprietatem flós dicitur, sic homines variæ vitæ diuersórum animalium designãtur nominibus, propter conuenientiã proprietatis. lupus ergo vocatur quia vorax & rapax: Agnus autem vir innocens Et quoniã in sancta christiana ecclesia, qui ante lupinam vitam ducebant, conuersi interius demũ innocenter, pieq; cum innocentibus viuunt, ideo lupus cum agno habitare perhibetur, & ita de aliis Quod vero additur delectabitur infans super foramina aspidis, ita exponitur quia renatus fonte baptismatis, dominatur dæmonibus in obsessis hominibus. ¶ Deniq; huius respõsionis cõfirmatio est quod Rabbi Moyses ait: Nõ ascendat super cor quod in diebus Messiæ aliquid de via huius seculi deficiet, vel de operibus sex dierum immutetur, sed mundus iuxta solitam viam transibit, & per consequens animalia in suis proprietatibus naturalibus perseuerabunt. Verunta

men

tamen etiam ad literam animalia fera frequenter christanis tanquam domestica paruerunt. Quod insuper ex Isaia 52, capitulo tangitur: nunc ante satis solutum opinor. Illa enim stratio siue fundatio in Christi ecclesia spiritualiter adimpleta est, in qua viri perfecti secundum gradus virtutum ordinate sternuntur. ¶ Utrum autem aliquid de veteri testamēto allegemus quod illud non continet, scimus quod non, maxime post traslationem Hieronimi. De hoc tamē plenius tangam. ¶ Ad vltimum dico quod moralia legis præcepta Christus non reprobat, sed optime perficit. ¶ Cerimonialia vero quia figuratiua erāt in Chrō finem sortita sunt. Sufficit tibi Phūe responsio ista. ¶ Phūs. Sufficit prorsus.

¶ Demonstratio ex lege & prophetis quod in deo sit personarum distinctio, et cum vnitate essentię trinitas in personis. Articulus 19.

¶ Theologus.

A Legis exordio ordiri nos par est: In principio Genesis vbi nostra translatio continet: In principio creauit de' cælū & terrā, hebraica veritas habet: In principio Elohim creauit cęlū & terram. Elohim autem est plurale huius dictionis. ¶ El vel Eloy quod significat deum in singulari numero. Cum ergo Moyses dixerit Elohym creauit: coniungens nomen pluralis numeri verbo numeri singularis, tanquam diceret: In principio dij creauit, insinuat quod in diuinæ simplicitate ipsæ sentētiæ sit quædā distinctio, non naturarū sed psōnarū, sed contra hoc multipliciter rñdent Iudæi:

Quidam dicunt quod quādo Elohim ponitur ꝓ deo vero, semper singulariter accipiatur. Contra quę nostri doctores arguunt qui in lingua Hebræa doctiores fuerunt, ostendentes quod hoc nomen Elohim pro deo vero acceptum, pluraliter accipiať, quia videlicet adiectiuo pluralis numeri copulať, vt in libro Iosue vbi nos habemus: Non poteftis domino seruire quia dominus sanctus ipse &c. Itē Hieremias: peruertiftis inqt, verba dei veftri, in Hebręo habetur, Peruertiftis verba Elohim Hahim, id eft, deorum viuentium. Talis deniq; modus loquendi in veteri teftamento reperitur, quod scilicę coniungitur nomen singularis numeri, verbo pluralis numeri vel econtra, in quo semper implicite datur intelligi, quod in deo sit quædam non essentiæ, sed personarum distinctio. Nempe in Isaia vbi translatio Hieronimi continet: Dominabitur tui q̃ fecit te dominus exercituum nomen eius, Hebraica veritas habet: Dominatores tui fortiores tui dominus exercituum nomen eius. ¶ Item in libro secundo Regum vbi habemus: Quæ eft gens in terra, vt populus tuus IsrAel, propter quam iuit deus vt redimeret sibi in populum, Hebręus sic habet, Quis vt populus tuus gens vna in terra, propter quam iuerunt Eloi ad redimendum sibi. Et talis mod° sæpe in veteri teftamento inuenitur. Quicquid autem Iudæi ad respondendum confingant, hoc firmum & certum eft, quod cum tota Moysi ac prophetarum intentio fuerit à plurium cultu deorum reuocare populum ad vnius dei veriffimū cultum.

Nequa-

Nequaquam tali modo loquendi vsi fuissent, nisi sapiētibꝰ occulte insinuare voluissent, quod in simplici deo esset personalis distinctio. Non enim distinctio proprietatum absolutarum, ad hunc modum loquendi sufficeret, quoniam illę sola ratiōe distinctæ sunt, & multo minus distinguūtur in deo quā in creaturis, sed vnus homo aut angelus vnus, non posset dici dominatores aut diuini vel fortiores, propter distinctionem proprietatum seu qualitarum suarum, scilicet sapientiæ, potentiæ, dilectionis atq; similium. Multo igitur minus propter proprietatum absolutarum distinctionum talem pluralitatem susciperet deus. ¶ Pręterea in Psalmo. 10 9: qui manifeste de Christo loquitur, p̄sertim cum vbi nos habemus: Dixit dominus domino meo, translatio Caldaica habet, Dixit dominus verbo suo, designatur diuinitas filij dei, seu deus de deo genitus, cum dicitur: Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum, ex vtero ante luciferū genuite, hoc enim nulli valet asscribi, nisi filio dei, q solus ex vtero, id est, ex substantia nascitur patris, & per consequens eiusdem cum eo essentiæ extat, quoniā diuina essentia plurificari non potest. ¶ Prę terea in Psalmo. 4 4. qui de rege Messya secūdum antiquos Hebræorum doctores accipitur, de Christo sic dicitur: Sedes tua deus in seculum seculi, dilexisti iustitiam & odisti iniquitatē, propterea vnxit te deus deus tuus. Hic aperte describitur deus vnctus, & deus vnguens tanq̄ distinctæ personæ. Præterea de eodem rege Messya seu filio dei, cū dixisset prophe-

propheta in eodem: Audi filia & vide &c. adiũgit: Et concupiscet rex decorẽ tuũ, qm̃ ipse est dñs deus tuus, & ꝙ sit verus deus, oñdit dũ subdit, & adorabunt eum. Insuper ante ostensum est, ꝙ scd̃m antiquos hebræos psalmus secundus de Christo intelligendus sit. In hoc aũt psalmo Christus de patre testatur: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Et quid est hodie nisi in æternitate ¶ Præterea trinitas personarum pulcherrime designatur apud Isaiã, vbi sic scribitur: Ego primus & ego nouissimus, & manus mea dextera mẽsa est cœlos Non à principio in abscõdito locutus sum, ex tempore antequã fieret ibi erã. Loquitur aũt de datiõe legis in monte Sinai, quæ manifeste tradita est, vt etiã Iudæi testant. Et q̃d hæc sint verba Christi seu filij dei, elucescit cũ subdit: Et nunc dominus misit me & spiritus eius. Ecce hic diuinitas Christi aperte scribitur, cũ dicit: Ego primus & ego nouissimus. Tãgitur quoq; persona patris, cũ ait: & nũc dñs misit me. Spũs sanctus demũ exprimitur, cũ addit: & spũs eius. Hæc em̃ verba Isaias de seipso non dixit. Ipse nanq; in monte Sinai cũ lex dabatur non fuit, cũ bene per mille annos postmodũ natus sit, Clarũ est insuper, quod deus pater non misit seipsum, ergo filius missus à patre personaliter est distinctus. Istæ aũt rõnes ad sequentẽ quoq; articulũ prosunt, qm̃ Christũ esse deũ & hominẽ patenter ostendũt. Adhuc trinitatẽ personarum in diuinis sanctus Dauid compendioso versiculo decore pandit. Verbo inquit dñi cœli firmati sunt, & spũ oris eius oĩs virtus

ius eorum. Sed & de spũ scō pulchre in alio psalmo
precatur. Spm̃ rectũ innoua in visceribus meis. &: Spi
ritũ sanctũ tuũ ne auferas à me. & : Spũ principali
cõfirma me. Rursusq; ait: Quo ibo a spiritu tuo, &
quo à facie tua fugiã? ¶ Denique de æterna filij dei gñ
ratiõe in libro Prouerbiorum Salomonis, sic scriptũ ẽ
Dñs possedit me initio viarum suarum, antequã quicquam
faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, Nec-
dum erant abyssi, & ego iam concepta eram: ante
colles ego parturiebar, quando præparabat cœlos
aderam, quando certa lege & gyro vallabat abys-
sos, quãdo appendebat fundamẽta terræ, cũ eo erã
cuncta cõponẽs. Et rursus, Quis, ait, ascendit in cę
lum atque descendit? Quis cõtinuit spm̃ in manibus
suis? quis colligauit aquas quasi in vestimento? quis
suscitauit oẽs terminos terræ? Quod nomẽ est ei?
& quod nomen filij eius si nosti? Hic Salomon pa
trẽ deũ, eiusque filiũ palã declarat. Ipsum quoque filiũ
innuit esse ineffabilẽ ac incõprehensibilẽ sicut & pa
trẽ, quod dici nõ posset si filius finitus esset, minor-
que patre, creatura ve paterna. ¶ Præterea confessiõi
christianæ de vnitate trinitateque dei, ipse vtique mo-
dus loquẽdi prophetarum & legis vberrime cõsonat:
Vt quod audiuit Isaias Seraphim ter sanctus claman
tia. & Dauid frequẽter in eodẽ versu ter deũ noiat,
sicut dũ ait: Bñdicat nos deus deus nr̃, bñdicat nos
deus. & zacharias ait: Dixit dñs ad Sathan: increpet
dominus in te sathã, & increpet dominus in te. Sũt
aũt & alia testimonia multa ex canonica veteris le
gis scripturæ ad idẽ probandũ idonea, quæ omitto.
Verunta-

Veruntamen sicut in isto articulo dicta ad sequentem proficiunt, sic in ipso dicenda ad huius probationem articuli conferunt.

¶Ostensio q̧ Christus in lege promissus sit verus deus, & nõ vt Iudæi opinãt homo purus. Art. 20.

REgem Messyam ab origine mundi figuratum itemq́ promissum, esse omniũ rerum deum ac dominũ Zacharias propheta pulchre testatur sic scribens: lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego venio & habitabo in medio tui ait dominus. Et applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui, & scies quia dominus exercituum misit me. ¶ Ecce hic clarissime dicit sacratissimus vates, dominum venturum & habitaturum in medio populi sui. Et hunc ipsum dominum ait mittendum à domino exercituum. Quis ergo est iste dominus exercituum à domino exercituum missus, nisi Christus dei filius à patre in mundum legatus? Filius ergo est exercituum dominus, sicut & pater, & per consequens est deus verus, quoniam in veteri testamento nullus inuenitur dominus exercituũ appellari, nisi solus deus. ¶Præterea quod Christus sit deus æternus, atq; per assumptam humanitatẽ apparens hominibus, Isaias ostendit dicens: In illa die sciet populus meus nomen meum, quia ego ipse q loquebar, ecce assum. A tuero in Hieremia scriptũ ẽ: Ecce dies veniũt dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum. Et in hoc Christi declaratur humanitas, cum sit Dauid germen seu filius. Nempe hãc

propht

prophetiam Hebræi & Latini de Christo exponunt. Et mox de eodem Christo adiungitur: Et hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster. In Hebræo loco huius, dominus iustus noster, habetur nomen domini dei Tetragrammaton, quod secundum Rabbi Moysen in libro directionis perplexorum, soli altissimo creatori appropriatur. Nã secundum eundem, significat diuinã essentiã mere nudam ac puram, videlicet secundum suas proprietates intrinsecas, absque omni relatione seu respectu ad extra. Cum ergo hoc nomine dixerit propheta Christum vocandum, cõstat eum verum cõsistere deum. Licet autem quidam Iudæorum hanc rationem conantes absoluere, asserant etiam nomen Tetragrammaton de aliis quã de deo vero in scripturis dici, hoc tamen simpliciter falsum est. Nam quamuis in aliquarum rerum appellatione, ponatur nomen Tetragrammaton, hoc semper est cũ aliquo addito, & sic res ille non nominantur simpliciter nomine domini Tetragrammaton, sed à quodam effectu ipsius, & hoc non est mirum, quia licet aliquis nostrum deus simpliciter dici nõ debeat, dici tamen vocarique potest à deo datus, vel dominus dedit, aut simili modo. ¶Alij vero Iudæorum affirmant, quod in Hebræo non habeatur, vocabũt, sed vocabit, vt sit sensus: dominus iustus noster vocabit eum scilicet Christum, ad mundi liberationẽ, & sic ipse Christus non vocabitur nomine dei Tetragrammaton, sed ipse deus eum mittens, & vocans. Quod autem responsio ista sit textus corruptio, ex

transla

translatio Septuaginta, atque Caldaica cōprobatur. Translatio em̄ Septuaginta interpretum sic habet quemadmodū Hieronimus transtulit, sed Caldaica vbi nos dicimus, hoc est nomen quod vocabūt eū dominus iustus noster, sic habet: Et hoc est nomen quod ipsi appellabūt eū dominus iustus noster. Vñ patescit quod nomē domini Tetragrammaton ad Christum referri oporteat. ¶Amplius quod Christus sit deus æternus, homo sanctus, Micheas propheta contestatur: Et tu Bethlehem Effrata paruulus es in millibus Iuda, Ex te mihi egredietur q̄ sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. ¶In hac autoritate quā omnes de Christo exponunt, describitur Christus egressurus de Bethlehem Iudæ, secundū generationē humanā. Cuius æterna quoque generatio designatur, cum dicitur: Et egressus eius à principio à diebus æternitatis. ¶Adhuc autem christum esse deum & hominē ex Isaiæ vaticinio innotescit, cum dicit: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis: & factus est principatus super humerum eius: & vocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, hanc autem literam Iudæi moderni corrumpunt & aiunt, quod Hebraica veritas habeat, vocabit, & in fine dici debeat prīcipem pacis, vt sit sensus, quod deus vocabit paruulum istum principem pacis, non tamen puer hic deus vocabitur. Exponūt ergo quidam eorum ista de Ezechia, sub quo maximus triumphus est datus Iudæis, occiso Sennacherib Assyriorum rege. Sed huic

huic repugnat quod protinus subditur: Et pacis eius non erit finis. Itemque: Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit vt corroboret illud in iudicio & iustitia, amodo & vsque in sempiternum. Quod de solo Christo verum est, in quo regnum Dauid veraciter perpetuatur in cunctis fidelibus atque electis. ¶ Praeterea Iudaeorum peruersitas, ex translatione septuaginta interpretum, & Caldaica deprehenditur. In translatione nanque septuaginta interpretum loco huius, vt vocabitur admirabilis, consiliarius, deus, fortis &c. dicitur vocabitur magni consilij angelus. ¶ Denique in translatione Caldaica ita habetur: Infans natus est nobis, & filius datus est nobis, & recipiet super se legem ad seruandum eam, & vocabitur nomen eius, de antea admirabilis, consiliarius, deus, fortis, permanēs in secula seculorum, Messyas in cuius diebus pax multiplicabitur. ¶ At vero in Psalmo vigesimo tertio de ipso Christo dicitur. Quis est iste rex gloriae? dominus fortis & potens. Et post pauca Dominus virtutum ipse est rex gloriae. Nulla autē pura creatura simpliciter dici potest rex gloriae, dominusque virtutum, nisi solus deus. Christus igitur de quo ista dicuntur, deus est. ¶ Proinde excellentia diuinae maiestatis in Christo, atq; humanę eius naturę humilitas, apud Zachariam prophetam prę clare tanguntur cum dicitur: Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem: Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator. En diuina maiestas.

Sequitur

Sequitur: Ipse pauper & ascendẽs super asinam, ecce humana decliuitas. Et ad idem faciunt, quæ in præcedenti articulo habita sunt.

Articul'. XXI.

DVm cum Iudæis de virginitate christiferæ virginis disputamus, hoc nobis imprimis vbertim Iudęi improperant atq; obijciunt, quod multa allegamus ex prophetis, quæ prophetæ non dicunt. Et communiter istud quod sacratissimus euangelista Matthęus de Isaia pro Christo allegat: Ecce virgo concipiet & pariet filium. dicunt Iudęi in hebræo nequaq̃ haberi. Siquidem in hebræo sic dicitur: Ecce Ahalma concipiet. Ahalma autẽ non virginem, sed adolescentulam signat. Adolescentula vero tam pro virgine quàm pro corrupta accipi potest. Denique verba inducta dixit Isaias regi Achaz, pro signo liberationis sibi futuræ. Signum autem signatum præcedit, sed conceptio Iesu ex Maria multis annis post mortem Achaz effecta est. Non ergo de conceptione Iesu Nazareni locutus est hic propheta Isaias. Alia etiam multa obijciũt, quæ Christiani doctores sufficienter soluerunt. P, Horum solutionem audire concupio. T, Quidam ex nostris inter Iudæos conuersati sunt, & in eorum ideomate docti fuerunt: Respondent quod Aalma dicitur ab Almut, quod hebraicæ absconsionẽ significat. Haalma ergo absconditã, maxime si hęc litera H præponatur, designat. Itaq; cũ dicitur: Ecce Haalma concipiet & pariet, sensus est: Ecce iuuẽcula hominum aspectibus abscondita, sic quod de eius pudicitia ac integritate dubitandum non est,

con

concipiet&pariet. Talis autem est virgo Maria. Ideoque euãgelista Matthæus omni gratia spiritus sancti plenior quam Isaias. Non tam verba quam mẽtem prophetæ in luce spiritus sancti cognoscens, optime allegauit, Ecce virgo &c. Ad aliud respõdet quod duplex est signũ, scilicet pnosticũ futuri & rememoratiuũ pteriti. De signo rememoratiuo hæc propheta locutus est. De tali signo in Exodo dicitur, dixit dominus Moysi: Hoc habebis signum q miserim te. Cum eduxeris populum meũ de Egypto, immolabis deo super mõtem istum. Porro qđ scriptura hæc de Christo intelligi debeat, hinc innotescit quod sequitur & vocabitur nomen eius Emanuel. Emanuel autem interpretatur nobiscum deus, quod soli Christo proprie conuenit, quippe in quo natura diuina atque humana in vnitate personali coniunctæ sunt. Adhuc autem Christum de virgine nasciturum Hieremias ita prędixit: Nouum creabit vel faciet dominus super terram, mulier circundabit virum. In quo propheta rem prorsus insolitam prophetauit futuram. Quod aliter impleri non potuit, nisi quod virgo non inter vlnas, sed intra virginei vteri claustra ac limites Iesum Christum concepit, qui a conceptionis instanti vir dicitur, non protensione annorum, sed ratione scientiæ ac perfectione virtutum, Denique in Psalmo 71 qui secundum glossam hebraicam de rege Messya conscriptus est, ita de Christo dicitur: Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram, Philoso. Quid probas ex hoc? Theo,

Iudicū. 6 In libro Iudicū de Gedeone habemus, quēadmodū eo petēte vellus madefactū est, terra sicca manēte. Rursusq; eodē precante, terra sub vellere ad aqua ta ē sicco durāte. Videns ergo Psalmograph⁹ Christū m̄rni ventris intima ingressurū vētre illeso ac integro, sicut vellere nō irrigato, sub vellere terra cō
Ezec. 44 pluta est, ita ꝑdixit: Descendet sicut pluuia &c. Amplius aūt integritas matris regis Christi p Ezechielē figurat, dū dicit ꝓpheta: Porta hęc clausa erit, & nō aperietur, quoniā deus Israel ingressus est p eā, eritq; clausa. Hæc quippe porta est virgo Maria, in quā deus dei filius, deus Israel introiuit, atq; de ea inuiolata ad salutē procurandā humanā egressus est. At uero Nicolaus de Lyra allegat Rabbi Barachiā dixisse: Deus benedictus & sanctus ait Israeli: Vos dixistis corā me: Pupilli facti sumus absq; patre. Ecce redēptor quē ego suscitabo ex vobis sine patre erit videlicet in terra, quēadmodum sine matre in cœlo Præterea, in Zacharia scriptū est de deo: Ecce ego adducā seruū meū orientē, translatio caldaica habet Messyā, vnde elucescit qđ de Christo loquitur pręsens authoritas. Sequitur: Ecce ego zelabo sculp
Zachar. 3 turā eius, id est, formabo corpus illius sine semine, cooperationeq; viri, & auferā iniqtatē terræ illi⁹ in die vna, id est, in die passionis Messyæ, hæc est dies parasceues, in quo abstulit Christus facinora mundi. Insuper in Leuitico Moyses scripsit: Mulier quæ concepto semine pepererit masculū immunda erit septē diebus. Cūq; expleti fuerint dies purificatiōis, deferet agnū anniculū in holocaustū, & pullū colūbæ &c. & tradet sacerdoti qui offeret illa corā do-

mino. Si ergo Moyses præuidit virginem parituram, cur addidit concepto semine, cum ait: Mulier quæ pepererit: Nisi enim Christum insolito more de virgine nasciturum præuidisset, non addidisset concepto semine.

¶Testimonia veteris legis de Eucharistiæ sacramento. Articulus. xxij. T.

PОrro quod rex Messyas, Christus dei electus, fidelium cibus esse deberet sub sacramento altaris, Psalmo 71 pulchre prophetatum conspicimus. Hic enim Psalmus de Christo accipitur, quoniam in exordio eius vbi dicitur: Deus iudicium tuum regi da, glossa Hebraica ait: Iste est rex Messyas, de quo per Isaiam dicitur: Egredietur virga de radice Iesse. Isaie. 2 Psalm. 71 Denique plura in psalmo isto scribuntur, quæ nec de Salomone nec de alio quam Christo intelligi valent, vt est illud Et permanebit cum sole & ante lunam. Et postea: Ante solem permanet nomen eius. In quo etiam Christi diuinitas palam exprimitur, præsertim cum dicitur, Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei. De isto autem rege Messya seu Christo post modum continetur. Erit firmamentum in terra in summis montium. Hebraica veritas habet: Erit placenta tritici in terra, in capite montium. Cui translatio Hieronimi iuxta hebraicum consonat. Erit inquiens memoriale tritici in terra, in capite montium. Et translatio quoque caldaica: Erit ait oblatio frumenti in terra: hic aperte signatur quod Christus esset oblatio fidelium, hostia atque sacrificium nouæ legis, christianique populi, & hoc sub forma panis triticei, vt modo intuemur impletum.

signari ecclesia militans in qua vere fideles corpore Christi & sanguine sagenātur. Preterea in Psalmo 77. sic dicitur: Panem cœli dedit eis, panem angelorum manducauit homo. Quamuis autem versiculi huius pars prima de manna materiali dato Israheli queat intelligi, pars tamen secunda de verbo ac filio dei Christo altissimo verissime sumitur. Ipse enī angelos reficit, sustentat, & fælicitat. Ipse quoque modo fideles corpore sue & sanguinę spiritualiter alit & roborat, neque de alio quam de Christo verba inducta ad literam accipi possunt: vidit nanque propheta in lumine spiritus sancti quēadmodum māna illud figura extitit hostię salutaris, q veri israelite, id est, boni Christiani manducaturi erant, nuncque manducant. Ideo cum dixisset de re gesta, panem cœli dedit eis, de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ, protinus prophetauit, panem angelorum manducauit homo. Insuper de bonitate cibi Eucharistie Rabbi Moyses in persona dei sic ait: Inclinabo ad eum, id est, populum Israeliticum, escam bonam & suauem cui non est alia similis, de qua in Psalmo. 71. dicitur Erit placenta frumenti in terra. Philosophus, Pulchræ satis mihi probasti veterum testimonio scripturarum, ea que de Eucharistia a nobis superius studiose discussa sunt, indeq; glorior, quod ea quæ Iudæi tam absurda estimant, tam euidenter ex eorum lege a Christianis probantur.

¶ Articulus. 25. Cur Christianos moueri non debeat quod Iudæi in sua perfidia perseuerant. The.

ECce vt modo audisti, oīa que christiana fides complectit, ex legis ac prophetarū scripturis efficacit̄ cōprobātur, p̄sertim cū ea q̄q̄ q̄ ppt̄ incōprehensibilitatē suā Iudæos a fide orthodoxa auertūt, nūc clare ꝓbata sint, vt sunt trinitas psonarū, dei incarnatio, integritas matris, eucharistię veritas q̄ oīa multo vtiq̄ pleni⁹, fortiusq̄ ex scripturis veterib⁹ quęsūt ostēdi, q̄ mō ostēsa sint. P. Satis mirādū videtur, q̄ cū ita sit, cur Iudæorū doctores tā incōuertibiles sint ad fidē. T. Hoc te mouere nō debet, vt iā vberiꝰ tibi ꝓbaui. Siqdē oīa q̄ de supbeatissima atq̄ ingeternū supbenedictissima ac supessentialissima trinitate, de verbi incarnatiōe, de virgine matre, de sacramēto altaris, itēq̄ de alijs credēda sunt, multo clari⁹ atq̄ diffusi⁹ in scriptura canonica nouę legis habēt, q̄ in codicib⁹ veteris legis. Nihilomin⁹ plurimi q̄ christianū nomē ascribere p̄sumpserūt, ista negauerūt. Alii deū eē trinū in psonis negabāt, vt Arrius, & Eunomius. Alij spūs sancti diuinitatē fateri spreuerūt, vt Macedonius. Alij patrē, filiū, & spm̄sanctū vnā eē psonā asseruerūt, vt Sabellius. Alij Chr̄m deū eē nō admiserūt, vt Fotinus. Alij eū habuisse corp⁹ hūanū credere rēnuerūt, vt Manichęus. Alij ei rōnalē aīam subtraxerunt, vt Appollinaris. Alij ex natura diuina itēq̄ hūana, vnā i chr̄o cōstare ac resultare naturā, ausi sūt asserere, vt Eutices. Alij psonā verbi p modū cuiusdā specialis inhabitatiōis p grām in chr̄o fuisse dixerūt, vt inimic⁹ dei Nestorius. Alij matrē chr̄i virginē eē nō crediderūt, vt dānatiss. ilie Eluidius. Quidā insuper chr̄m in hostia cōsecrata subs̄tātialr̄, sed velut in si-

gno cõsistere affirmauerũt, vt Berengarius, q tñ resipiscẽs pęnituit. Et oẽs isti noui testamẽti scripturã ꝓ suo errore exposuerũt. Ideoq; mirũ nõ ẽ, si Iudęi scripturã veteris legis ꝓ pfidia sua defẽdẽda aliq̃ mõ exponere valeãt, sed illorũ sine discrimine expositiõi cõsentim⁹, q̃rũ de⁹ vitã, verba & opa apꝓbat atq; mirificat. Et q istorũ sectãt vestigia, hi sunt viri beati, q̃s de⁹ gloriosus & ver⁹, signis suis clarificauit, ecclãq; romana canõizauit. Enimuero ĩtroducerẽ de nouo testamẽto fidei chrĩanę testimõia, sed q̃niã tota ei⁹ scriptura his plena ẽ, & qa nũc valde ex lõgis. hac disputatiõe lassati sumus, rogo vt mihi parcas. P, Merito parco, neq labori⁹ tuis cõdignas repẽdere gratias queo. Q̃d vero mihi pterea ad ĩformationẽ ac salutẽ necc̃riũ ẽ, ꝓseq pcor ne tedeat. T, De vita miraculis Iesu christi sanctorũq; eius, in sequẽti tractatu, put Neophito expedire & sufficere arbitror, me dicturũ spopondi, quod christo pstante mox prosequar. Verũtamen in primis testimonia quędã de dño nostro rege Messya, tã Iudęorũ quã gentilium in troducam. ¶Testimonia Philonis & Iosephi ac Rabbi Moysi iudęorũ, poetę q̃q; atque Sibillę, gentiliũ, de dño nostro iesu christo. Art. 24

CONtestante beatiss. nostro Hieronymo, Philo iudæus, natiõe Alexãdrin⁹, de gñe sacerdotũ, idcirco a nobis inter scriptores ecclesię cõputat, qm̃ librũ de prima ecclesia christianorũ apd alexandriã. i. de vita discipulorũ beati Marci euãgelistæ cõscripsit, in q̃ laudẽ nostrorũ elegãter ꝓseqt, vtpote q̃d orõni vacet, psalmis, lectiõi, & cõtinẽtię

¶Scribit in libro eodem, quod non solum apud Alexandriam, sed in aliis pluribus locis tempore suo Christiani extiterint, eorumq́ habitacula, monasteria vocat, hic eruditissimus Iudæorum Philo Romam adueniens, beato Petro locutus est, eiusq́ amicitiam habuit, & ob id librum de laudibus discipulorum sancti Marci discipuli Petri archiapostoli edidit. Cōpegit præterea alias penè innumerabiles præclarissimos libros, quorum titulos libro de illustribus viris Hieronimus exprimit. Fecit aūt librum de apostolicis viris, quem de vita contēplatiua inscripsit, eo quod semper cœlestibus inhiet, deumq́ incessanter exorent. Cum ergo vir talis ac tātus, Christi ministros tantis prosequitur laudibus, quid aliud agit nisi Christi fidē, legemq́ approbat. Non est enim seruus maior domino suo. P. Tanti viri (præsertim cum Iudæus fuerit) testimoniū valde reor credibile. T. De hoc ipso Philone apud Græcos vulgariter dicitur: Aut Plato Philonem sequit, aut Philo Platonem. Tanta est equidem eloquētiæ ac sententiarum parilitas. Sed quoniam ó philosophe contra Iudæos disputamus, in quorū lege scriptum agnoscimus: In ore duorum vel trium testium, stat omne verbum. Audi demum & Iosephi de Christo testimonium pulchrum. P. Qualis erat hic Iosephus? T. Iudæi libros eius recipiunt, eumq́ maximum fuisse historiographum referunt, & multo cum præconio laudant. Deniq́ fidelis noster Hieronimus in libro de viris illustribus, Iosephus inquit, Mathatiæ filius ex Hierosolimis sacerdos, à Vespasiano ca-

ano ca-

ano captus, postea Romam aduenit. Hic Vespasiano & Tito Romanis imperatoribus charissimus fuit, & ob ingenij gloriã, statuã quoq; Romę, ꝓmeruit. Hic Iosephus septẽ libros captiuitatis Iudaicæ compegit, aliosq;.24. libros antiquitatum ab exordio mũdi, vsq; ad annum. 14. Domitiani Cæsaris quartum edidit. In quorum.18. Iesum fatetur à pharisæis propter magnitudinem miraculorum occisum. Iohannem quoq; Baptistam verum fuisse prophetam testatur. Atq; ob interfectionem apostoli Iacobi, Hierusalem esse destructam. ¶ Porro domino nostro Iesu Christo testimonium perhibet tale: Eodem tempore fuit Iesus sapiens vir, si tamen virum eum oportet dicere: Erat enim mirabilium patrator operum, & doctor eorum qui libenter vera suscipiunt. Plurimos quoq; tam de Iudæis quã gẽtibus habuit sectatores, & credebatur esse Christus. P. Non dicit eum fuisse Christum, sed quod credebatur Christus. T. Aduerte quid subdat: Cũq; inuidia nostrorũ principum cruci eum Pilatus addixisset, nihilominus qui eum primum dilexerant, perseuerauerunt in fide. Et quando, quare, vel quomodo pandit hic Iosephus addens: Apparuit autẽ eis tertia die viuens. Hæc & alia mirabilia carminibus ꝓpheratum de eo vaticinantibus, & vsq; hodie gens Christianorum ab hoc sortita vocabulum, non deficit. P. Hic euidenter fatetur Iesum Nazarenum esse regem Messyam seu Christum. T. Vtiq;, sed vt veritas plenius innotescat, tercium insuper tibi ex Iudæis testem adducam. En Rabbi Moyses nedũ excellens

cellēs theolog⁹,sed& summus phũ⁹, in libro Iudicũ ait: Iesus Nazaren⁹ visus ē esse Messyas,& interfect⁹ ē p domũ iudicij,& ipse fuit cā vñ,pmeruit Israel vt destrueret in gladio. P,Nūc de chr̄o gētiliũ testimonia,pfer. Nūc em̄ triũ magnorũ ex Iudęis testimonia adduxisti virorũ. T,De chr̄i natiuitate,passiōe,resurrectiōe, atq; secūdo in mundũ aduentu Sibilla hoc modo vaticinata est:

Iudicijq; die, tellus sudore madescit,
De cœlo rex aduenier, per secula futurus.
Scilicet in carne præsens,vt iudicet orbem.
Vnde deum cernent, incredulus atq; fidelis,
Celsum cum sanctis cui iam termino ipso
Animæ cum carne aderunt,quas iudicat ipse.
Cum iacet incultus, densis in vepribus orbis,
Reijcient simulachra viri, cunctam quoq; gazam,
Exuret terras ignis,pontumq; polumq;.
Inquirens tetri portas effringet auerni,
Sanctorum,sed enim cunctæ lux libera carni
Tradetur, fontes æterna flamma cremabit.
Occultos actus protegens, tunc quisq; loquetur.
Secretaq; deus reserabit pectora luci.
Tunc erit & luctus,stridebunt dentibus omnes.
Eripitur solis iubar, & chorus interit astris.
Vpluetur cœlum, lunaris splendor obibit.
Deijciet colles valles extollet abimo.
Non erit in rebus hominum, sublime vel altum.
Equantur campis montes, & cerula ponti.
Omnia cessabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur flumina igni.

Sed tuba cũ sonitũ tristẽ dimittet ab illo
Orbis gemens facinus miseri, variosq; labores,
Tartareumq; chaos monstrabit terra dehiscens.
Et corã hic domino reges sistentur ad vnum,
Recidet e cœlis ignis & sulphur & amnis.

¶Prætorea de Christi admirabili atq; insolita natiuitate inductis, facundissimus ille poeta cõcordat in suis carminibus, canens: Iã noua ꝓgenies cœlo dimittitur alto. Hæc atq; similia ad fidei roborationẽ ex abundãti adduco.

¶INCIPIT LIBER OCTAVVS, DE uita & miraculis Christi atq; sctõꝝ. ¶Prooemium.



Vm dño nr̃o Iesu Chrõ iudęi de ipo hęsitãtes dixissẽt: quũq; aĩam nostrã tollis? Si tu es Chrũs dic nobis palã. Iohan. 10 Et Chrũs: Opa, inqt, q̃ e.f.t.p. de me. Quia em̃ Chrĩ miracula oẽm virtutẽ creatã, facultatẽq; naturalẽ trãscẽderãt, ideo à solo deo fieri poterãt. Deꝰ aũt sublimis & adorandus cũ sit essentialr̃ sanctꝰ, naturalr̃ verꝰ, atq; substãtialr̃ verax, falsitatis nec author eẽ potest nec stabilitor, hęc ergo miracula Chr̃i, doctrnã cõfirmãt, eiusq; fidẽ, ac legẽ à deo eẽ demõstrãt. ¶Veritas nãq; dupliciter innotescit. Primo p naturalẽ rõem, & talis ẽ veritas philosophica. Alio mõ p signa, soli deo possibilia, & sic fides diuinęq; leges ꝓbatę sunt atq; firmatę. Et qm̃ diuina miracula certiora sunt rõne hũana, ideo articulis fidei incõparabiliter fortius assentimus, q̃ naturalibus qbuscunq; scientijs. Ideo deniq; cum alias Christo Iudæi blasphemias dixissent:

Tu

Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuũ non est verum, Christus respondit: Et si ego de meipso testimonium perhibeo, testimonium meũ verum est, quia non sum solus, sed ego & qui misit me pater. ¶Praeterea spiritus sanctus est qui testat, quoniam Christus est veritas. Si ergo secundũ Moysi legem duorum hominum testimonium verum est, quanto magis testimonium trium personarũ in diuinis patris videlicet, filij, & spiritus sancti, certissimũ est. ¶Nempe tres sunt qui testimoniũ dant in cœlo, pater, verbum, & spiritus. Horum operatio ad extra vna est ac indiuisa, quoniam hi tres vnum sunt. P, Non iam dũtaxat duos sed plures (ni fallor) quã decẽ adduxisti testes, quod Iesus sit Christus. Siquidem testimonia adduxisti Iacob patriarchae, Danielis, Aggaei, Zachariae, Isaiae, Amos, Ozeae, Hieremiae, & Dauid prophetarum aliorũ plurium. Nũc vero testimonia dei patris & spiritus sancti de Christo Iesu, id est, signa atq; miracula, quibus deus filium suum clarificauit, agnoscere cupio. T, Miror prudentiam tuam, ingenium atq; memoriã, & quoniam non surdo & caeco, sed audienti, videntiq; loquor, delectabiliter loquor. P, Praeconia tua non me efferunt, sed humiliorem, diligentioremq; reddunt, quippe qui experimentaliter cerno, meũ qualecunq; ingenium, magis vero meam scientiã, velut nullius esse momenti tuorum comparatiõe sapientiae itemq; ingenij. Veruntamen precor coeptum prosequere. T, Compendiosius quo potero exequar. Tu vero intentissima mente cuncta perpende

pende, inuenies enim in istis quæ dicam, vtriusq; in Christo naturæ, diuina & humanæ misteria id est, humanitatis humilitatē, diuinitatis, & q; maiestatē, moderamine q̊dam subtili imò mirabili insinuari.

¶ De prçcursore atq; Babtista præconeq; Christi. Articulus Primus. Theologus.



On solum de Christo, sed & de beatissima eius genitrice, præcursore, apostolis, atq; ecclesia, prophetæ locuti sunt. Vt ergo scripturā de Christi prç cursore pdictā, in Iesu impletā ostencā, de Iohanne baptista paulisper effabor. igitur de Christo pcone, aduentuq; christi apud Malachiam scriptū est: Ecce ego mittā angelū meū ante faciē meam, & prçparabit viam ante me, & statim veniet ad templū suum dominator quem vos quæritis, & angelus testamenti quem vos vultis. ¶ Porro de eodem Christi prænuncio Isaias vaticinans, Vox inquit clamans in deserto. parate viam domini, rectas facite semitas in solitudine dei nostri, hæc in præcursore Iesu Christi impleta cognoscimus. P, Vnde id probas, & quomodo de homine dictum est: Ecce ego mitto angelum &c igitur de isto hoīe qualiter vixerit doce me. T, Quicquid de eo dicam, in Euangelijs scribitur: Patri eius Zachariæ angelus Gabriel in templo apparens intimauit, q; de vxore sua filiū gigneret, q in vtero matris spiritu sancto impleret, atq; añ christū in virtute Helyæ pcederet. Cui cū Zacharias non crederet, eo q; vxor sua sterelis eēt, pter incredulitatē suā in

signum

signum mutus mox factus est, donec puer nasceretur promissus. Egrediens ergo Zacharias de templo populo expectanti, loqui non potuit. Nato autem Iohanne, loquelã recepit, & de Christo pulcherrime prophetauit. Hic Iohãnes in vtero matris exultauit, ad Mariæ matrem suam visitantis præsentiam, sentiens & per spiritum sanctum quo in vtero plenus fuit, agnoscens Christum adesse. Natus aût
Marci.1 Matth.3 desertum ingressus est. Eratq; vestitus pilis cameli, habens circa lombos zonam pelliceam, cibus quoq; ipsius erant locustæ & mel siluestre. Cũq; propter eximiam suam sanctitatem, non propter miracula, quia signum nullũ fecit, ab omibus Christus crederetur, testimonium perhibuit domino Iesu, illum
Lucæ.3 Iohan.1 esse Christum, contestans se vero dignum non esse corrigiam calciamentorũ eius absoluere asserens.
Marci.6. Demmũ propter iustitiam, ab Herode occisus est, & martyr effectus. Hunc verum fuisse prophetam, Iosephus ait: Hic Iohãnes & angelicã duxit vitã, virgo pmansit, Christũq; nũciauit, angelus appellat.
¶ De conceptiõe & natiuitate, vitaq; Christi, vsq; ad annũ suum tricesimum, quo prædicare exorsus ẽ
Articulus. II. Theologus.

GAbriele archangelo nunciante, virgo Maria, Christũ dei filiũ illibata concepit, sine grauamine tulit, & in Bethelehẽ Iudæ scdm pphetiã Micheæ sine dolore, cũ ingẽti lætitia integerrima peperit, q die octaua circũcisus ẽ. Tertiadecima
Lucæ 1. Lucæ.2 aũt die tres reges ad eũ adorãdũ stella ducẽte ab oriẽte venerũt, eũq; in vili stabulo deuotissime adorantes

quomodolibet admittat.].i.talis nullo mō est admittēdus aut recipiēd⁹ ad obseruationē vitæ tertij ordinis, nisi primo resipisceret ac pœniteret, de pristinis suis errorib⁹, aut sufficient expurgaret se, de sua diffamatione. [Et si talē inueniri cōtigerit extitisse receptū.].i si ministri inuenerint aliquē â se receptū, fuisse añ suā receptionem et adhuc esse Hæreticum, aut de hæretica prauitate suspectum, aut veraciter seu ꝓbabiliter diffamatum, [Assignetur ille quantotius inquisitoribus prauitatis hæreticæ puniendus.] prius tñ est pie ac feruide sapienterq́; admonendus ac instruendus, vt à suo resipiscat errorem, & pœnitentiā condignam agat, sicq; verbis & factis ostendat, se esse catholicū. Porro inquisitores hęreticę prauitatis non puniūt infideles, mortem corporalē infligendo, cum sint spiritales, & ecclesiastici viri, sed incarcerando aut simili modo. Interdū vero Hæretici tradūtur iudicio seculari, sic tñ vt prius degradient, aut clericali ꝑuilegio spolientur, si in sacris fuerint, aut clerici extiterint. [Cū autem fraternitatem huiusmodi, ].i.congregationem seu societatem tertij ordinis. [Quis ingredi seu intrare voluerit.].i.instanter petierit. [Ministri ad receptionem talium deputati, eius officiū, statum, & conditionem solerter explorent.] i. prudenter inquirant ac pensent an sc; sit liber, an seruus, an solutus vel coniugatus, & vtrum prius fuit in aliquo ordine. Quid autem proprie loquendo faciat in hominibus statum, & quid gradum, et penes quid attendatur officiorū distinctio. Thomas

mas pulchre declarat in.2a. 2æ quæstione centesima octuagesima 3a quæ nõ oportet hoc loco describere. [Et sibi fraternitatis eiusdẽ onera & præcipue alienorum restitutionem apertius exponẽtes.] i. præfati ministri multũ clare exponant personæ, ingressum ordinis postulanti, obseruãtias ac statuta regulæ q̃ cupit subire. Et pſertim dicat ei, ꝙ oporteat eum restituere, si habuerit aliq̃ bona iniusta. Hæc omnia ꝑponenda sunt ei, vt melius deliberet, nec incõsulte subeat incognitũ opus, ne postea doleat inde, atq; apostatet, Ideo dicit Apostolus ad Timo. 5. i. sine præiudicio. i. primo rõnis ac discretiõis iudicio nihil facias. In Eccõ 32. cap. quoq; scriptũ est: Fili sine cõsilio nihil facias, & post fctm̃ non pœnitebis. [Quibus pmissis, si eidem placuerit, iuxta modũ huiusmodi]. i. secũdũ formam seu ri ꝓcessum iam tactum. [Induat & de alienis]. i. de bonis iniuste adeptis si qua [. i. si aliqua talia, fuerint apud eum]. i. in sua poestate ac possessione [satisfacere studeat in pecunia numerata.]. i. restituendo huiusmodi bona pro posse in certa & integra summa pecuniæ, vel aliquo equalente, vel eadem bona reddendo. [Vel secundũ exhibitam pignoris cautionẽ,] Ponendo videlicet pignus sufficiens apud eum, cui satisfacere obligatur, aut aliter contentando eundem. Non enim dimittitur peccatum, nisi aliquo secundum Augustinum modorum horum restituatur ablatum. [seq; nihilominus proximis recõsiliare ꝓcuret.] i. conetur & satagat seipsum reconciliare ijs, quos offendit, irrogando

rogando eis iniuriã aut læsionem, quibus congrue fieri potest, veniam petere debet & satisfacere eis iuxta mensuram iniuriæ ipsis illatę, nisi voluerint ei omnino ignoscere etiam pœnam propter deum. Hinc quippe apud, Mat. 5. cap. ait saluator: Vade prius reconciliare proximo tuo &c.

¶De ꝓfessiõe personarũ tertij ordinis: Artic. 4.

Qvibus omĩbus ad effectũ productis] id est, persona recepta atq; induta in tertio ordine, prout in præcedenti est declaratũ articulo, [post vnius anni spaciũ cũ aliquorum discretorũ fratrum consilio, si is videtur ipsis idoneus, recipiatur hoc modo] id est, si persona illa per annũ in ordine laudabiliter conuersata, apparuerit fratribus discretioribus apta ad permanendum in ordine, recipiatur ad professionẽ, cũ ipsorum discretorũ fratrumconsilio sub hac forma. Est autẽ consuetudo apud religiosos, quod nouicij monachis nõ ꝓfitentur, nisi anno nouiciatus cõpleto. Interdũ tamen ex speciali causa & rationabili citius profitenẽ ex dispensatione, cuius authoritas solet esse cõmissa superioribus ordinis. Deinde forma professionis subiungitur, [videlicet vt ꝓmittat se diuina præcepta omnia seruaturum ac etiam satisfacturum, vt cõuenit de transgressionibus quas contra hunc viuendi modum cõmiserit, [ cum interpellatus ad visitatoris extiterit volũtatẽ. ] Hęc est forma ꝓfessionis tertię regulę secundum primam eius institutionem a sancto Francisco factam, qui & hanc professionis formam instituit quam summus põtifex approbauit. Itaque persona tertię regulę profitetur hoc modo.

Ego

Ego.N·promitto quod obseruabo omnia diuina præcepta & satisfaciam pro transgressionibus quas commisero contra hunc modum viuendi, id est, contra tenorem regulæ huius: satisfaciam inquam ad voluntatem, id est, secundum dictamen aut iussionem visitatoris, cum fuero interpellatus, id est, euocatus seu requisitus ab eo ad satisfaciendũ pro culpa per debitam castigationem seu per satisfactoria opera. Culpæ nanque debetur pœna, ne peccatum maneat impunitum. De hac professione & eius qualitate infra plenius dicam. [Et huiusmodi, ab eo facta promissio per manum publicam in scriptis redigatur,] professio hęc facta a persona ordinis huius, statim in loco professionis describatur per manum notarij, in perpetuum testimonium veritatis, ne persona talis possit postea professionem suam negare: & si negauerit eam, instrumento publico conuincatur. Et item, vt valeat ad obseruãtiam suæ professionis per rigorem iuris compelli, si quod absit, facta fuerit proterua atque rebellis. [Alio autẽ modo nullus a ministris recipiatur eisdẽ], id est, absque huiusmodi scripti confessione ministri regulæ huius neminem ad professionem suscipiant, [nisi visum eis aliter fuerit] id est, nisi rationabiliter iudicauerint aliter esse agendum, [conditione personæ ac ipsius constantia sollicita consyderatione discussis,] id est, solicite cõsyderãdo ac discutiẽdo q̃litatẽ atq; īstãtiã p̄sonę ad p̄fessionẽ accipi postulãtis, agnouerīt eã esse tã bonã virtuosam ac stabilem, tanq̃ humiliter ac feruenter institisse p̄ suke-

susceptione ad professionem, vt satis probabile sit quod post suam professionem perseuerabit, & bene se habebit in ordine, ideoque non sit necessariū facere tale scriptum. [Ordinamus præterea statuentes, vt nullus post ipsius fraternitatis ingressū, eā dem egredi valeat ad seculū reuertēdo], id est, hoc quoque mandamus, vt nulli personæ professę in hoc tertio ordine liceat relinquere societatem & regulam ordinis huius redeundo ad vitam secularem, quia hoc esset professioni suæ contrarium ac violatio promissionis solemus, apostasiæq; species atq; de vita religiosa ad vitā reuerti mūdanā. Et cōtra illud verbum Apostoli ad Rom 12. cap. Nolite conformari huic seculo. Imo hoc esset redire ad vomitū cōtraq; beatissimus princeps Apostolorū in sua secunda ait canonica caput. 2. Melius erat nō cognoscere viā iustitiæ, quā post agnitionē retrorsum reuerti. Contingit enim illud veri prouerbij: Canis reuersus est ad vomitum, & sus lota in volutabro luti. Insuper esset et contra illud. Deuteronij 23. cap. Quod semel egressum est de labijs tuis, obseruabis & facies sicut promisisti domino deo tuo. Veruntamen per istud non prohibebatur persona tertij ordinis nondum coniugata matrimoniū contrahere, quoniam non promiserunt nisi quod in præhabita continetur professione, quia in statu coniugali poterant regulam obseruare, iccirco persona professa contrahere potuit, dummodo persona cum qua contrahere disponebat, voluerat assentire quod regulam obseruaret persona illa professa;

fessa etiam in statu coniugij. Non enim apparet q sanctus Franciscus aut pontifex summus intendebat per primam illam professionem obligare profitentem ad perpetuam castitatem. [Posset tamen habere transitum liberum ad religionem aliam approbatam ab ap̄lica sede] dum modo illa alia religio sit altior atque perfectior religione tertiæ regulæ: aliter non liceret sine dispensatione, cum ad Cor. 12. ca. dicat Apostol⁹, Aemulamini charismata meliora. Itemque ad Hebræ. 6. cap. Intermittentes inchoationis Christi sermonem ad perfectionem feramur. [Mulieribus vero viros,] id est, Maritos [habentibus nisi de ipsorum virorum licentia & consensu non pateat ad consortiū dictæ fr̄nitatis ingrssus, id est, ad societatem conuersationem seu professionem tertiæ regulæ nō suscipiantur. Nam teste Apostolo. 1. ad Cor. 6. cap. & ad Eph. 5. ca. Vir cap. est mulieris: nec sine viri cōsensu potest vxor se obligare ad obediendum alteri, quam cui ex iure diuino seu statuto ecclesie obedire tenetur Neque ad specialia ieiunia aut abstinentias pō se siine mariti sui consensu astringere. Et de hoc originaliter scriptum est in in libro. Numerorum. 30. De qua materia Raimundus. Iohannes durandus & alij in suis summis diffusius scribunt. Ad quæ omnia comprobanda possunt ex decreto plurima allegari, sed breuitati studendum ist. Hæc itaque de professione personarū tertij ordinis secundum primam earum institutionem probata sunt. Nunc vero ex ap̄liæ sedis indulto præinductæ professioni addūt promi-

promissionem trium votorum omni religioni monasticæ substantialium, vtpote obedientiæ, paupertatis & castitatis. Nec ista tam virtuosa additio prætactæ professioni repugnat, sed eam perficit & coarctat: quia in statu coniugali & seculari non potest additio ista seruari, nec competit nisi his qui mundum & ea quæ mundi sunt, omnino relinquunt, atque ciuiliter moriuntur. Præterea certum est quod hi qui tria hæc vota profitentur & digne implere conantur, multo facilius possunt illam primam professionem implere, quam qui in statu sunt coniugali, aut hi qui propria habent, nec sub obedientia viuunt ex voto: imó (vt infra patebit) talibus difficillimum est primam illam implere professionem. Idcirco additio ista consona est atque accommodata primæ illi professioni, quia per trium votorum emissionem & impletionem prima illa professio expeditius excellentiusq́ impletur. Qui enim perpetue continere promisit, nec aliquid proprium habet, expeditius & perfectius vitare potest auaritiam & incontinentiam, quam qui habet & capere potest vxorem, & propria possidet. Imo vt in tractatu de ecclesiastico cœlibatu Cancellarius Parysiensis differuit, facilius est in religione penitus continere, quam in statu coniugali castitatem coniugalem seruare: hoc est, non nisi moderate ac licite propria vti vxore. Præterea ex Apostolicæ sedis indulto est concessum tertio ordini & priori eius regulæ additum, quod nullus recipiatur ad habitum & obseruantiam professionemq́ ordinis, nec recept⁹

promoueat

promoueatur, nisi de expresso consensu generalis ministri, ac proprij seu specialis ministri præsidentis congregationi, in qua quis postulat recipi. Nec istud discordat à tenore regulæ, in cuius secundo capitulo continentur: Cum autem fraternitatem huiusmodi quis intrare voluerit, ministri ad receptionem talium deputati, eius officium, statum & conditionem explorent. &c. quia in apostolico illo indulto per ministros ad hoc deputatos, intelligendi sunt gñales ministri, et itẽ minister ꝓprius cõgregatiõis, in qua qs suscipi petit. Gñalis vero minister in congregatione cui specialiter præest, videtur vtriusq; ministri ꝑsonã gerere vicem supplere, ita quod ipse solus in propria domo possit personam accipi cupientem, accipere, præsertim cum fratrum discretorum consilio & consensu.

¶Quod personis tertij ordinis non liceat ire ad aliam religionem nisi strictiorẽ, neq; ad strictiorẽ nisi vbi regularis obseruãtia viget, ac disciplina debita obseruat. Articulus. V.

QValiter intelligendũ sit quod in tertio capitulo regulæ legitur, præcedenti articulo fuit expositum, vtpote quod ingressus fraternitatem tertij ordinis liberum habeat transitũ, si voluerit, ad religionẽ aliã ap̄pbatã, innotescit & cõstat ex tenore indulti apostolicę sedis, p̄fato ordini tertio cõcessi, in q̃ inter cętera dr̃: Quib⁹ videlicet personis tertię regulę nequaquam licere volumus,

de ipsa

de ipsa religione nisi ad aliam arctiorem & ordinem strictiorem vbi regularis obseruantia & disciplina obseruatur exire. Istud sentiale, iustum ac prouidum domini Papæ Eugenijquarti præceptum, fundatur directe & immediate in iure diuino, vt patet in expositione præcedentis articuli, quoniam emulari debem⁹ charismata meliora, & ad perfectiora moueri ac tendere. Quod ad religiosos potissime spectat, qui ex sua professione tenentur ad pfectionẽ cotidie proficisci. Quoniam status religiosorum est status perfectionis acquirende, quemdamodum status episcoporum ẽ status perfectionis adeptæ, vt Alexander de Halis & alij concorditer protestantur. Veruntamen si dominus Papa istud præceptum non expressisset, potuisset forsitan dubium esse. in personis de tertia regula liceret intrare aliam religionem approbatam altiorem & strictiorem, vbi tamen obseruantia regularis non viget, certumq; esset quod hoc nõ liceret in foro conscientioso, quod est forum interiuõ propter prætacta motiua: sed an liceret in foro cõtẽtioso, quod est forum exterius, posset fortassis dubium esse, quia in regula (sicut iam patuit) non exprimitur quod in religione approbata, quam possent intrare, debeant obseruantia & disciplina vigere, vbi intrauerint. Nunc vero nulla de hac re manet quæstio, iccirco personæ tertijo rdinis quæ exeunt, suas congregatiões in quibus obseruantia regularis consistit, & alium intrant ordinem, quamuis strictiorem, vbi non uiget obseruantia, iniuste ac stoli-

ac stolide agunt, & perdunt seipsos, atque grauissime peccant. Estq; ingratū secundū Berna. spiritui sancto quicquid in alio egerint ordine, neglectis is ad quæ ex prima professione tenentur, Enormiter quoque peccant religiosi regulariter non viuentes, qui personas illas recipiunt, & eas secum damnationi æternę inuoluūt Nec possunt eas cōsciētia bona tenere. Sed & ministri tertię regulę regulariter cō uersantes, habēt ius repetēdi personas huiusmodi,

¶ Qualiter intelligenda sit forma prætactæ professionis personarum tertij ordinis Articulus. 6.

VT patuit articulo quarto, professio tertiæ regulę a beatissimo Francisco instituta ac tradita, est promittere obseruare omnia diuina præcepta. Et hæc est prima pars professionis illius, Secunda pars satisfacere, vt conuenit de transgressionibus quas quis contra hunc modum viuendi conmiserit, cū interpellatus ad visitatores exiterit volūtatem. Tertia pars professionis eiusdem est, quod iam ex indulto summi pontificis addunt promissionem solennem ad obseruandum tria substātialia religioni. Videtur autem intensio sancti francisci, qui primo hāc regulam pro coniugatis laicisq; instituit fuisse, vt personæ tertiæ regulæ in primis per uotum se obligarent ad ea quæ sunt necessaria ad salutē, hoc est, ad diuinorum obseruātiam p̄ceptorum: deinde ad subeundum debitam disciplinam, pœnā seu satisfactionem ꝓ egressibus contra regulam cōmissis seu admissis, iuxta visitatoris arbitrium, Prętera ad intelligendum primam huius professionis partem oportet scire diuinorum præ

ceptorum quędam sunt affirmatiua, & illa pcipiūt bona fieri, & obligāt semper, nō tamē ad semper .i. nō pro qualibet temporis parte, quoniam homo non potest omni hora seu indesinenter insistere actionib⁹ virtuosis: sed obligant omni tempore opportuno, quo scilicet deus aut recta ratio vel superior iubet aliquid fieri. Alia diuina præcepta sunt negatiua, q scilicet phibent fieri mala: & illa præcepta obligāt semper & ad semper, quoniā nunquam licet facere mala seu vitiosa, Sicq; decem præceptorum tria sunt affirmatiua vtpote Vnū cole deum, Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes. Alia septem sunt negatiua, vtpote nec iures vana per deū, Non sis occisor, nō fur, nec mœchus, nec testis iniquus &c. Quēadmodum ante tria illa præcepta affirmatiua directe præcipiunt facere bona, & ex consequenti prohibent fieri mala, quia cū dicitur, vnum cole deum, prohibetur cultus idolorum: sic negatiua præcepta directe prohibent fieri mala, atq; ex consequenti pcipiunt facere bona malis illis contraria, sicut cū dicitur. Non iures vana per deum, non solū prohibetur periurium ac vana iuratio, sed etiam iubetur vt rationabili causa exigente iuretur per verū deū, iuxta illud Deut. 6. Dominum deum tuū timebis, ac per nomen eius iurabis. Et istud declarant doctores super secundā sententiarum. Deinde aduertendū, quod in prima. 2æ. quæstione centesima describit Thomas: Præcepta moralia inquiens, ex dictamine naturalis rationis vim & efficatiam habent, maiorem tamen vim & authoritatē habēt ex institutione

one diuina. Et horum præceptorum triplex est gradus. Nam quædã sunt cõmunissima & maxime manifesta, sicut mandata de dilectione dei & proximi. Alia vero sunt magis determinata, quæ tamen quilibet popularis potest faciliter intelligere, vt sunt pcepta decalogi. Alia aũt sunt non ita faciliter manifesta, sed sapiẽtibus solum. Et ista sunt præcepta moralia, superaddita decalogo seu decem præceptis, & reducũtur ad decẽ pcepta. Nã ad primũ pceptũ decalogi, quo phibetur cultus alienorũ deorũ adduntur ac reducuntur pcepta phibitiua eorũ q ordinant in cultũ idolorũ, vt cũ dicitur in Deut. 18. Nõ inueniat in te maleficus aut incãtator, neq; phytones cõsulat aut diuinos, aut qui quærat à mortuis veritatem. Porro secundo præcepto periurium phibenti subadditur prohibitio blasphemiæ, vt in Leuitico capite. 41. Prohibitioq; falsæ doctrinæ, vt in Deuterono. capite, 31. Tertio præcepto superadditur omnia ceremonialia legis, ad quæ tamen in euangelica lege non obligamur. Quarto præcepto quod est de honoratione parentum, superadditur pceptũ de honoratiõe senum, cũ dicitur Leuit. 8 r. Coram cano capite consurge, & honora personã senis. Et vniuersaliter omnia præcepta inducentia ad reuerentiam exhibendam maioribus, vel ad exhibenda beneficia minoribus. Quinto præcepto, q prohibetur homicidium, additur prohibitio odij & cuiuslibet læsionis contra proximum, vt cum Leuitici. 12. dominus ait: Ne oderis fratrem tuũ. Et cũ iterum iubet, Nõ stabis contra sanguinẽ proximi tui.

Sexto præcepto, quo adulterium prohibetur, superadditur præceptum de prohibitione meretricij ac vitij contra naturam & omnis illegitimæ copulę carnalis. Septimo præcepto, quo furtum vetatur, adiungitur præceptum prohibitionis vsuræ ac fraudis & omnis calumniæ ac rapinæ. Octauo præcepto, quo falsum testimonium prohibetur, addit prohibitio falsi iudicij mendacij atq; detractionis. Alijs vero duobus præceptis nulla alia adiunguntur quia per ea omnis praua concupiscentia prohibetur. Hæc Thomas. Qui etiam in præfata summa declarat & asserit, quod lex diuina dat præcepta de actibus vniuersarum virtutū. Ex is elici potest q̄d in præinducta professione personæ tertij ordinis intelligendū sit per diuina præcepta. Nempe p̄ diuina p̄cepta potissime intelligenda sunt duo charitatis p̄cepta, deinde p̄cepta decalogi, & consequenter præcepta moralia, quæ adduntur in scripturis ac reducuntur ad illa, imo etiam præcepta legis naturalis, in quantum Christus in Euangelio ea tradit, dicendo Matt. septimo: Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. Ex quo præcepto legis naturalis affirmatiuo, sequitur aliud legis naturalis pręceptum negatiuum, quod exprimitur Tobię quarto, quo scriptum est: Quod ab alijs oderis fieri tibi, vide ne aliquando facias alteri. Itaq; per diuina præcepta intelliguntur præcepta charitatis dei & proximi, præcepta decalogi, præcepta legis naturalis iam tacta, præcepta aliarum virtutum quæ

hominib⁹

hominibus necessariæ sunt ad salutem, videlicet p̄cepta à deo tradita in scripturis de humilitate, patientia, mansuetudine, iustitia, pietate, discretione, fide, spe, temperantia, fortitudine, latria, cæterisq́ue virtutibus habendis, atq; de vitijs contrarijs fugiēdis, ad quæ omnia se astringunt personæ de tertia regula in sua professione. Et insuper vouent se emēdationi & satisfactioni exponere & offerre pro excessibus quos incurrerint contra regulam suam, siue per commissionem siue per omissiōem. Nam q̄ in forma professionis habetur de transgressionib⁹ quas contra hunc modum viuendi cōmiserint &c. Intelligendum est etiam de iniquitatibus, quas per omissionem contra suam regulā incurrerint. Quēadmodum enim regula violatur & deus offendit per commissionem mali, puta cōm quæ fieri prohibentur, ita per omissionem boni, vt si quis non faciat quod ei suus superior iubet. Postremo, vt tactū est, vltra hæc cōmuniter nunc in terris istis perpetuam castitatem, paupertatem & obedientiam, de cuius professionis intellectu infra dicetur.

¶ Quod p̄fessio tertię regulę sit multū stricta & ardua, si bene pensetur. Articulus. VII.

SIcut doctores cōmuniter cōcorditerq́; testāt, votum plus obligat quā iuramentū, & maxime votū solenne, quale est professio religiosorum. Ideo violatio talis voti enormior culpa est, quam periurium. Hinc in secunda secundæ quæstione 88, loquitur Sanctus Thomas: Ad fidelitatem pertinet, quod homo promissa sua adimpleat, ma-

in euangelio Lucæ.10.cap.suis vicarijs: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Multa etiã in scripturis posita sunt pcepta, quãuis non exprimantur per modũ pcepti, vt est illud Exo.20. ca. Nõ periurabis. Et itẽ illud Deut.6. ca. Dominum deum tuum timebis, & illi soli seruies. Sicq; virtute præcepti illius, tenentur vniuersi fideles obedire ecclesiæ ac suis prælatis. Ex quo sequi videtur quod personæ tertiæ regulæ ex sua professione etiamsint astrictæ ad obseruandum præcepta ecclesiæ. Insuper saluator. Math.5. Perficiens & exponens præcepta Mosaicæ legis, multa addit, inter cætera dicens: Audistis quia dictum est antiquis, Non occides, Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, Racha, reus erit concilio. Qui autẽ dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Deinde multa ardua præcepta subiungit ibidem, videlicet de reconciliando fratre offenso. De concupiscentia refrenãda, de abijciendis membris scandalisantibus, de inimicis & persecutoribus diligendis. De vana gloria euitanda. Alibi quoq; Mat.18. cap. ponit strictũ arduũq; præceptũ, de fraterna correptiõe, quod vt Antisiodorẽ scribit in summa sua paucissimi debite iplẽt, Et hæc oĩa inter diuina cõputãt pcepta Quod sicut professio tertię regulæ est ex vna parte multum regorosa & ardua, ita ex alia parte sit valde fructuosa ac meritoria. Articulus.8.

ALexãder de Halis in sũma sua sapiẽt declarat q actio virtuosa ẽ tãto virtuosior et deo acceptior, et tãto plus meritoria fælicitatis æternã q

ex plurib9 ac altiorib9 procedit virtutibus. Ideo religiosi q implẽt diuina pręcepta, non solũ ex obligatiõe mandati, sed etiam ex debito voti multo plus promerẽtur, q̃ alij. Deniq; votũ ĩplere est actus virtutis, quæ latria nũcupatur, quæ deo cultũ ceremoniamq; impendit, vt Tullius ait: Et est inẽ virtutes morales præcipua, theologicis q̃q; virtutibus multũ similis ac propinq̃. Ideo diuina implere præcepta, no solũ ex charitate et iustitia, sed vltra hoc etiam ex latria, est valde meritoriũ & præclarũ. Nam & per votum voluntas quasi immobiliter cõuertitur deo, & plenius ei subijcitur, imò se integre offert deo. Propterea libro de similitudinibus ait Anselmus: Sicut plus confert qui arborẽ tribuit simul cum fructibus, quã qui præstat fructum arboris tm̃, ita plus exhibet deo & magis ipsum honorat, qui opera bona facit ex voto. Itaq; sicut personæ tertij ordinis ex vna parte præ cæteris grauius peccant violando diuina præcepta cõtra suã ꝓfessionẽ, ita plus ꝑ alijs merẽtur seruãdo diuĩa ꝓcepta ex voto. ¶Qualiter ꝑsonæ tertij ordinis admonẽdæ sunt ac instruendæ à superioribus suis. Art. 9.

VNiuersi ac singuli sunt à sụꝑioribus suis specialiter exhortandi & edocẽdi de ijs, quę ad ipsorum subditorum statum, vocationem, professionem ve pertinent, qm̃ talium ignorantia non excusat. Cum igitur personæ de tertio ordine profiteantur, præsente conuentu, solenniter obseruare omnia præcepta diuina, iccirco à suis ministris ac superioribus sunt cum omni feruore ac vigilantia instruendæ, quæ sint vniuersa dei præce-

pta, quæ in euangelica lege iubētur impleri, et quæ personæ illę vouet seruare, & qualiter præcepta illa vniuersa ac singula sint intelligenda, præsertim cum personæ tertiæ regulæ subditæ, sint communiter idiotæ & laicales. Propter quod tanto plus indigent informationibus & exhortationibus sanis, frequentibus atq; feruentibus, quanto minus literas & scripturas nouerint. Insup diligenter sunt informandæ, quæ sint peccata mortalia: quæ quãuis in generali loquendo sint septem, tamē in speciali sunt multo plura. Et qualiter peccata mortalia ac venialia abinuicem distinguãtur. Cum enim promittãt obseruare omnia dei præcepta, patet ꝙ promittant vitare omnia peccata mortalia, cum peccatum mortale non sit nisi transgressio legis diuinæ & cælestium inobedientia mandatoꝝ secundũ Ambro. Oportet igitur vt peccata illa agnoscant, discernant & reprobent, ne ea cõmittant, cum magnum & arduum sit, sic vniuersa dei præcepta implere & cuncta mortalia vitare peccata, vt dictum est. Hinc admonendæ sunt istę personę quotidie, assidue ac ardēter, vt corã deo solicite ambulēt, & & omĩ custodia corda sua custodiãt iugiter, ꝙ ppēdant se in oĩpotētis ꝓ̃sentia & aspectu agere & esse vbiq; dicãt cũ beatissimis prophetis Elia, et Eliseo:, Viuit dñs, in cuius cõspectu sto hodie. Quod sanctus pater Anthonius valde admonuit esse seruandum, & ita imitētur diuinũ Dauid Psal. 118. dicentē deo: Seruaui mãdata tua et testimonia tua, qa oĩs viæ meæ in cõspectu tuo. Et rursus Psal. 18.: Medi-
ditatio

tario cordis mei in conspectu tuo semper. Itemq; Psalm. 24 Oculi mei semper ad dominum. Hæc cõsyderatio fecit sanctum. Iob tam timoratum atq; solicitũ, q; dicebat, 31. cap. lib. sui: Nõne deus scit viã meam, & oẽs gressus meos dinumerat. Et denuo: Semper quasi tumẽtes super me fluctus timui deũ. Postremo hortandæ sunt istę pſonę vt studeã illud deuteronoij. 6. cap. iplere: Erũt verba dñi in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis ea sedẽs in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens atque consurgens, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos. Vt autem valeant ista implere, oportet vt in exterioribus suis opibus assuescant cor suũ frequenter deo vnire orando ac meditando & loquacitatem, cachinnationẽ, dissolutionem ac alias leuitates ac vanitates vitando.

¶ De duobus primis principalissimisque mandatis Articulus, 10

QVoniam inter diuina pcepta est ordo, ita q; vnum est primum atque dignissimum, pro vt Chrũs in euãgelio Mar. 10. cap. & Moyses in Deutero. 6. ca. protestãt, vtpote deũ toto corde, tota mente, tota anima & omnibus viribus diligere deinde dignius mandatũ est, diligere proximũ sicut seipsum. Idcirco nũc breuiter de istis duob9 pceptis aliquid est tangendũ, quia vt ait saluator, in his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ, id est, vniuersa præcepta, documenta atque consilia legis Mosaicæ, imo euangelicæ legis ac prophetarũ, sed & totius scripturæ ordinantur & tendunt ad hoc,

quod hæc duo præcepta perfecte atque synceriter implcantur. Omnia quoque illa virtualiter continẽtur in his duobus præceptis, & eliciũtur ex istis duobus, ita quod qui ista duo impleuerit, implet cætera vniuersa. Propter quod dixit Apostolus: ad Ro. 13. capi. Plenitudo legis est dilectio. Et rursus, finis, inqt pcepti est charitas de corde puro & conscĩa bona & fide nõ ficta. Deniq; cũ charitas sit summa ac principalissima virtus, & ceteraũ virtutũ via, vita, imperatrix, forma, motrix ac nutrix, sine cuius præsentia nulla virtus est meritoria aut formata, ideo hæc duo charitatis præcepta merito dicuntur esse præcipua. Et quia dilectio proximorum finaliter ordinatur ad dilectionem dei, quæ est incomparabiliter præstantior quam dilectio proximi, ideo pceptũ diligẽdi deũ, recte appellaſ primũ ac pricipalissimũ. Porro sensus horum duorum pceptorum est iste. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, id est, ex tota, & integra voluntate tua & ex tota mente tua, id est, toto intellectu, & ex tota aia tua i. ex toto aïali seu sensitiuo appetitu, & ex viribus tuis .i. etiã ex cæteris tuis potẽtijs. Verũtamẽ dilectio dei in sola volũtate ẽ subiectiue, realiter atq; formaliter. Sed dicit deus amari ex toto itellectu appetituq; sensitiuo & cæteris viribus, inquantum intellectus & appetitus sensitiuus ac cætera vires reguntur ac regulantur sc͂dm q̄ exigit charitas dei, & tantum in q̄ntum disponunt & cooperantur ad dei amorem, ac eius pfectionem. Præterea q̄ deus iubet amari ex toto corde totaq; mente, adhuc tripliciter potest intelligi. Primo

Primo, vt ita diligatur ex toto corde, mẽte, anima & fortitudine, quod nihil præponatur deo & eius amori, imo nec coæquetur: sed ipse deus excelsus & gloriosus amet̃ p̃o bus alijs, & plus q̃ cętera vniuersa, imo incõparabilit̃ plus saltẽ appręciatiue, ita q́ homo vellet potius propriã vitam & quicquid habet & habere potest, imo & vniuersa creata amittere, quam deum altissimum & æternum per mortale peccatum offendere eiusque gratiam perdere. Et nisi homo sic stet, & taliter intra se sentiat corã deo, non est vere in charitate et statu salutis, hinc secundum Augu. Minima charitas plus diliget deũ, quam maxima cupiditas mũdum, plus inquam appręciatiue, quamuis non intensiue. Secũdo, quod dictum est, sic potest intelligi, vt deus toto corde, mente anima & fortitudine diligatur, ita vt etiam propter deum & propter profectum in eius amore, non solum vitentur illa quæ directe contrariantur diuino amori atq; præceptis dei, puta peccata mortalia, sed etiam illa quæ occasionaliter solent impedire amorẽ dei & incrementum sanctæ dilectionis, vt sunt temporales diuitiæ, voluptas, copulę carnales, & propriæ voluntatis libertas. Et istud cõsuluit Christus, & pertinet ad religiosos, qui non solum præcepta, sed euangelica quoq; consilia implere nituntur. Tertio intelligitur sic, vt homo totis corde, mente, anima & fortitudine amet deum, ita vt incessanter secundum totũ & extremũ posse suæ voluntatis, intellectus, cæterarumque virium afficiatur ac moueatur in deum & occupet̃ in ipso.

Et tali-

Et taliter hoc præceptũ charitatis dei non potest in præsenti vita impleri, sed impletur a beatis in patria Veruntamen Antisiodorensis in Summa sua sic obijcit, contra hoc: Aliquis contemplatiuus ad tempus potest toto corde, tota mẽte, totaq; anima moueri, affici & delectari in deo, & omnes suos actus & motus referre in ipsum, ergo tunc implet illud præceptum. Ad hoc idem doctor respondet, quod talis contemplatiuus non potest diu manere in tali eleuatione ad deum, quoniam corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Insuper quod iubemur proximos diligere sicut nosipsos intelligendum est quod debemus omnem hominem viatorem in hoc mundo viuentem tam inimicum quã amicũ, tã infidelẽ q̃ fidelẽ, diligere spiritaliter spiritali amore in deo, id est, ad hoc vt deo vniatur ac placeat, & saluetur. Vniuersos ergo & singulos hoĩes tenemur & debemus diligere, hoc est, omnium emẽdationem, conuersionem, profectum & salutem appetere, inquantum sunt dei creature, ad eius imaginem similitudinemque productæ, & Christi sanguine liberatæ, atque æternæ salutis capaces. Pro omnibus quoque tenemur orare & charitatis effectum impendere proximis, loco & tempore opportuno. Nemo igitur aliquẽ odiat: qa qui vnũ odit, nec deum, nec seipsum, nec aliquem alium vere [ac spiritaliter diligit, cum in mortali existat peccato.

¶Quod omnis conuersatio religiosa sit ab impletione præceptorum charitatis incipienda. Arti. II.

Nulla

NVlla actio pōt esse meritoria ac placita deo, nisi inquātū ex charitate dei ꝓcedit. Iccirco oīs cōuersatio bona, & ꝑsertim religiosa, est inchoanda ab impletiōe huius ꝑcepti: Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo &c. Et qm̄ bonitas atq; dilectio dei est causa & ratio diligendi proximos, iccirco post dilectionem dei mox inchoāda est conuersatio religiosa à charitate proximorum, cum dicat saluator apud Iohan. 13 capite: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Et rursus ibidem: In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Et istud præcipue agere debent personæ tertij ordinis, quæ solenniter profitentur omnia diuina præcepta seruare. Hinc Sanctus Hieronimus in exordio suæ regulæ ait: Quis modus viuēdi primo arripiēdꝰ sit cōstitutꝰ in monasterio, Chrūs docet dicēdo Matt. 19: Si vis ad vitā ingredi, serua mandata. Et q̄si quęreremus q̄ sint illa adiunxit: Diliges dominū deū tuū ex toto corde &c. & proximum sicut teipsum. Hęc charitas solū reddit hominē deo viuentē, hæc religiosos, hæc monachos facit. Sine charitate monasteria & congregationes sunt tartara, & habitantes in eis, sunt dæmones. Cum hac vero monasteria sunt Paradisus in terra, & degentes in eis sunt angeli. Ideoque licet lōga macerēt ieiunia, & vestis vilis deformet, lōga q̄ ꝓ officiorū ac operū series īpleat, si intꝰ desit charitas, nōdū ꝑuentū ē ad religiōs infimū gradū,

Propter-

Propterea à charitate incipiendū est iter ad aposto licæ apicem vitæ. Adunatis ergo corporaliter in cō gregatiōe, sit cor vnū & anima vna in deo, quemadmodū de apostolis & de apostolicis legitur viribus: Actu. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.. Pro certo multa vita deterior, quam ibi degere corpore & non mente. Et vere infelices sunt, q bus non inest vna, sed diuersa vo luntas. Sit itaq; vobis omnibus semper vnus effectus, vna fraternitas, vna voluntas, vna ꝓportio moꝝ, vna spūalis iucunditas, & vna tristitia saluta ris, ne vñ vnus gaudet, inde alter tristetur: et ne vni placeat, quod displicet alteri. Sicq; habere poteritis religionis ꝓpositū, si charitatiui et vnanimes in do mo domini habitetis. Hęc Hieronymus. Denique de hac materia scribit in sua regula sanctus Basilius Si charitas dei desit nobis, obnoxij erimus inexcusabili iræ. Quæ enim poterit esse maior ira, aut quę ultio grauior, quam ut efficiamur alieni à charitate dei? Quia non solum homines, sed etiam bruta naturaliter amant suos parentes, uidere ne uideamini pecudibus obtusiores, & feris ac beluis immaniores, proprium creatorem nō diligendo, quem summe amare debemus: Primo propter infinitam bonitatem ac pulchritudinem eius, deinde propter maxima & innumerabilia beneficia ipsius imo & quoniam ipse prior dilexit nos, & ineffabilem beatitudinem nobis præparauit.

Hinc

Hinc & beatus Augustinus ait in suæ principio regulæ: Ante omnia fratres charissimi diligatur deus, deinde proximus: quia ista præcepta sunt principaliter nobis data. Hæc igitur obseruetis, vt vnanimes habitetis in domo domini, & sit vobis anima vna & cor vnum in domino, quia propter hoc cōgregati estis in vnū. Hęc Augustinus. Quocirca ait Hugo de sancto victore. Necessaria est vobis virtus cōcordiæ, quæ ita acquiritur, vt religiosus se spoliet propria voluntate, & studeat imitari Christum, dicentem apud Iohan. 5. cap: Non veni facere volūtatem meam. Et iterum Matt. 26. cap: Pater, non sicut ego volo, sed sicut tu. Hoc est enim quod maxime adducit concordiam, si vnusquisque non suā sed alterius studeat facere volūtatem in bono. Qd etiam est magnæ humilitatis inditiū, & generat obedientiam, charitatem & pacem. Quod si ego volo facere voluntatem meam, & ille suam, oriuntur diuisiones, lites & rixæ, de quibus ait apostolus ad Gala. cap. 5: Quia qui talia agunt, regnum dei non consequentur. Verum sunt aliqui in congregatiōe obstinati in suo sensu, sapientes in oculis suis, qui ꝙ conceperint animo, defendunt tanquam rationabile, nec aliis se conformant, sed alios suæ voluntati conātur subijcere. Et si viderint sibi non obtēperari, mox indignantur & cōcitantur ad iram, aliosq; perturbant. Tales solent esse rebelles, & plurimū regnat in eis impatientiæ passio, ideo non sunt ad concordiam apti. Nam iuxta apostoli vocem ad Roma. 1. cap: Euanuerunt in cogitationibus suis, & ob-

& obscuratum est cor eorũ insipiens. Hæc Hugo. Tales ergo de suis peruersitatibus erubescant, atq; per pœnitentiam resipiscant. Et vniuersæ personę tertij ordinis præfata charitatis præcepta studeant adimplere, pacem concordiamque amplecti, & in amore dei proficere. Quód si quæratur, qualiter possit quis in sancto ac vero deitatis amore proficere & accendi, dicendum quód oportet eum expurgare cor suum ab omni carnali & immundo amore, deinde bonitatem, excellentiam, perfectionem, pulchritudinem, felicitatem, dulcedinem dei frequenter considerare, sed & beneficia eius & promissa, & quód ipse dominus deus noster prior dilexit nos. Oportet quoque vt assidue sit memor dei, ac deum frequenter exoret, quatenus ignẽ sui amoris dignetur in se accedere, conseruare atque perficere.

¶De tribus principalibus consilijs Christi, super quæ fundatur omnis religio. Articulus. 12.

**Dominus noster Iesus Christus, virtus & sapientia dei patris, optime sciens per quæ homines potissime occasionaliter retrahantur & impediantur á profectu & incremento diuini amoris, a processu virtutum, a vera perfectione & ab æterna salute, docuit atque consuluit vt fideles sui talia vitent. Insuper dominus Iesus optime sciens, per quæ homines expeditius ac compendiosi⁹ possint proficere, perfici ac saluari, docuit & consuluit vt fideles sui illa apprehendant ac impleant: Hinc in euangelio dedit duodecim cõsilia, per quę**

o impedimenta

impedimenta profectus ac salutis vitantur: expedientia quoque ad omnẽ spiritalem processum, perfectionem & beatitudinem, apprehenduntur, & exercentur. Porró inter duodecim ista consilia, tria sunt principaliora, secundum quod tria sunt impedimenta interioris profectus atque incrementi diuinæ dilectionis, quorum vnum est penitus extra nos, vtpote propria temporalium rerum possessio ex qua oriuntur diuersæ occupationes, solicitudines & implicationes cordis circa terrena, imó & inordinatæ affectiones ad ea. per quæ homo impeditur á tranquillitate & stabilitate suæ mentis in deo, atque a pura & amorosa vnione cũ eo, a profectu sanctæ charitatis, & a synceritate contemplationis internæ. Ideo ad remouendum hoc impedimentum & hæc prætacta mala ex eo sequentia, dominus Iesus Christus docuit spontaneam paupertatem, secundum quod ista paupertas est virtus, per quam omnia temporalia propter deum prompte relinquuntur, quatenus spiritalis opulentia, gratiæ ac virtutum maximè perfectio charitatis, facilius acquirantur in uia, atque post uitam hanc copiosior beatitudo adipiscatur in patria. Proprie tamen sumitur hic paupertas, vt est beatitudo, de qua ait saluator, Mathei 5. Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnum cœlorum. Istud consilium docuit filius dei. Lucę. 14. dicendo: Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Itemque Mathei. 19. Si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus

& va-

& veniens sequere me, & habebis thesaurum in cœlo. Secundum impedimentū præfati spiritalis profectus est partim extra nos, & partim coniunctum nobis, videlicet vxor parentes & cognati, ad quos frequenter habetur amor carnalis & sensualis affectio, per quos spiritalis dilectio & amor diuinus præcipue impediuntur, minuuntur aut penitus extinguuntur. Maxime autem carnalis concupiscentia & voluptas venerea impediunt mentem a contemplatione & dilectione dei spiritaliumque bonorum, & ab omni virtutum profectu a puritate & charitatis feruore, atque a dilectione in rebus diuinis, & a gustu dulcedinis dei. Ideo Christus sapientia patris, contra hoc impedimentum atque contra mala ex eo nascentia docuit & consuluit perpetuam castitatem, prout castitas ista est virtus, per quam vitiosa venereorum concupiscentia refrenatur, & ab omni concubitu iugiter abstinetur. Hoc consilium docuit Lucæ. 14. capite, dicens: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem suam, & vxorem suam, atque filios & fratres suos, atque sorores, non potest meus esse discipulus, id est, imitator perfectus. Tertium impedimentum interioris profectus ac sanctæ perfectionis est intra nos, quod est propria voluntas seu voluntatis libertas, ex qua adest homini facultas agendi, & loquendi, atque demittendi quod ei placet, & pergendi quo vult. Ex quibus magna & multa incurrit peccata, & tempus suum non solum infructuose, sed & vitiose expendit,

pendit, & peccat impune, nec coartatur a vitijs. Ideo contra hæc male docuit consuluitque saluator perfectam obedientiã, prout est virtus per quã homo propter deum propriam abnegat voluntatem, & suo superiori obedire promittit in his, quę ad suam pertinent religionem, & ex animo obedit eidem. Hoc consilium docuit dominus, dicens: Lucæ. 9. Qui uult uenire post me, abneget semetipsũ, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Ex his innotescit, quod religiosi non solum uouent altissimo exteriorem temporalium rerum relictionem, omnisque carnalis concubitus euitationem, & corporalem executionem eorum quæ eis a suis superioribus iubentur: sed insuper, & principaliter vouent spontaneam temporalium abdicationem seu inordinati effectus ad ea extirpationem, concupiscentiæ quoque refrenationem, & obedientiam veram ex corde. Et quoties contra horum aliquid egerint, utpote aliquid proprium appetendo, aut concupiscentiæ consentiendo, aut omnino inuite iussa implendo, toties contra suam agunt professionem, & peccãt grauissime. Ideo ardua est religiosorum professio: & nisi solicite se habuerint coram deo, grauiora incidunt uitia in claustro quam inciderunt in hoc seculo, prout Eusebius, Emissenus, Cæsariusque episcopus sanctus in suis asserunt Homelijs. Præterea inter hæc tria vota dignissimum est, obedientiæ votum, quo propria uoluntas deo taliter immolatur, quod est sacrificium, acceptissimum domino maiestatis. Itaque sicut in secunda

secundæ

secundæ, quæstione prima, distinctione sexta Thomas declarat, religiosus promittit deo has tres virtutes, paupertatem, castitatem, obedientiam: & per eas offert creatori suo, quicquid habet in rebus, in corpore & in anima. Hinc religiosi præfigurati fuerunt in ueteri testamento per sacrificium illud dignissimum, quod uocatum est holocaustum, quod ad diuinæ maiestatis honorem totaliter incendebatur & cōburebatur, ad præfigurandum quod religiosi debeant igne charitatis uehementer accendi, diuinoque cultui totaliter mācipari, & nihil propriæ uoluntatis sibi ipsis relinquere, sed iuxta superiorum suorum directionem ac iussionem moueri & agere. Ideo status religiosorum rite seruatus, est ineffabiliter meritorius apud deum omnipotētem ac iustum. Nam quanto plus disponit se homo ad diuina carismata, & quanto amplius se applicat deo, & quanto feruentius ac liberalius seipsum exhibet, offert & mancipat proprio creatori, tanto maiora gratiarum carismata a deo sortitur, & tanto deus seipsum familiarius applicat coniungitq; homini, & eo amorosius ac munificentius seipsum rependit homini tali, & diuitias gloriæ suæ communicat ei. Hinc etenim scriptum est, Iob. 34. Si direxerit homo ad deum cor suum, spiritum illius & flatum ad se trahet. Et Iaco. 4. ca. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. Vnde & per Zachariam. 1. ca. dominus loquitur. Conuertimini ad me, & cōuertar ad uos. Ipse etenim bonus & pius creator cupit & quærit nostram salutem, ac occasio

& dispensationem ad eã. Nam Ieremiæ 30. Quis est iste (inquit) qui applicet cor suum, vt appropinquet mihi? Postremo hæc tria, scilicet castitatem, paupertatem, & obedientiam vouent religiosi contra tria præcipua mala, quæ regnant in mundo, de quibus legitur in prima Iohannis epistola. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitæ. Siquidem contra concupiscentiam carnis militat & emittitur uotum castitatis, contra concupiscentiam oculorum uotum paupertatis, contra superbiam uitæ uotum obedientiæ. Et hoc Albertus magnus & Nicolaus de Gorra plenius super septem epistolas canonicas docent.

¶Quód omnia euangelica Christi consilia ordinantur ac tendunt ad perfectam & expeditam impletionem præcepti charitatis dei. Art. 15.

Sicut prehabitum est, duplex est via perueniendi ad æternam salutem, uidelicet uia præceptorum, & uia consiliorum. Communiter quoque asseritur, quod uia consiliorum sit perfectior quàm uia præceptorum. Quod uerum est, loquendo de præceptis secundum quod eorum impletio est necessaria ad salutem. Sed loquendo de præcepto charitatis dei, secundum quod eius impletio ad supererogationem perfectionemque pertinet, prout articulo decimo est ostensum, sic uniuersa consilia Christi in euangelio tradita, ad hoc ab eodem sunt data, quatenus per ipsorum obseruantiam ualeamus deum diligere toto, corde, mente, anima, & fortitu-

fortitudine, tã perfecte sicut in hac vita extat possi bile. Charitas enim dei est summa & perfectissima virtus, in cuius actu consistit perfectio nostr., Ideo religiosus debet totã suã conuersationẽ & suæ pro fessionis impletionẽ cũ omni diligẽtia ad hoc quo tidie ordinare, vt per eas crescat, inflammetur & p ficiatur in sancto ac præstantissimo dei amore, & omni die frequenter aspirare debet ad omnipoten tẽ, & ex corde clamare ad ipsum: O dulcissime deus qñ te corde toto amabo, quousq; à tua sanctissima charitate tã durus & frigidus remanebo? O supbo ne & desiderabilissime ac suppulcherrime de⁹, accẽ de me vilissimũ ac neglig ẽtissimũ pctõrem tua feruẽtissima dilectiõe totalit. Præterea cõstat q mens hũana tãto integri⁹ atq; feruẽtius in deo defigit, qn to amplius ab omi inordinata aliorũ affectiõe & oc cupatiõe ĩmoderata retrahit. Nã & uirt⁹ vnita for tior ẽ q dispersa. Ideo sancti prẽs instituerũt diuer sas religiões ac regulas in qbus omnibus tria vota p̃ fata, pmittũtur altissimo quaten⁹, mẽtes religiosorũ tãto stabili⁹, purius, ac feruẽti⁹ eleuent & qescãt in deo, quãto min⁹ indigẽt occupari, solicitari & affici circa terrenas diuitias, et vxorẽ et sobolẽ, et circa p priæ vitæ directionẽ. Deniq; cõstat, q parũ aut ni hil pfit ad p̃fatã pfectionẽ obtinẽdã exteriora re linqre & cõiugẽ nõ habere seu voluntatẽ, ppriã ab negare, nisi inordinatæ & prauæ affectiões circa ter rena, vt cõcupiscẽtię sensuales, pprię q̃q; uolũtatis ĩm, pbę inclinatiões, atq; immãsiões, pprij sensus cũ debita diligẽtia & conatu refrenẽt, extirpẽt et mor tificẽt, imó sępe plus obest, cũ dicat Apost. 1 Cor, 7

Melius est nubere quã uri, id est, concupiscentijs æstuari. Ideo religiosi qui circa interiorum suorũ reformationem intenti non sunt, nec prauas affectiones ad commoda carnis funditus eradicant, nec suas discunt frangere passiones, animositates ac improbas uoluntates, nil prorsus proficiunt, nec satisfaciunt suis uotis, imò multo periculosius stant vel potius iacent quàm homines seculares, grauiusque damnantur q̃ illi. Hæc circa professionem tertię regulę dicta sint, nũc ꝓsequenda est expositio regulę.

¶De forma ac materia, ac qualitate vestium personarum tertij ordinis. Articulus. 14.

FRatres insuper ipsius fraternitatis.] Id est, ordinis huius de humili panno in præcio, & colore non prorsus albo vel nigro, vtpote griseo communiter vestiantur, nisi fuerit ad tẽpus in præcio per visitatores de consilio ministrorum ob causam legitimam & aptam cum aliquo dispensatũ. Oportet nanque interdũ à rigore & obseruantia generalis statuti seu legis recedere propter rationabilẽ causam, & ita relaxare rigorẽ in casu particulari, quando sic expedit. Et quoniã tertia regula primo est instituta pro secularibus & coniugatis poteratque accidere ꝙ excellentes personæ regulã illam assumpserunt, idcirco cum talibus fuit rationabile dispensandum, vt panno aliquantulum ꝑciosiore propter status sui decentiam vterentur. Hic autẽ non dicitur, ꝙ dispensandũ fuit in pannĩ colore: ideo contra statutum videretur hoc facere fratres de tertio ordine, qui generaliter nigro panno

no vtuntur. Et q̃uis hic diceretur quod dispensandum esset in colore, sicut in preciopanni, ex hoc tamẽ nõ sequeretur quod passim ac generaliter possent nigris vestibus indui: quia hic dicitur quód dispensari potest cum aliquo propter causam legitimam & apertam, id est, iustã & euidentem. Non est autem iusta et euidens causa, vt vniuersaliter fiat dispensatio talis in colore panni cum omnibus fratribus tertij ordinis, imó ad maiorem spectat humilitatem, exemplaritatem & congruentiam status ipsorum, vt griseo utantur, quàm nigro colore, præsertim quia eorum regula sic continet ac præfigit. Porró mater & causa vere dispensationis est vrgens necessitas, euidensve vtilitas, vt summi pontifices Leo atque Gelasius protestantur, ad quod in decreto multæ inducuntur authoritates: & dum aliter dispensatur, nõ est vera dispensatio, sed crudelis dissipatio, vt sanctus fatetur Bernardus. Sequitur de figura vestitus eorum. [ Chlamydes quoq; & pelles absque scollatura scissas. ] Id est, ante apertas uel integras affibulatas, id est, cum fibula iunctas non patulas ad latera vt congruit honestati clausasque manicas non habentes foramina seu aperturas, nisi ad induendum atque extendendum manus a parte anteriori, fratres habeant supradicta. Denique habitus sic formatus, multum congruebat eorum vocationi & statui, præsertim antequã tria uota fecerunt. Nam sicut ille eorum status fuit quodammodo medius inter statum omnino secularem & inter statum religiosum, ita & figura illius

habitus velut media fuit inter formā vestitus seculariū hoim, & inter figurā habitus omnino religiosoꝝ, eratq́ꝫ decens & humilis. Vnusquisque aūt vestiri debet secūdū exigentiā atq́ꝫ decentiā sui status & suæ vocatiōis, ut ait sc̄tūs Basilius. Porro ꝙ quidā fratres de tertia regula gerūt ad sua capitia epomidæ breues inferius semicirculatas instar q̄rundā doctōꝝ, videt abusio, nec congruit hūilitati status eorū ac simplicitati ipsorum. ¶De materia ac figura & qualitate habitus soroꝝ tertij ordinis.

SOrores etiā clamyde induant & tunica de huiusmodi hūili panno, vel grisco factis vel saltē cū clamyde habeāt guarnellū seu placētinū coloris albi uel nigri, aut paludellū amplū de canabæ siue de lino, absque ulla crispatura cōsutū. Eisdē rationibus habitus iste cōpetebat, sororibus propter quas rōnes p̄scriptus habitus frībus cōgruebat. Circa humilitatē vero panni & pellitiones soroꝝ ipsarū iuxta cōditionē cuiuslibet earundē ac cōsuetudinē loci, poterit dispensari p eos qui cū prætio pānī fratrū poterant dispensare, & per modū prædictū, vel ob causam legitimā & apertā. Cū fœminis aūt præsertim nobilibus & maritatis, fuerat dispensandū in his, ne propter uestitus humilitatē ac singularitatē despicerētur á suis maritis, & sic ipsoꝝ mariti ad illegitimos laberent amplexus, Bindis, i. zonis & ligaturis sericis nō vtant sorores, q̄m talia a d mūdanū spectant ornatū, & ad lasciuiā prouocāt nec pœnitentiū congruunt ordini. Pelles duntaxat agninas, bursas de corio, & corrigias simpliciter absq́ꝫ

serico vllo factas, & non alias, tā fratres habeant q̃ sorores, quia hæc omnia ad humilitatem, simplicitatē q; pertinent, & ædificatoria sunt, atque potissime congruunt his qui in pœnitentiū regula ac ordine sunt cōstituti. Istud tñ dictū est in generali, qñ personæ tertiæ regulæ nondū fecerūt votū paupertatis. Nunc vero professis hoc uotū, nō licet seu cōgruit bursam portare, nisi rōne officij pro aliqua publica administratione, vel nisi in itinere longo sint positi, aut propter similē rōnabilē causam, per quā a proprietatis vitio penitus excusent, depositis .i. abiectis seu relictis cæteris vanis huius seculi ornamētis, iuxta beati Petri apostolorū principis salubre consiliū. Ait quippe beatissimus princeps aplīcī chori in prima sua canonica. ca. 3. Mulierū nō sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri aut indumēti vestimētorū cultus. Istud aūt sancti Petri statutū, nō solū est exhortatio simplex ac cōsultatio, ꝓprie dicta, sed & pręceptū, scdm expositores. Nā & sctūs Cypria. martyr, doctor ac ꝓsul, scripsit sup hęc verba. Hinc quoq; Pau. 1. Thimo, 2. ait: Mulieres ornēt se nō in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis vel veste ꝓciosa. Nēpe ut sancti patres, Hieroni. ac Chryso. attestātur. Vir aut mulier ornate se vestiēs, & suo ornatu virorū aspectū in se ꝓuocās, q̃uis nullū malū inde sequatur, tamen æternum supplicium patientur, quia uenenū exhibuit, si fuisset qui biberet. Iccirco cum dictum est iuxta beati Petri salubre consiliū, sumitur consiliū extendit se prout extēdit se ad præceptum. Si ergo hæc vana orna-

ornamenta etiam secularibus matronis ac puellis prohibita sunt, quantomagis personis fœmineis tertij ordinis, imo & fratribus regulæ huius? [Sit eis] scilicet fratribus ac sororibus tertij ordinis [ad inhonesta conuiuia, vel spectacula, seu choreas siue curias accessus penitus interdictus,] id est nulli personæ de tertio ordine liceat interesse inhonestis conuiuijs, spectaculis, curijs aut choreis. Nam oīa ista specialiter interdicuntur his qui in pœnitentia sunt constituti, prout Bonauentura & alij super q̄rtum Sententiarum declarant. Inhonesta vero conuiuia sunt, comesationes gulosæ & lubricæ, præsertim in domibus suspectorum, aut cum personis diffamibus. Conuiuia autem, spectacula, torneamēta hastiludia, curiæ & choreæ cōpunctionem extinguunt, contritionem impediunt, ad loquacitatem, dissolutionem, lasciuiam, cachinnos, iocos ac similes vanitates inducunt, & frequenter inducunt hominem ad communicandum peccatis alienis. Idcirco nullatenus congruunt personis regulæ de pœnitentia, sed & multo plus extant illicita personis tertij ordinis, quæ & tria vota professæ sunt. [Histrionibus suæ vanitatis intuitu nihil donent, & ne quicquam illis á propria donetur familia, prohibere procurent] i. histrionibus, ioculatoribus, mimis & consimilibus vanis hominibus nihil dent, nec á sua familia dari permittant propter illorum gestus & actus illicitos, impudicos & dissolutos: quia hoc esset illos fouere in vitijs, & participare eis in crimine. Veruntamen propter causas honestas possent

set aliquid eis licite dari, vt si in grandi necessitate consisterent, vel causa alliciendi ipsos ad meliora. Veruntamen Thomas scribit in secunda secundæ quæstione 61. officium histrionum non est secundum se illicitum, nec peccant hominibus ludũ exhibendo, dummodo tria illa obseruent, quæ in ludis licitis sunt seruanda, quorum primum & maximũ est, ne ludꝰ exhibeat per verba, aut facta turpia, aut nociua. Secundũ est ne grauitas animæ ꝑ ludũ penitus dissoluatur. Tertium est vt cõueniat loco tempori ac personæ, & cum debitis circunstantijs, fiat. Quod si histriones obseruauerint ista, non peccant qui eis præstant mercedem. Hæc Thomas. Veruntamen quoniam histriones ista raro obseruant, tutius est eos vitare: Nam & ab omni specie mali est præcauendum. Idcirco sancti doctores Basilius & Chrisostomus dicunt eos esse vitandos, sicut & dominus papa hoc loco. Postremo præindictis de figura & qualitate habitus personarum de tertia regula, non repugnat quod nunc communiter fratres eiusdem regulæ in Leodien. diœcesi cõmorantes, gerunt caputia ad modum paruæ cuculæ supra mantellum cum scapulari, quia nec regula istud excludit, & dominus papa istud concedere potuit, habuitq; ad hoc concedendum certa motiua. Et quamuis regula istud exclusisset ac prohibuisset, nihilominus pontifex summus de plenitudine potestatis poterat concessionem hanc circa formationem capitij indulgere, cum par in parem nõ habeat potestatem. Vnde papa præcedens manum sui suc

sui successoris nequit ligare, & quoniam fratres præfata tria vota nunc profitentur. Denique Cassianus libro de institutis patrũ describens habitũ monachorum Aegypti aliorumq́ue regionum, inter cętera refert, quod vtebantur cucullis, & tñ monachi illi pro maxima parte erant illiterati & idiotę, necessaria victui procurantes manuũ suarum laboribus, quẽad modũ & nunc fratres isti de tertia regula faciunt. Hæc tango ne quis incaute loquatur, aut temere iudicet de habitu isto.

¶Confirmatio prædictorum, & qualiter religiosæ personæ se debent habere in vestitu, Artic. 15

PRædictis de humilitate & vilitate vestitus personarum tertiæ regulæ, cõsonat quod sanctiss. vir Franciscus in regula sua prima & principali instituit: Omẽs, ingens, fratres vilibus indumẽtis induantur, & possint ea repetiare de saccis & aliis pecijs. Præterea S. august. ait in regula sua: Nõ sit notabilis habitus vester, vnde nec affectetis vestibus placere, sed moribus. In regulis vero sancti Basilij quæritur, quali affectu oportet accipere vestimẽtum uel calciamentũ q̃lecunque fuerit. Ad quod respõdet Basilius: Si uestimentũ aut calciamentum quod datur fratri, fuerit nimis breue aut grande ad mensuram staturę fratris, hoc frater indicare debet superiori aut dispensatori, sed cũ omni reuerentia & mansuetudine. Si uero frater irascatur aut indignetur eo, quod indumentum sibi datum sit uile & abiectum nec nouum, attendat quod ait saluator apud Lucam decimo capite: Dignus est non quicunque,

que, sed operarius mercede sua. Discutiat ergo seipsum, si digne operetur opera dei, & impleuerit omnia quæ præcepta sunt ei, & tunc aliud non requiret, sed de eo ipso quod accepit, erit sollicitus, timens quod supra meritum suum acceperit illud. Rursus in eadem quæritur regula: Si quis preciosas vestes abijciat, ipsis autem indumentis uilioribus aut calciamentis utatur ita composite, ut studeat decorem aliquem inde captare, an peccat? Ad hoc respondet magnus Basilius: Qui uult per decorem habitus placere hominibus, manifestum est eum laborare egretudine huius uitij, quod est hominibus uelle placere, & certū est, mētē eius à deo longius euagari, Imo & hoc ē uitiū (q̄d ē perperam agere) dum quis vtitur indumētis aut calceamentis non causa necessitudinis, sed decoris. Nam quicquid fit non pro necessarijs vsibus, sed causa ornatus vel appetitu alicuius decoris, hoc est perperam agere. Præterea fœminæ etiam clausæ solent specialiter aliquam curiositatem, superfluitatem & decorem in uestibus affectare. Propter quod in regula sua ait Hieronymus: Imperfectissimus mulierum affectus semper in vestimentis & ornamentis extrinsecus gloriam quærit. Nō sufficit eis innata libido naturæ, sed quærunt occasionem lasciuiæ. Quid ó misera gloriaris atque extolleris in pulchritudine panni? Nónne omnis caro est cinis & fęnū, & (ut uerius dicā) massa putredinis, cibus uermiū & fœtidissimum stercus?

O si velles te intueri ó vilissima, quantum verecundareris in immunditijs & fœtoribus corporis tui, quod tam inaniter ornas. Propterea ó charissimæ quæ estis sponsæ ac filiæ regis æterni, assistite spōso in vestitu interiori, deaurato auro charitatis in fimbrijs aureis, id est charitatis præceptis, vt iam nihil de virtutibus desit ornatui mentis vestræ. Quod si vos exteriorū vestiū delectat ambitio, vel si egressę de seculi pompa, extollitis vos de dignitate parentum, de prosapia carnis, aut de similibus vanitatibus caducissimis, protinus rex cœlestis expellet vos atq; peribitis. Si futuri iudicij rigorē & æterna tormenta recte consideraueris, delectabit te abiectio vestium, cuius tedet mulierculas fatuas. Tunc rusticanus & abiectus pannus præponetur bysso & purpura, tunc grossa & rudia uelamina capitis existimabuntur ex sericis. Histrionibus ac lusoribus regum ac principum relinquenda sunt mollia mūdi. Pudeat nomen religionis habere, & se cultu vestium histrionem ostendere. Volo ergo vos mortuas esse mundo, & tam deiformi & Icomposita ueste indui, quod si quis impudicus vos cerneret, magis moueretur ad risum, quam ad concupiscentiā malam. Ideo pannus uester sit uilis & grossus. Hæc Hieronymus. Itaq; iuxta hæc documenta sanctorū ministri & rectores siue rectrices personarum tertij ordinis, solliciti sint seipsos exhibere exemplares fratribus atq; sororibus sibi commissis, non recedendo à simplicitate & humilitate suæ regulæ in in uestitu. Idcirco nec griseo mixto subobscuro, ꝓpinquā-

pinquante adnigrum, vtantur.

¶De refectione, abstinentijs atque ieiunijs personarum tertij ordinis. Articulus. XVI.

ABesu autem carniũ, secunda, quarta, & sexta feria dieque sabbati abstineant vniuersi, nisi infirmitatis vel debilitatis instantia aliud suaderet. Generale est Christianis abstinere à carnibus feria sexta, quia in ea pro nobis crucifixus est Christus, & sabbato, quia tunc requieuit in monumento, & vehementissimus mœror de Christi occisione oppressit beatissimam virginem Mariam & primos Christi discipulos atque discipulas. Ideo his duobus diebus à delicatioribus cibis vniuersi abstinent Christiani, vt domino suo & primitiuæ eius ecclesiæ compati videantur, & membra suo capiti aliqualiter conformentur. Porro feria quarta multi fideles regulam nullam professi, à carnibus abstinent, quia in die illa filius dei pro nobis est venditus. Sed secũda feria ab esu carnium abstinere multis competit religiosis. quia & feria illa à sanctis patribus est pœnitentiæ deputata. Nam & in Matth. 12. cap. legitur Christus illa feria esurisse. Vnde & quidam religiosi, qui nunquã comedunt carnes, abstinentius viuunt feria secunda quam tertia. Quamuis aũt instantia seu vehemẽtia infirmitatis aut debilitatis satis faciliter possit inducere ad concedendum licentiam personis tertiæ regulæ, quod comedant carnes feria secunda aut quarta, nisi aliũde impedimentum occurreret, puta præceptum ecclesiæ propter aliquod magnum profestum, non tamen

pendit, & peccat impune, nec coartatur a vitijs. Ideo contra hæc male docuit consuluitque saluator perfectam obedientiã, prout est virtus per quã homo propter deum propriam abnegat voluntatem, & suo superiori obedire promittit in his, quę ad suam pertinent religionem, & ex animo obedit eidem. Hoc consilium docuit dominus, dicens: Lucæ. 9. Qui uult uenire post me, abneget semetipsũ, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Ex his innotescit, quod religiosi non solum vouent altissimo exteriorem temporalium rerum relictionem, omnisque carnalis concubitus euitationem, & corporalem executionem eorum quæ eis a suis superioribus iubentur: sed insuper, & principaliter vouent spontaneam temporalium abdicationem seu inordinati effectus ad ea extirpationem, concupiscentiæ quoque refrenationem, & obedientiam veram ex corde. Et quoties contra horum aliquid egerint, utpote aliquid proprium appetendo, aut concupiscentiæ consentiendo, aut omnino inuite iussa implendo, toties contra suam agunt professionem, & peccãt grauissime. Ideo ardua est religiosorum professio: & nisi solicite se habuerint coram deo, grauiora incidunt uitia in claustro quam inciderunt in hoc seculo, prout Eusebius, Emissenus, Cæsariusque episcopus sanctus in suis asserunt Homelijs. Præterea inter hæc tria vota dignissimum est, obedientiæ votum, quo propria uoluntas deo taliter immolatur, quod est sacrificium, acceptissimum domino maiestatis. Itaque sicut in secunda

secundæ

secundæ, quæstione prima, distinctione sexta Thomas declarat, religiosus promittit deo has tres virtutes, paupertatem, castitatem, obedientiam: & per eas offert creatori suo, quicquid habet in rebus, in corpore & in anima. Hinc religiosi præfigurati fuerunt in ueteri testamento per sacrificium illud dignissimum, quod uocatum est holocaustum, quod ad diuinæ maiestatis honorem totaliter incendebatur & cōburebatur, ad præfigurandum quod religiosi debeant igne charitatis uehementer accendi, diuinoque cultui totaliter mācipari, & nihil propriæ uoluntatis sibi ipsis relinquere, sed iuxta superiorum suorum directionem ac iussionem moueri & agere. Ideo status religiosorum rite seruatus, est ineffabiliter meritorius apud deum omnipotē tem ac iustum. Nam quanto plus disponit se homo ad diuina carismata, & quanto amplius se applicat deo, & quanto feruentius ac liberalius seipsū exhibet, offert & mancipat proprio creatori, tanto maiora gratiarum carismata a deo sortitur, & tanto deus seipsum familiarius applicat coniungitq; homini, & eo amorosius ac munificentius seipsum rependit homini tali, & diuitias gloriæ suæ communicat ei. Hinc etenim scriptum est, Iob. 34. Si direxerit homo ad deum cor suum, spiritum illius & flatum ad se trahet. Et Iaco. 4. ca. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. Vnde & per Zachariam. 1. ca. dominus loquitur. Conuertimini ad me, & cōuertar ad uos. Ipse etenim bonus & pius creator cupit & quærit nostram salutem, ac occasio

o 5 nem

& dispensationem ad eã. Nam Ieremiæ 30. Quis est iste(inquit)qui applicet cor suum, vt appropinquet mihi? Postremo hæc tria, scilicet castitatem, paupertatem, & obedientiam vouẽt religiosi contra tria præcipua mala, quæ regnant in mundo, de quibus legitur in prima Iohannis epistola. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitæ. Siquidem contra concupiscentiam carnis militat & emittitur uotum castitatis, contra concupiscentiam oculorum uotum paupertatis, contra superbiam uitæ uotum obedientiæ. Et hoc Albertus magnus & Nicolaus de Gorra plenius super septem epistolas canonicas docent.

¶Quód omnia euangelica Christi consilia ordinantur ac tendunt ad perfectam & expeditam impletionem præcepti charitatis dei. Art. 15.

SIcut prehabitum est, duplex est via perueniendi ad æternam salutem, uidelicet uia præceptorum, & uia consiliorum. Communiter quoque asseritur, quod uia consiliorum sit perfectior quàm uia præceptorum. Quod uerum est, loquendo de præceptis secundum quod eorum impletio est necessaria ad salutem. Sed loquendo de præcepto charitatis dei, secundum quod eius impletio ad supererogationem perfectionemque pertinet, prout articulo decimo est ostensum, sic uniuersa consilia Christi in euangelio tradita, ad hoc ab eodem sunt data, quatenus per ipsorum obseruantiam ualeamus deum diligere totis, corde, mente, anima, & fortitu-

fortitudine, tã perfecte sicut in hac vita extat possibile. Charitas enim dei est summa & perfectissima virtus, in cuius actu consistit perfectio nostr , Ideo religiosus debet totã suã conuersationẽ & suæ professionis impletionẽ cũ omni diligẽtia ad hoc quotidie ordinare, vt per eas crescat, inflammetur & pficiatur in sancto ac præstantissimo dei amore, & omni die frequenter aspirare debet ad omnipotentẽ, & ex corde clamare ad ipsum: O dulcissime deus qñ te corde toto amabo, quousq; à tua sanctissima charitate tã durus & frigidus remanebo? O sūpbone & desiderabilissime ac suppulcherrime de⁹, accẽde me vilissimũ ac negligẽtissimũ pctõrem tua feruẽtissima dilectiõe totalit. Præterea cõstat q; mens hũana tãto integri⁹ atq; feruẽtius in deo defigit, qñto amplius ab omi inordinata aliorũ affectiõe & occupatiõe imoderata retrahit. Nã & uirt⁹ vnita fortior ẽ q̃ dispersa. Ideo sancti prẽs instituerũt diuersas religiões ac regulas in qbus omibus tria vota pfata, pmittũtur altissimoquaten⁹, mẽtes religiosorũ tãto stabili⁹, purius, ac feruẽti⁹ eleuent & qescãt in deo, quãto min⁹ indigẽt occupari, solicitari & affici circa terrenas diuitias, et vxorẽ et sobolẽ, et circa ppriæ vitæ directionẽ. Deniq; cõstat, q; parũ aut nihil psit ad pfactã pfectionẽ obtinẽdã exteriora relinqre & cõiugẽ nõ habere seu voluntatẽ ppriã abnegare, nisi inordinatæ & prauæ affectiões circa terrena, vt cõcupiscẽtię sensuales, pprię q̃q; uolũtatis im, pbę inclinatiões, atq; immãsiões, pprij sensus cũ debita diligẽtia & conatu refrenẽt, extirpẽt et mortificẽt, imó sępe plus obest, cũ dicat Apost. 1 Cor, 7

Melius est nubere quã uri, id est, concupiscentijs æstuari. Ideo religiosi qui circa interiorum suorũ reformationem intenti non sunt, nec prauas affectiones ad commoda carnis funditus eradicant, nec suas discunt frangere passiones, animositates ac improbas uoluntates, nil prorsus proficiunt, nec satisfaciunt suis uotis, imò multo periculosius stant vel potius iacent quàm homines seculares, grauiusque damnantur q̃ illi. Hæc circa professionem tertiæ regulæ dicta sint, nũc, psequenda est expositio regulæ.

¶De forma ac materia, ac qualitate vestium personarum tertij ordinis. Articulus. 14.

FRatres insuper ipsius fraternitatis. ]Id est, ordinis huius de humili panno inpræcio, & colore non prorsus albo vel nigro, vtpote grisco communiter vestiantur, nisi fuerit ad tẽpus in præcio per visitatores de consilio ministrorum ob causam legitimam & aptam cum aliquo dispensatũ. Oportet nanque interdũ à rigore & obseruantia generalis statuti seu legis recedere propter rationabilẽ causam, & ita relaxare rigorẽ in casu particulari, quando sic expedit. Et quoniã tertia regula primo est instituta pro secularibus & coniugatis poteratque accidere q͛ excellentes personæ regulã illam assumpserunt, idcirco cum talibus fuit rationabile dispensandum, vt panno aliquantulum p̃ciosiore propter status sui decentiam vterentur. Hic autẽ non dicitur, q͛ dispensandũ fuit in pannĩ colore: ideo contra statutum videretur hoc facere fratres de tertio ordine, qui generaliter nigro panno

no vtuntur. Et q̃uis hic diceretur quod dispensandum esset in colore, sicut in præciopanni, ex hoc tamē nō sequeretur quod passim ac generaliter possent nigris vestibus indui: quia hic dicitur quód dispensari potest cum aliquo propter causam legitimam & apertam, id est, iustā & euidentem. Non est autem iusta et euidens causa, vt vniuersaliter fiat dispensatio talis in colore panni cum omnibus fratribus tertij ordinis, imó ad maiorem spectat humilitatem, exemplaritatem & congruentiam status ipsorum, vt griseo utantur, quàm nigro colore, præsertim quia eorum regula sic continet ac præfigit. Porró mater & causa vere dispensationis est vrgens necessitas, euidensve vtilitas, vt summi pontifices Leo atque Gelasius protestantur, ad quod in decreto multæ inducuntur authoritates: & dum aliter dispensatur, nō est vera dispensatio, sed crudelis dissipatio, vt sanctus fatetur Bernardus. Sequitur de figura vestitus eorum. [ Chlamydes quoq; & pelles absque scollatura scissas. ] Id est, ante apertas uel integras affibulatas, id est, cum fibula iunctas non patulas ad latera vt congruit honestati clausasque manicas non habentes foramina seu aperturas, nisi ad induendum atque extendendum manus a parte anteriori, fratres habeant supradicta. Denique habitus sic formatus, multum congruebat eorum vocationi & statui, præsertim antequā tria uota fecerunt. Nam sicut ille eorum status fuit quodammodo medius inter statum omnino secularem & inter statum religiosum, ita & figura illius habitus

habitus velut media fuit inter formã vestitus secularium hoim, & inter figurã habitus omnino religiosorum, eratq; decens & humilis. Vnusquisque aũt vestiri debet secũdũ exigentiã atq; decentiã sui status & suæ vocatiõis, ut ait sctũs Basilius. Porrò q; quidã fratres de tertia regula gerũt ad sua capitia epomidæ breues inferius semicirculatas instar q̃rundã doctorum, videt abusio, nec congruit hũilitati status eorũ ac simplicitati ipsorum. ¶De materia ac figura & qualitate habitus sororum tertij ordinis.

SOrores etiã clamyde induant & tunica de huiusmodi hũili panno, vel griseo factis vel saltẽ cũ clamyde habeãt guarnellũ seu placẽtinũ coloris albi uel nigri, aut paludellũ amplũ de canabæ siue de lino, absque ulla crispatura cõsutũ. Eisdẽ rationibus habitus iste cõpetebat, sororibus propter quas rõnes pscriptus habitus frĩbus cõgruebat. Circa humilitatẽ vero panni & pellitiones sororum ipsarũ iuxta cõditionẽ cuiuslibet earundẽ ac cõsuetudinẽ loci, poterit dispensari p eos qui cũ prætio pãni fratrũ poterant dispensare, & per modũ prædictũ, vel ob causam legitimã & apertã. Cũ fœminis aũt præsertim nobilibus & maritatis, fuerat dispensandũ in his, ne propter uestitus humilitatẽ ac singularitatẽ despicerẽtur á suis maritis, & sic ipsorum mariti ad illegitimos laberent amplexus, Bindis, i. zonis & ligaturis fericis nõ vtant sorores, qm̃ talia a d mũdanũ spectant ornatũ, & ad lasciuiã prouocãt nec pœnitentiũ congruunt ordini. Pelles duntaxat agninas, bursas de corio, & corrigias simpliciter absq;

serico

serico vllo factas, & non alias, tã fratres habeant q̃ sorores, quia hæc omnia ad humilitatem, simplicitatẽq; pertinent, & ædificatoria sunt, atque potissime congruunt his qui in pœnitentiũ regula ac ordine sunt cõstituti. Istud tñ dictũ est in generali, qñ personæ tertiæ regulæ nondũ fecerũt votũ paupertatis. Nunc vero professis hoc uotũ, nõ licet seu cõgruit bursam portare, nisi rõne officij pro aliqua publica administratione, vel nisi in itinere longo sint positi, aut propter similẽ rõnabilẽ causam, per quã a proprietatis vitio penitus excusent, depositis .i. abiectis seu relictis cæteris vanis huius seculi ornamẽtis, iuxta beati Petri apostolorũ principis salubre consiliũ. Ait quippe beatissimus princeps ap̃ticꝰ chori in prima sua canonica. ca. 3. Mulierũ nõ sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri aut indumẽti vestimẽtorũ cultus. Istud aũt sancti Petri statutũ, nõ solũ est exhortatio simplex ac cõsultatio ꝓprie dicta, sed & preceptũ, scd̃m expositores. Nã & sctũs Cypriã. martyr, doctor ac ꝓsul, scripsit sup hec verba. Hinc quoq; Pau. 1. Thimo, 2. ait: Mulieres ornẽt se nõ in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis vel veste ꝓciosa. Nẽpe ut sancti patres, Hieroni. ac Chryso. attestãtur. Vir aut mulier ornate se vestiẽs, & suo ornatu virorũ aspectũ in se ꝓuocãs, q̃uis nullũ malũ inde sequatur, tamen æternum supplicium patientur, quia uenenũ exhibuit, si fuisset qui biberet. Iccirco cum dictum est iuxta beati Petri salubre consiliũ, sumitur consiliũ extendit se prout extẽdit se ad præceptum. Si ergo hæc vana

orna-

ornamenta etiam secularibus matronis ac puellis prohibita sunt, quantomagis personis fœmineis tertij ordinis, imo & fratribus regulæ huius? [Sit eis] scilicet fratribus ac sororibus tertij ordinis [ad inhonesta conuiuia, vel spectacula, seu choreas siue curias accessus penitus interdictus,] id est nulli persone de tertio ordine liceat interesse inhonestis conuiuijs, spectaculis, curijs aut choreis. Nam oĩa ista specialiter interdicuntur his qui in pœnitentia sunt constituti, prout Bonauentura & alij super q̃rtum Sententiarum declarant. Inhonesta vero conuiuia sunt, comesationes gulosæ & lubricæ, præsertim in domibus suspectorum, aut cum personis diffamibus. Conuiuia autem, spectacula, torneamẽta hastiludia, curiæ & choreæ cõpunctionem extinguunt, contritionem impediunt, ad loquacitatem, dissolutionem, lasciuiam, cachinnos, iocos ac similes vanitates inducunt, & frequenter inducunt hominem ad communicandum peccatis alienis. Idcirco nullatenus congruunt personis regulæ de pœnitentia, sed & multo plus extant illicita personis tertij ordinis, quæ & tria vota professæ sunt. [Histrionibus suæ vanitatis intuitu nihil donent, & ne quicquam illis á propria donetur familia, prohibere procurent] i. histrionibus, ioculatoribus, mimis & consimilibus vanis hominibus nihil dent, nec à sua familia dari permittant propter illorum gestus & actus illicitos, impudicos & dissolutos: quia hoc esset illos fouere in vitijs, & participare eis in crimine. Veruntamen propter causas honestas pos-

set

set aliquid eis licite dari, vt si in grandi necessitate consisterent, vel causa alliciendi ipsos ad meliora. Veruntamen Thomas scribit in secunda secundæ quæstione 61. officium histrionum non est secundum se illicitum, nec peccant hominibus ludū exhibendo, dummodo tria illa obseruent, quæ in ludis licitis sunt seruanda, quorum primum & maximū est, ne ludꝰ exhibeat per verba, aut facta turpia, aut nociua. Secundū est ne grauitas animæ ꝑ ludū penitus dissoluatur. Tertium est vt cōueniat loco tempori ac personæ, & cum debitis circunstantijs, fiat. Quod si histriones obseruauerint ista, non peccant qui eis præstant mercedem. Hæc Thomas. Veruntamen quoniam histriones ista raro obseruant, tutius est eos vitare: Nam & ab omni specie mali est præcauendum. Idcirco sancti doctores Basilius & Chrisostomus dicunt eos esse vitandos, sicut & dominus papa hoc loco. Postremo præindictis de figura & qualitate habitus personarum de tertia regula, non repugnat quod nunc communiter fratres eiusdem regulæ in Leodiēsi. diœcesi cōmorantes, gerunt caputia ad modum paruæ cuculłæ supra mantellum cum scapulari, quia nec regula istud excludit, & domīnus papa istud concedere potuit, habuitq; ad hoc concedendum certa motiua. Et quamuis regula istud exclusisset ac prohibuisset, nihilominus pontifex summus de plenitudine potestatis poterat concessionem hanc circa formationem capitij indulgere, cum par in parem nō habeat potestatem. Vnde papa præcedens manum

sui suc

sui successoris nequit ligare, & quoniam fratres præfata tria vota nunc profitentur. Denique Cassianus libro de institutis patrū describens habitū monachorū Aegypti aliorūq regionum, inter cętera refert, quod vtebantur cucullis, & tñ monachi illi ꝑ maxima parte erant illiterati & idiotę, necessaria victui procurantes manuū suarū laboribus, quēad modū & nunc fratres isti de tertia regula faciunt. Hæc tango ne quis incaute loquatur, aut temere iudicet de habitu isto.

¶Confirmatio prædictorum, & qualiter religiosæ personæ se debent habere in vestitu, Artic.15

PRædictis de humilitate & vilitate vestitus personarū tertiæ regulæ, cōsonat quod sanctiss. vir Franciscus in regula sua prima & principali instituit: Omēs, ingens, fratres vilibus indumētis induantur, & possint ea repetiare de saccis & aliis pecijs. Præterea S. august. ait in regula sua: Nō sit notabilis habitus vester, vnde nec affectetis vestibus placere, sed moribus. In regulis vero sancti Basilij quæritur, quali affectu oportet accipere vestimētum uel calciamentū q̄lecunque fuerit. Ad quod respōdet Basilius: Si uestimentū aut calciamentum quod daē fratri, fuerit nimis breue aut grande ad mensuram staturę fratris, hoc frater indicare debet superiori aut dispensatori, sed cū omī reuerentia & mansuetudine. Si uero frater irascatur aut indignetur eo, quod indumentum sibi datum sit uile & abiectum nec nouum, attendat quod ait saluator apud Lucam decimo capite: Dignus est non quicunque,

que, sed operarius mercede sua. Discutiat ergo seipsum, si digne operetur opera dei, & impleuerit omnia quæ præcepta sunt ei, & tunc aliud non requiret, sed de eo ipso quod accepit, erit sollicitus, timens quod supra meritum suum acceperit illud. Rursus in eadem quæritur regula: Si quis preciosas vestes abijciat, ipsis autem indumentis uilioribus aut calciamentis utatur ita composite, ut studeat decorem aliquem inde captare, an peccat? Ad hoc respondet magnus Basilius: Qui uult per decorem habitus placere hominibus, manifestum est eum laborare egretudine huius uitij, quod est hominibus uelle placere, & certū est, mētē eius á deo longius euagari, Imo & hoc ē uitiū (q̄d ē perperam agere) dum quis vtitur indumētis aut calceamentis non causa necessitudinis, sed decoris. Nam quicquid fit non pro necessarijs vsibus, sed causa ornatus vel appetitu alicuius decoris, hoc est perperam agere. Præterea fœminæ etiam clausæ solent specialiter aliquam curiositatem, superfluitatem & decorem in uestibus affectare. Propter quod in regula sua ait Hieronymus: Imperfectissimus mulierum affectus semper in vestimentis & ornamentis extrinsecus gloriam quærit. Nō sufficit eis innata libido naturæ, sed quærunt occasionem lasciuiæ. Quid ó misera gloriaris atque extolleris in pulchritudine panni? Nónne omnis caro est cinis & fęnū, & (ut uerius dicā) massa putredinis, cibus uermiū & fœtidissimum stercus?

pinquante adnigrum, vtantur.

¶De refectione, abstinentijs atque ieiunijs personarum tertij ordinis. Articulus. XVI.

AB esu autem carniū, secunda, quarta, & sexta feria dieque sabbati abstineant vniuersi, nisi infirmitatis vel debilitatis instantia aliud suaderet. Generale est Christianis abstinere à carnibus feria sexta, quia in ea pro nobis crucifixus est Christus, & sabbato, quia tunc requieuit in monumento, & vehementissimus mœror de Christi occisione oppressit beatissimam virginem Mariam & primos Christi discipulos atque discipulas. Ideo his duobus diebus à delicatioribus cibis vniuersi abstinent Christiani, vt domino suo & primitiuæ eius ecclesiæ compati videantur, & membra suo capiti aliqualiter conformentur. Porro feria quarta multi fideles regulam nullam professi, à carnibus abstinent, quia in die illa filius dei pro nobis est venditus. Sed secūda feria ab esu carnium abstinere multis competit religiosis. quia & feria illa à sanctis patribus est pœnitentiæ deputata. Nam & in Matth. 12. cap. legitur Christus illa feria esurisse. Vnde & quidam religiosi, qui nunquā comedunt carnes, abstinentius viuunt feria secunda quam tertia. Quamuis aūt instantia seu vehemētia infirmitatis aut debilitatis satis faciliter possit inducere ad concedendum licentiam personis tertiæ regulæ, quod comedant carnes feria secunda aut quarta, nisi aliūde impedimentum occurreret, puta præceptum ecclesiæ propter aliquod magnum profestum, non tamen

breuiori vel ex capitis aut naturalis dispositionis debilitate indigent frequentiori refectione. Sit sanis cibus moderatus, & potus sobrius, cum textus euangelicus habeat: Attendite ne corda vestra crapula ex abundantia almentorum & ebrietate grauentur. Ista quippe sunt verba Christi Luc. 21. ideo istud pertinet ad omnem Christianum. Cum enim euangelica lex sit maxime spiritalis perfecta atq; diuina, iccirco ad vniuersos spectat Christifideles, carnalia vitia, scilicet gulam, luxuriam, maxime deuitare. Propter quod sanctus Benedictus ait in regula sua: Remoueatur prę omnibus crapula, vt nunquã religioso subrixiat. i. contingat indigeries, quia nihil sic contrarium est omni Christiano, vt crapula. Prandiũ aũt vel cœna, non nisi præmissa semel dominica oratione sumatur. Veruntamen personæ ordinis huius literatæ & quæ vota tria emittunt, plus dicunt pro mensæ benedictione, & gratiarum actione: imo nullus Christianus manducare deberet, quin ad minus diceret orationem dominicam ante refectionem & iterum post eandem. De hac q̃q; materia pleni⁹ dicet̃ in sequẽti capitulo.

¶ De ieiuniis eorum magis in speciali. Articu. XVII.

Qualiter vero sexta feria totius anni ieiunium celebretur, id est, deuote & reuerẽter obseruẽt ob causã in p̃cedenti articulo tactã, nisi forte infirmitate aut alia causa legitima excusent.

riam dominicæ resurrectionis, ieiunare procurēt id est, se ipsos ad ieiunandum prudenter applicent: nisi aliud fortassis infirmitas vel necessitas alia suaderet. Infirmis enim non est lex posita, quā astringātur ad ea quę pro sanis sunt instituta. Necessitas quoque (vt fertur) legē non habet. His similia sunt q̄ sanctus Franciscus instituit de ieiunijs in prima & principali regula sua. In quibus tamē differunt, vt patet legenti regulam illam. [ Sorores grauidæ vsque ad diem suæ purificationis ab exercitatione qualibet corporali, ] videlicet a ieiunijs abstinētijs que præfatis & consimilibus arduis pęnitentię actibus, [ orationibus dūtaxat exceptis ] quia semper orandum est, [ poterunt, si voluerint, abstinere: ] quoniam toto tempore illo specialibus egent confortamentis. Et ex isto clarissime patet, quod regula ista prima fuerit pro secularibus coniugatis instituta, Laborantes autem propter fatigationis afficientis, id est, affligentis instantiam, id est, vehementiam, a dominicæ resurrectionis festo vsque ad festiuitatem beati Francisci ter in die qui exercitio laboris incumbent, licite cibum sumere possunt. Tūc enim quia longiores sunt dies, propter confortationem naturæ rationabilius hoc ipsum permittitur. Cum vero illos contigerit aliorum imminere laboribus, id est, in aliorum domibus aut sumptibus laborare, de cunctis cibis appositis die quolibet sumere licebit eisdem personis tertij ordinis, nisi feria sexta vel dies sit alia, in qua generaliter ab ecclesia ieiunium noscitur institutum, quia illis diebus semel

bus semel duntaxat reficiũtur, & ieiunalibus cibis solum vescuntur. Verum circa vsum & esum ouorum & lactiniorum in diebus ieiuniorũ diuersi diuersimode se habent. Nũc de fructuositate & multiplicitate, vtilitate, atque discretione ieiuniorum & abstinentiarum aliquid breuiter est tangendum Itaque sicut sancti patres nostri Cassianus & Climacus contestantur, fundamentum totius spiritalis profectus ac monasticæ conuersationis & exordium vere perfectionis est abstinentia. i. parsimonia in cibo & potu, & castigatio corporis per sacra ieiunia. In quibus nisi se homo præsertim religiosus exerceat, nequaquam digne proficiet, nec vnquam ad virtutum perfectionem pertinget. Ideo omnes sancti patres, qui religiones instituerunt, rigorosa & ardua dederunt mandata de abstinentijs ieiunijsque seruandis. Ait nanque gloriosus Hieronymus in regula sua: Præparentur cibaria, quibus corpora refocillentur ad portandum pœnitentiæ iugum Dum hora refectionis adiuuauerit ad reficiendum vos, in cibis vestris nequaquam appareat cocorum industria: non ciborum lauta paratio moueat appetitum, sed fames, non apponantur incentiua libidinnm, sed quæ extinguere queant esuriem, vtpote olera siue legumina. Oua & lacticinia debilitatis personis ex ieiunio, & post ieiunia, & in festis præcipuis permittantur ex gratia. Raro gustentur, nisi parui pisciculi. Horridum scelus gulæ, quod gignit luxuriam, & perimit castitatem, cum dei famulis & ancillis nullam habeat

sortem

ſortem. Ideo in ſumptione cibi & potus ſit tanta ſobrietas, taliſque parcitas. vt venter potius conquæratur quam gaudeat. Non opus ſit cingulum relaxare, quatenus mens à diuinis meditationibus minime retardetur, & corpus non negeat medicinis. Ipſa quoque comeſtio ſit faceta, nequis de ingluuie poſſit notari. Magis repræhendẽdus eſt turpis modus in comedendo, quam cibus: imo in fabis & ordeaceis panibus nimia auiditas eæ grande peccatum. Vagabundi oculi nequaquam diſcurrãt per menſam, neque obſeruent edentes. Vinum in quo eſt luxuria, ſpõſis ancilliſque Chriſti tanquam venenum ſuſpectum ſit. Sacrilegium reputetur in fœmina, præſertim in dei ſponſa, omnis ebrietas. Ignem portat in gremio, qui vtitur vino aſſiduo. Ventris ingluuies atque ebrietas cauſam atque materiam infirmitatis tribuunt corpori & animę. Medicinale vero ieiunium omnem aufert languorem & omnem confert virtutem & gratiam. Veruntamen moderatum exiſtat ieiunium, non cauſet irã, aut ſcandalum aliis, nec capitis dolorem aut corporis debilitatem. Si caro fuerit rebellis ſpiritui caſtigetur ieiuniis, & cella verberibus, quouſpue fiat prompte obediens. Hæc Hieronymus, Inſuper ſanctus Baſilius in regula ſua diſſeruit: Iuuentutis timor & feruor ætatis quaſi freno quodam reſtringi ac reprimi per continentiam debent. Abſtinentiam dicimus dum refuimus ſuauia alimenta,

spiritus roboratur. Sed heu heu in isto iam omnes deficimus vehementer, atque à sanctorum patrum salutari rigore vltra modum recessimus. Ideo comparatione illorum humiliemus nos vehementer, & vitam nostram non reputemus esse alicuius momenti. Imo nomine religiosorum arbitremur nos prorsus indignos, & cum timore dei & compunctione accipiamus cibum & potum, conantes patrum nostrorum vestigia saltem aliqualiter imitari Nec putemus nos habere causam sufficiẽtem recedendi à prętacto patrũ rigore, ita extreme. Quãtum enim reuera possit sufferre humana natura, experientia docet in abstinentijs, quas incarcerati patiuntur coacte, & quas aliqui faciunt pro corporis sanitate. Profecto si homines suas ꝓbarent vires, inuenirentur se plus posse, quam credunt. Multi probant suas vires lapidem proijciendo, luctando: sed ijs quæ sunt dei, et suę salutis, vires suas probare recusant. Hinc sanctus ait Bernardus. Ignosce domine, ignosce, dissimulamus, tergiuersamur, et in is quæ pertinent ad te, vix est qui velit experiri q̃d possit. Paulus ait: ad Phil·4.cap. Omnia possum in eo, qui me confortat. Et diffidimus, nos pauca posse: proculdubio possumus multa, sed nolumus. Insuper valde pensandum ac formidandum est cunctis religiosis, quod in summa sua asserit Antisidorẽ. Tenuitas, inquit, victus & vestitus ita est de essentia religionis propter votum paupertatis, quod super eam non cadit dispensatio.

¶De confessione & cõmunione fratrum. Art. 18

Singuli.

cationis & professionis non profecerunt quotidie in omni humilitate, patientia, mansuetudine sobrietate, pace, concordia obediētia, charitate quod nō discunt, nec asuescunt sicut deberent seipsos in omnibus frangere, abnegare atque salubriter mortificare, iram, superbiam, acediam, gulam, & cæteras passionum suarum motus ac impetus reseruare, ꝙ correptiones & correctiones superiorum suorum non acceperunt cum debita humilitate & gratiarū actione, nec superioribus suis debitam reuerentiā ac obedientiam impenderunt, Insuper confitantur de quotidiano excessu, in cibo, potu somno præsertim in verbositate, de incustodia exteriorum interiorumque sensuum, & quod in exteriori labore mētem suam tam raro leuant ad creatorem, mentaliter orando, meditando ac ipsum laudando. Quod etiam in præsentia & conspectu altissimi tam impure & pigre ac irreuerenter se habent, quod non emendant se quotidie sicut oportet, quod proni fuerunt alios iudicare aut aspernari etiam forte suos superiores, vel ex leuibus signis malum suspicari de proximis suis, & quod coram aliis inexemplares fuerunt aut quod eos scandalizauerunt, offenderunt aut turbauerunt. De is & aliis, prout conscientia dictat, cōfiteantur cōfessione humili, nuda, pura & dolorosa, cū præcordiali & integro emendationis totalis ꝓposito. Preterea informādi sunt qualiter ad sacrā cōmūionē se ꝑparari & accedere debēt cum

cum ingenti filiali timore, ardenti amore, profunda humilitate. Debent autem se pręparare vt tactū est, cum præuia diligenti examinatione conscientiæ suæ & integra confessione, ita quod de suis peccatis intime doleant, inquantum sunt offensiua in honoratiuaq; dei, & contra eius præcepta aut contra vota ei facta. Attendere etiam debent sacramēti dignitatem, quod in hostia cōsecrata vere extat vnigenitus filius patris æterni, deus & homo, quē cum omni reuerentia, humilitate, charitate & synceritate debent accipere, atq; post sumptionem superdignissimi sacratissimiq; sacramēti, debent se coram deo custodire, gratanter ac deuote habere, immoderantiam cibi & potus, loquacitates, leuitates, & dissolutiones pro: sus vitandos atq; orationi, meditationi ac laudibus dei vacando. Præterea aduertēdum quod in primitiua ecclesia fideles quotidie communicabant. Postea aūt successores ipsorū cōfitebant & communicabant ad minus semel in omni hebdomada. Postmodum charitatis feruore magis deficiente, posteri fecerunt hoc semel in oī mense & in festis præcipuis. Dixerunt quoq; nōnulli doctores, quod homo qui sibi cōscus est de quocunq; mortali peccato, statim confiteri sit obligatus, puta, tam cito vt poterit confessorem habere. Alij autem doctores circa hoc aliť sunt locuti, sed quicquid inde dicatur, certum est quod nunquam deceat religiosum ire ad lectum sine cōfessione pręuia, si fuerit sibi conscius de aliqua mortali transgressione, Vnde gloriosus Hieronimus ait in regula sua

la sua: In hac vita nihil validius vel salubrius est cõcessum hominibus, quam statim peracto delicto, non differre confessionis medelam, [Impugnationis arma fratres secum non deferant] nisi pro defensione Romanæ ecclesiæ, imo & totius vniuersalis ecclesiæ, quæ frequenter nomine Romanę ecclesiæ designatur. Vel fidei Christianæ, quam vnusquisque fidelium iuxta qualitatem & vires sui status tenetur defendere tempore opportuno. vel etiam terræ ipsorum. Nam bonum commune est præferendum bono personæ [aut de suorum licentia ministrorum] qui ex rationabilibus causis [duntaxat illam debent licentiam dare]

¶De horis dicẽdis, & qualiter sit orãdũ. Art. xix.

Dicant vniuersi fratres tertiæ regulæ quotidie septem horas canonicas.] Quod qualiter sit intelligendum, subiungitur: [Clerici videlicet, scientes psalterium] i, qui tantum sunt eruditi quod psalmos in latino legere pñt, pro prima. Deus in nomine tuo &c. & beati immaculati vsque ad legem pone &c, cum capitulo, versiculis, oratione, & alijs debitis additamentis, [iuxta clericorum ordinem] i. secundum modum & obseruantiam cleri, ad cuius diœcesim pertinent, Porro in decretalibus, præsertim in exordio tertij decretalium, nomine clericorum intelliguntur canonici. In decreto autem. 81. di. capite Cleri. vel continentes per clericos interdum intelliguntur omnes in sacris ordinibus constituti, vel etiam qui aliquẽ quatuor inferiorum ordinum habent. Qui vero

in aliquo

in aliquo sacro constituti sunt ordine, tenentur ad horas has ex statuto ecclesiæ propter ordinem sacrum, quamuis nondum sint beneficiati . Si ergo aliquis intret ordinem tertium, vel in eius nouitiatu existat, tenetur ad horas, & satisfacere potest legendo eas cum sacerdotibus & clericis congregationi,s in qua extat in probatione . Melius vero est vt solitum ordenarium teniat, quousque fuerit in ordine ipso indutus tanquam nouitius . Si autem est clericus, non tamen in sacro ordine positus, sed competenter eruditus, non tenetur ad horas Canonicas . Commendabile tamen est, vt cum sacerdote ministro aut cum aliis in congregatione existentibus, clericus horas legentibus, legat easdem . Cum vero ad ecclesiam non accedant, id est, ad Parrochialem seu matricem Basylicam . Istud quippe pro coniugatis & secularibus est inductum, pro matutino Psalmos dicere studeant quod dicunt clerici, id est, Canonici aut sacerdotes vel ecclesia Cathedralis, in qua est sedes Episcopalis [vel saltem] id est, si istud est eis nimis prolixum, non faciant minus quam fratres illiterati . Hic subditur vt illiterati alij fratres dicant pro matutino duodecim & pro alia qualibet hora septem vicibus Pater noster cum gloria patri, addendo gloria patri cuilibet orationi dominicæ & salutationi Angelicæ, vel saltem septem, melius tamen cuilibet. Quibus videlicet primæ & completorij horis, minus symbolum, scilicet

ſcilicet ſymbolum fidei ab apoſtolis editum, & miſe re mei deus adijciant, qui nouerunt. Sed ſi horis non dixerint conſtitutis, id eſt, ſi non dixerint ſym bolum illud & pſalmum miſerere mei deus, ad pri mam & completorium, eo quod neſciant ea. Mul ti tñ ſciunt ſymbolum illud. Qui pſalmum illum ignorant, dicat tribus vicibus pater noſter cum ſa lutatione angelica, tam ad primam quam ad completorium, etiam ſi omiſerint, niſi pſalmum prætactum quem in theutonico dicere poſſent aut legere. Infirmi autem horas huiuſmodi non teneantur dicere, niſi velint, pręſertim ſi tanta ſit rerum infirmitas, quod ſine capitis debilitatione non queant has horas perſoluere. In quadrageſima vero Sancti Martini quæ incipit die proximo poſt feſtũ Sancti Martini niſi forte dies illa ꝓxima eẽt domi nica, & in maiori quadrageſima eccleſias, in quarum parochijs habitant matutinalibus horis perſo naliter adire curent, id eſt, matutinali officio ibi in terſint ſaltem diebus dominicis ac feſtiuis, niſi ex cauſa rationabili excuſentur, puta ex infirmitate aut ſimili cauſa. Perſonæ autem tertij ordinis tria vota profitentes, ſublimiora is faciunt, atque quo tidie multum mane deinde & alijs diei temporibus præfatas ſuas horas & orationes in congregatio nũ ſuarũ eccleſiis offerũt deo. Hę ergo perſonę ſunt inſtruẽdę ac feruide admonẽdę, vt corde attẽto & recollecto, affectuoſo ac ſtabili creatorẽ ſuũ exorẽt collaudẽt & cõtẽplẽt, q̃ten⁹ ſic i refectorio ſuo agũt

quod

quod ibi agendum est, corpora sua reficiendo, ita in ecclesia seu oratorio nil agant nisi ad quod, conueniunt, & propter quod institutus est locus ille, secundum quod sancti patres in regulis suis docuerunt. Ait nanque in sua regula sanctus August. In oratorio nemo agat nisi ad quod factum est, & vnde nomen accepit. Cum deum oratis, hoc versetur in corde, quod profertur in ore. Hoc est quod sanctus Benedictus ait in regula sua. Oratorium hoc sic quod dicitur, nec aliud ibi geratur. Nec vnus sua improbitate impediat alium deuote orantem. Nec alta voce quis oret, sed cum lachrymis conpunctioneq; cordis. Si enim dum hominibus potentibus volumus aliqua suggerere non præsumimus alloqui eos nisi cum humilitate & reuerentia. quanto magis domino vniuersorum cum humilitate, puritate & deuotiõe supplicandum est? Vt nõ in multitudine verborum, sed in puritate cordis & conpunctione lachrymarum sciamus nos exaudiri. Nam quamuis vbique sciamus deum esse præsentem, maxime tamen in fratrum congregatione, dũ ad diuinum officium simul aduenjunt. Hinc & sanctus Hieronymus in regula sua hortatur. De cellulis vestris præmissa oratione ad matutinas excubias cum summa quiete ad ecclesiã conuenite, spõsum animarum sanctarum matutinis laudibus & orationibus excitate, vt exurgat in auxilium vestræ. Tunc summa deuotio, crebra suspiria ac lachrymas fundat. Nulla alia verba in ecclesia proferantur, sed illud in mentis arcano cum summa diligẽtia rumine-

ruminetur, quod per sancta verba significat. Nullius est meriti ore diuina eloquia verbositare. & misera mente euagando inania circuire. Itaq; iuxta doctrinam sancti Basilij debemus verba orationum & psalmorum, cum interno gustu proferre quatenus sicut corporeus gustus vnamquãq; buccellam sumit & masticat cum certo & distincto sapore, sic interior gustus animæ cum affectu & gustu spiritali sensum verborum aduertat. Amplius, qui cupit deuota & stabili mente orare, debet suijpsius indigentiam, prauitatem, fragilitatẽ, atq; pericula acutissime intueri, omnipotentisq; dei præsentiã, maiestatem, pietatem, ac iustitiam sapienter inspicere. Sic ex cõsideratione proprie defectuositatis & vitiositatis cum maxima contritione & suijpsius aspernatione fundere precem. Ex consideratione quoq; propriæ indigentiæ ac periculorũ animæ suæ debet cum præcordialissima affectiõe dominum inuocare. Ex contemplatione aũt infinitæ maiestatis & excellentia dei debet cum vehementi reuerentia atque custodia cordis in ipsius aspectu assistere & præcari. Porro ex contemplatione metuendissimæ diuinæ iustitiæ debet cum timore & tremore orationem offerre, & ita coram deo se repræsentare, sicut stant rei mortis ante faciem iudicis. Ex contemplatione demũ infinitę pietatis & misericordiæ dei debet cum humili fiducia exorare. Postremo si recte perpendim⁹ causas & fructus orationũ nostrarũ, debemus vtiq; libenẽ & indefinenter cũ diligẽtia & feruore orare. Cur enĩ dñm

q deum

nē diuini officij & decurtationē in horis canonicis, q̄a nō decet nec licet religiosos talia q̄rere, aut magis exoneratos eē à ꝓlixitate horarum, quam sunt sacerdotes aut clerici seculares.

¶De testamēto fratrum tertiæ regulæ. Artic. XX.

DEbēt præterea ꝑsonæ tertię regulę, q̄bus de iure facultas .i. possessio affuerit, facere testamētū, & de bonis suis disponere ac ordinare infra tres mēses īmediate sequētes post ingressum eoꝝ in ordinem istū, ne quenq̄ illorū contingat decedere intestatū. Istud institutū videtur pro secularibus personis ordinis huius, ad præcauendū periculū, si forte improuisa morte aut alio impedimēto condendi testamentū preuente, obierint intestate, ex quo iurgia possent oriri propter facultates quas deserūt. Qui aūt tria vota emittunt, post suam ꝓfessionem condere nequeūt testamentū, sed añ ꝓfessionē. Et relinquēdi sunt suo arbitrio, vt faceāt testamentū sicut voluerint, dando sua pauperib⁹ aut congregationi seu claustro, vt in regula sancti Benedicti habetur. Nec licet aliquid ab eo exigere. Sanctus autem Basilius in regula sua videtur magis innuere, quod potius debeant sua dare cenobio. Beatus etiam Augustinus in regula sua scribit: Qui aliquid habebant in seculo, quando ingressi fuerint monasterium libēter velint illud eē cōmune.

¶De pace personarū tertij ordinis inter se & alios. Articulus. XXI.

DE pace vero inī fratres & sorores tertij ordinis aut etiam de pace inter eos & exteros,

id est ,alios qui non sunt de eorum regula, in discordia positos, sicut ministris videbitur, ita fiet, id est, ministri iuxta suam discretionem pacificabunt & concordabunt eos adinuicem, nisi aliter fuerint inter se concordati, adhibito (si facultas est fuerit) ipsius dioecesani consilio in hac parte, id est, si tanta fuerit illorum discordia, quod ministri nõ valuerint eos inuicem pacificare, habebunt recursum ad suũ episcopũ, si possibile eis ẽ vel ad officiatos episcopi. Omni etenim Christiano valde necessarium est, vt quantum sibi possibile est habeat pacem atque cõcordiam cum proximis suis, quemadmodum Ro. 12. capi. ait Apostolus. Si fieri potest, quod in vobis est cum omnibus hominibus pacem habere. Christus quoque in Euan. Beati pacifici, inquit, quoniã filij dei vocabuntur. vnde & suos discipulos sic salutare solebat. Pax vobis, Quibus & iussit. In quamcunq; domum intraueritis primũ dicite: Pax huic domui. Quemadmodũ eñ pacifici & concordes in bonis, sunt filij dei, ita & turbatores & discordes sunt filij & serui diaboli. Qui aũt consyderat quã grauiter & multipliciter ipse dominum deum offendit, & quod deus omni potens, suis vitijs non ignoscet, nisi & ipse alijs ignoscat, non audet suis iniuriatorib' inimicari, vel si alius indignatur, faciliter ad pacẽ cõcordiãq; reducet Hinc Leo papa disseruit: Nihil ita appetẽdũ ẽ. Christiano, sicut pacẽ habere cõcordiã obseruare, Nec possum' eẽ filij vni' patris coelestis, nisi pacifici ac cõcordes fuerim'. Et si istud sic cõuenit cuilibet Chriano, quãto magis religiosis

Deniq;

Denique cum exteriora sint signa interiorum, qui ta hipocrisis est, vt in religiosis, quorum vnus, est habitus, vna regula, eadem professio, vna domus vna mensa, eadem obseruantia corporalis, sit interior discordia, diuisio cordis, auersio mentis? Praeterea sicut boni & humiles fratres, qui quantum in ipsis est, pacem & concordiā seruant cum alijs praesertim cum superioribus suis, habent paradisum in terris, id est, consolationem maternā, tranquillitatem & conscientiae securitatem, deinde habituri paradisum coelestem, sic turbulenti, discordes, duri & obstinati in peruersitatibus suis habēt infernum in seculo, isto deinde habituri damnatiōem infernalē in seculo futuro. Ideo in Eccle. 2. cap. Salomon ait; Homini bono dedit deus sapientiam & laeticiam, peccatori aūt afflictionem & curam superfluam. Hinc & apostolus loquitur. Non est regnum dei esca & potus, sed iusticia & pax & gaudium in spiritu sancto. Itaque quae pacis sunt sectemur, & quae aedificatiōis sunt inuicem custodiamus. Hinc iterū affectuosissime. Phi. 2. cap. exhortatur: Si qua consolatio in Christo, si quod solatiū charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera misericordię implete gaudium meum, vt idem sapiatis vnanimes, idipsum sentientes. Haec itaque moneant & inducant ministros, vt cū summa diligentia fratres & sorores ordinis sui ad pacem & concordiam assidue exhortentur & discordantes concordent, duros & turbatores debite disciplinent, praesertim eos qui communitatem perturbant, scandalizant, contristant.

miraculisque chorufcat,in fpeciali tractatu magi-
ftraliter probat,priuilegio clericali debẽt gaudere.

¶Quod perfonæ tertij
ordinis debeant fe
à iuramento caue
re & quali
ter poffint
iurare
Arti. 22.

A iuramentis aũt folennibus,qu§videlicet co-
ram iudice fecundum proceffum & ordinẽ
iuris fiunt,omnes fratres tertiæ regulæ ab-
ftineant,nifi neceffitate cogente in cafibus per in-
dulgentiã,id eft, conceffionem apoftolicæ fedis,ex
ceptis,videlicet pro pace,pro fide,calumnia & tefti
monio prohibendo,id eft, quando occurrit necef-
farius cafus iurandi folenniter pro pace inter homi
nes recuperanda aut conferuanda, aut pro fidelita
te firmando,aut pro calumnia feu iniuratione aut
falfa criminatione vitanda, aut ad teftificandum
pro veritate & contra iniquitatem,aut etiam in cõ
tractu emptionis venditionis & donationis,vbi vi
debitur expedire,id eft,ad proteftandum, quod ali
quid fit legitime emptum aut venditum feu dona-
tum,dum fcientia dictauerit effe expediens vt pro
talibus rebus iuretur. Tuncque iurandum eft cum
grandi reuerentia maieftatis diuinæ atque fancto-
rum & cum recta intentione ex charitate & zelo iu
ftitię. Sicq; iuratio illa eft act⁹ virtutis,q̃ latria appel
lat. In cõmuni q̃q; loq̃la,i,in q̃tidiana locutõe vitẽt

vt poterunt, iuramenta. Certũ est quod vnusquisque etiam penitus secularis possit vitare illicita iuramenta, si debitam apposuerit diligentiã ad vitandum, quia & tunc non deerit auxilium gratiæ dei. Porro iuramentum est dupliciter illicitum. Primo q̃m falsum & hoc vocaťperiuriũ, quod ex suo genere est peccatum mortale. Secundo, quia quãuis sit verũ, tñ sine rationabili causa fit, quod est iuramentum inane. Quod si ex consuetudine fiat, non excusatur à culpa mortali, cum & hoc fit contra diuinæ reuerẽtiam maiestatis, assumere deum in testem sine rationabili causa, atque ex leuitate & vsu malo. Ideo dñs in Exo. 20. ca. iussit: Nõ assumes nomen dei tui frustra .i. inaniter seu sine causa condigna. Iccirco quod asserit Augustinus, non est peccatum verum iurare, intelligẽdnm est dum subest rationabilis causa iurandi. Denique ad vitandum periculosam ac pessimam iurandi consuetudinem & iuramenta inania. Christus Mat. 5. ca. prohibuit atque dissuasit omnem iurationem, Ego inquiẽs, dico vobis non iurare omnino. Sit autem sermo vester, est est, non non. Quod ĳs abundantius est, à malo est. Sic & Iacobus apostolus 23. ca. ait: Ante omnia, nolite iurare. Hinc quoque in Ecclesiastico cap. 5. scriptum est: Iurationi non assuescat os tuũ, multi enim casus in ea, Vir multum iurans, replebitur iniquitate, & non deficiet de domo eius plaga. Et qui de aliquo minus caute iurauerit ex lapsu linguæ, prout contingere in multiloquio consueuit, die ipso in sero cum debet recogitare quid fecerit,

dicas

dicat tribus vicibus orationem dominicam, propter incaute facta huiusmodi iuramenta. i. de sero antequam vadat dormitum, quando debet conscientiam suam discutere, considerando qualiter totū diem expenderit, quid boni omiserit, & quid mali commiserit in eodem, tunc specialiter ꝑ pœniteat de incauta iuratione, & vt sibi indulgeatur, ter dicat orationem dominicam cum salutatione angelica. & multo amplius debet dolere, veniāque precari, si ex proposito periurauit. De cæteris quoque suis peccatis tunc debet pœnitere, remissionē à domino postulare, firmum emendationis propositū assumere, & item, proponere quo tempore suo cōfitebitur sacerdoti super ipsum iurisdictionem habenti, & iuxta illius arbitrium, sit satisfacturus.

¶De aliquibus laudabilibus obseruātijs. Ar. 25.

MEmor autem sit quilibet, vt ad diuina obsequia familiam propriam exhortetur. i. vnusquisque paterfamilias aut materfamilias de tertij ordinis regula, non obliuiscatur suam sobolem atque domesticos congruis horis admonere, ad diuinorum & ecclesiasticorum obseruantiam præceptorum & ad mores laudabiles, ad euitandum quoque mala colloquia, Cumque soboles aut domestici alij contra hæc egerint, pater familias & materfamilias debent peccantes corripere. Nam & apostolus ait: ad Timo. 5. ca. Siquis suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Vniuersi sane fratres tertij ordinis cuiuscunque ciuitatis & loci,

competenter instructum habere procurent, qui vita, fama atque scientia sit ad prædicandum idoneus, & de approbata religione consistat, Et condecens est, vt sit de ordine sancti Francisci, & obseruans, qui eos ad pœnitentiam & misericordię opera exercenda hortetur, solicite moneat & inducat, Nam per opera misericordiæ corporalia aut spiritualia præcipue dimittuntur peccata, charismata gratiæ impetrantur, atque æterna obtinetur felicitas, sicut saluator Lucæ 11.12, cap. testatur. Quod superest, date eleemosynam & ecce omnia munda sunt vobis. Itemque Mat.5.capite. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, Hinc iterum ait scriptura Eccl.79.capite. Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro te ad dominum. Quia sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Hinc quoque venerabil. ille Thobias admonuit filiũ suũ dicens: Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere, Ita enim fiet vt nec à te auertatur facies domini. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: Si autem parum habueris, etiam modicum libenter impartiri stude. Est autem eleemosyna danda ex charitate, non vanitate, ad dei honorem non ad laudem sui, aut propter commodum proprium. Præterea aurea est illa eleemosyna & deo gratissima, quam homines boni de sua paupertate, aut de manuum suarum laboribus faciunt.

Atq; ad exhibendũ talia misericordiæ opera, ministri & matres personæq; cæteræ tertij ordinis debẽt esse charitatiui ac liberales in domino, non tenaces tardi aut duri: quia reuera huiuscemodi misericordiæ opera non solum in futuro, sed etiam in præsenti vita copiose ac multipliciter remunerantur à domino, non solum per spiritualem gratiarum infusionem, sed etiam per temporaliũ multiplicationẽ, quemadmodũ & decimarum ac primitiarum atque oblationum debita, prompta & deuota solutio, put sancti patres Hieronimus & Hugo testantur. Deniq; si alicui conuentui tertij ordinis data sunt aliq̃ temporalia bona hac conditiõe, vt pauperibus tribuantur, non sufficit talia superuenientibus hospitibus exhibere, sed iuxta conferentium voluntatẽ sunt in eleæmosynam expendenda, & ostiatim mẽdicantibus alijsue pauperibus, infirmis ac domi iacentibus danda. Nam hospitalitatem exhibere & æleemosynam dare, sunt distincta opera misericordiæ, quamuis extense loquendo quodlibet misericordiæ opus interdum æleemosyna nuncupetur. Studeat quilibet dum Missæ celebratur officium, & dum prædicationis verbum proponitur, seruare silentium, orationi & officio. i. diuino obsequio & celebrationi ac sermocinationi sic intentus. Somnolentiam quoq; & mentis euagationem deuitet, nec oculis hinc inde discurrat, nisi eum communis vtilitas fraternitatis impediat. i. nisi ex iniuncto officio indigeat loqui pro vtilitati communi.

¶ Qualit̃ tractãdi sunt ĩfirmi & moriẽtes. Art. XXIII.

Cum;

CVm aũt quemquam ex fratribus aut etiam ex sororibus tertij ordinis infirmari contigerit, ministri per se.i. personaliter, vel per alium seu alios, si hoc eis infirmus fecerit intimari, semel in hebdomada visitare teneantur egrotum. Et quamuis egrotus suam infirmitatem non insinuet eis, nihilominus decet vt praefato modo visitent eum, dum aliunde ignorauerint eum grauiter infirmari, ipsum solicite inducentes per suas exhortationes ad recipiendum pœnitentiam.i. ad confitendum & ad exhibendum se paratum, facere pœnitentialem satisfactionnm, si conualuerit, necessaria victui & medicinali remedio illi de bonis communibus.i. prefatis pecunijs quae pro communi indigentia subuentione collectae sunt, prout pręcedẽti habetur articulo, ministrando si indiget. Et si p̄fatus infirmus aut etiam soror infirma de praesenti luce migrauerit (Quare non ait de praesenti caligine, nisi quoniam teste apostolo: Nox praecessit dies autem appropinquauit. Tempus quippe Mosaycae legis comparatur nocti, tempus vero Euangelicae legis diei, quamuis & status Euangelicae legis comparatione status beatorum in patria nox nominetur) fratribus & sororibus, qui ciuitate vel loco vbi eum contigerit mori, praesentibus.i. praesentialiter constitutis nuntietur vt defuncti exequijs curent personaliter interesse, à quibus donec Missarum solennia fuerint celebrata & corpus tumulo conditũ non recedant, hoc quoq; circa sorores infirmas & decedentes volumus obseruari. Quare non ait de praece-

præsenti caligine, nisi quoniam teste apostolo, nox præcessit, dies aūt appropinquauit. Tēpus quippe Mosaycæ legis cōparatur nocti, tempus vero euangelicæ legis, comparatione status beatorum in patria, nox nominetur. Deinde in regula subditur, q̄ suffragia sint pro defunctis fratribus sororibusq; dicenda, sicut plana omnino est litera regulæ. Orent ergo viuentes pro mortuis cum omni fidelitate, instantia & feruore, quemadmodum cupiūt vt suo tēpore oretur pro ipsis, cum defuncti extiterint & vltra debitum studeant subuenire defunctis in grauibus supplicijs constitutis. Consequenter subiungitur de quibusdam officijs æquanimiter acceptandis, dum alicui committuntur. Ministeria quoq; & alia officia, quæ præsentis formulæ series exprimit, imposita sibi quisq; deuote suscipiat, curetq; fidelit exercere. i. dum aliquis eligitur in ministrū vel in collectorem aut erogatorem pecuniæ pro pauperibus cōtribuendæ, debet humiliter & charitatiue iniunctum onus accipere, psequi & implere, non quærendo propria cōmoda, sed pauperum releuamen atq; vtilitatem communem. Officium aūt cuiuslibet personæ in officio constitutæ aut constituendæ, certi temporis spacio limitetur. Quod qualiter intelligendum sit, subditur: Nullus minister instituatur ad vitam, id est, ad hoc quod totum tempus vitæ suæ in officio perseuerauerit, & eius ministerium certus terminus comprehendat. Aliqui enim videntes se confirmatos in suis officiis cor-

ciis cornua sibi assumunt,& propria comoda quærunt superflue, immoderanter quoque securi sunt & negligentius agunt, aut quosdam præ alijs vel affligũt vel palpãt, vt tpote psonarũ acceptores effecti

¶Qualiter visitandæ sunt personæ tertij ordinis.

Articulus. XXV.

ADhuc, id est, vltra præhabita, ministri & fratres & sorores ciuitatis & loci cuiuslibet, ad visitationem communem in aliquo loco religioso vel in ecclesia, vbi locum huiusmodi contigerit de esse, conueniant, id est, personæ regulæ huius semel in anno tempore opportuno congregentur in loco aliquo sito intra septa alicuius cœnobii vel in aliqua ecclesia materiali, si talem non inuenerint locum religiosum sibi satis propinquum. Et visitatorem habeant sacerdotem, qui alicuius approbate religionis existat, quique illis fratribus & sororibus, imo & eorum ministris de commissis excessibus & etiam de omissis actibus bonis, præsertim ad quos tenentur ex regula, iniungat pœnitentiam salutarem. Debet etenim singulorum illorum defectus & peccata seorsum inquirere, aut alio modo percipe, vel ipsæ personæ debent sponte recognoscere suas culpas, nec quiuis alius possit eis huiusmodi visitationis officium exhibere, id est, nec laicus, nec præsbiter secularis. Quia vero præsens forma viuendi, videlicet tertia regula, institutionem a sancto Francisco suscepit, consulimus vt visitatores & informatores de fratrũ minorũ ordine assumantur

quos

cunque præcipue viget & fratres proficiunt. Quód si visitatio superficialiter fiat, & defectus ac vitia fratrum siue sororum remisse corripiantur, nec debite corrigantur, mox regimē domus laxatur, negligentiæ multiplicuntur: nec floret religio, sed arescit deuotio. Præterea, quoniam profectus subditorū multum dependet ex virtuosa & exemplari cōuersatione eius qui præest, ideo visitatores cum summa diligentia tenentur inquirere, qualiter minister cæteriq; rectores personarū ordinis huius se habeāt qualiter uiuāt, & officia sua adimpleāt, an sint exēplares modesti ac strēnui circa delinquētiū informatiōes, reprehensiōes & punitiōes, an sint psonarū acceptores libēter quantū cōuenienter pt fieri, maneant domi cum fratribus suis, an sint leues in moribus, infructuosi in verbis, remissi in actibus bonis. Itaque quicquid in ministris fratrum & in confessoribus matribusque sororū inuenerint, audierint aut viderint esse culpabile, hoc ipsi visitatores diligenter scribant, proponant, redarguant & emendent, ne de cætero talia germina oriantur aut inualescant. Deinde similiter perscrutentur, qualiter fratres aut sorores se habeant, an sint deo deuoti, atq; in obseruantijs regulæ diligentes, an sint inuicē pacifici, obsequiosi, exemplares, & superiori suo debito modo obediant, an passiones suas discant efficaciter frangere, & in vera humilitate, patientia, mititate, charitate, obedientia quotidie crescere: An sint custoditi in exterioribus sensibus suis, & ædificatorij ac moderati in verbis, & congruo loco ac tem-

pore silentiũ obseruantes. Ex is facile est pensare, quod sicut generale capitulũ obligatur illũ eligere in generalẽ ministrũ, quẽ ad tm̃ officiũ reputat vita scientia, moribus magis idoneũ, ita prouidere tenetur, vt is q cũ generali ministro visitat aliquã domũ, sit præ cæteris ministris in capitulo congregatis ad visitandũ magis idoneus, & ampliorẽ ordinis zelũ discretionẽq; habens. Iccirco nequaq̃ expedire videtur, vt ministri in capitulo eligant, à quo vna cum generali ministro velint visitari, nisi forte ipsi ministri sint tantæ perfectionis, quòd non eligunt nisi eũ, à quo æstimant se acrius increpandos. Quæ perfectio is diebus prochdolor satis rara in præsedentibus reperitur. Et dato quod iam inesset ministris, timendũ ꝙ in eorꝝ successoribus ita non erit. Ideo melius videretur ꝙ in capitulo eligeretur vnus ministrorꝝ magis idoneus, qui cũ generali ministro visitaret, om̃es domus diocœsis, sua domo excepta, quã generalis minister cũ alio socio magis iusto ac strenuo visitaret: & talis cum generali sic visitans, posset in capitulo, prout expediret, mutari.

¶Quando & qualiter incorrigibiles sint abijciendi & expellendi, & de litigijs contentionibusque vitandis. Articulus. 16.

INcorrigibiles vero ac inobedientes monitio trina præueniat. i. personæ tertij ordinis rebelles & duræ, tribus uicibus per interualla dierꝝ, charitatiue, pie a sapienter, imò & seriose & comminatorie ac superioribus suis admoneantur, vt se emendent, resipiscant, acquiescant, obediant. Tali-

bus

bus proponenda sunt eorum nouissima, puta, quā breuis, incerta, & fallax sit vita hæc, quam amara sit mors, quā periculose stent, & quam enorme peccatum sit nolle acquiescere, quam diabolicum sit in malis perseuerare, quam metuenda sint dei iudicia & quam graue iudiciū ipsis immineat: quæ & quanta sint illa infernalia tormenta, superbis, rebellibus, incorrigibilibus, præsertim religiosis parata. Sunt quoque cum pietate & lachrymis exorandi, vt vere pœniteant. Instruendi sunt tales, qualiter principium omnis boni in religiosa persona, sit esse docibilem & ad bona flexibilem: non esse proprij sensus, nec pertinacem, sed aliorum (præsertim superiorum) iudicio magis quam proprio credere, propriam voluntatem abijcere, & frangere semetipsum. Istud est regia uia salutis. Sed incorrigibilem, atque indirigibilem, & inobedientem se exhibere, non est aliud, nisi tenebrosissima, periculosissima atque sceleratissima via æternæ atque grauissimæ damnationis. Qui si se corrigere non curauerint, id est, nulla emendationis signa ostenderint, nec dixerint se uelle emendare, aut scelera sua ita excusauerint, atque defenderint, vt ea non recognoscant esse peccata, vel alijs imputauerint ea, de ipsius congregationis consortio expellantur omnino de consilio discretorum virorū. Quæ expulsio faciēda est cū ꝑ cordiali cōpassionis dolore & zelo iustitiæ. Et q̄uis tales incorrigibiles dicātur ter admonēdi admo

 nitione

nitione solenni à suo superiori in aliorum præsentia nihilominus interim admonendi sunt sæpe seorsum per fratres deuotos, discretos charitatiuos, ac mites, Et proponendum est eis quanta dei filius ꝓ nobis sustinuit, in quanta obediētia, patientia, paupertate & humilitate vixit in seculo isto, & qualiter oporteat nos sequi eius vestigia, si saluari debemus Præterea de hac materia scribit sanctus Benedict⁹ in regula sua. Si quis frater contumax aut inobediens, aut superbus, aut murmurans, vel in aliquo contrarius regulæ, & præcepta suorum superiorū contemnens extiterit, hic secundū præceptum domini nostri admoneatur semel & secundo secrete a senioribus suis. Si non emendauerit se, obiurget publice coram omnibus. Quod si nec ita correxerit se, excommunicationi subiaceat. i. ab oratorio & à communi mensa fratrum remoueatur. Verun tamen cum omni solicitudine abbas, i. quicunque spiritualis pater, sic diligēs circa delinquentes. quia non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Ideo tanquam sapiens medicus dirigere debet quasi occulte, seniores, sapientes fratres, qui seorsum cō solentur & instruant fratrem fluctuantē, & ad hūilem satisfactionem reuocent eum, ne abundantiori absorbeatur tristitia, sed (vt ait Aposto. 2. Cor. 2.) Confirmetur in eo charitas, & oretur pro eo ab omnibus. Magnopere em̄ solicitudinem gerere debet qui præest. Et omni sagacitate atque industria prouidere, ne aliquā de ouibus sibi creditis perdat sciens se infirmorum suscepisse curam ac regimen animarum

animarum,non super sanas[t]yrannidē, metuatque quod dominus ait per Ezechielem,34.cap. Quod debile erat,proijciebatis. Sicque boni pastoris imitetur exemplum,qui relictis nonaginta nouem in montibus,abijt quærere vnam quæ errauit. Cuius infirmitati in tantum compassus est,vt eam sacris humeris suis dignaretur imponere,& ita reportare ad gregem. Si autem nec sic emendauerit se qui excessit, acriter disciplinetur verberibus: & si nec ita emendat se,oretur pro eo ab omnibus:& si nec ita curatur, tunc tandem abijciatur & expellatur. Hæc Benedictus. Ex quibus innotescit,quód sctūs ac discretissimus pater Benedictus valde difficulter processit ad expulsionem, ac varijs modis docuit misero fratri excæcato ac indurato esse subueniendnm antequam expelleretur. Insuper sanctus Benedictus ait in regula sua: Frater qui propria peruersitate recedit aut proijcitē de monasterio, si reuerti uoluerit, spondeat prius omnem emendationem,& sic vltimo gradu recipiatur,vt ex hoc eius humilitas comprobetur. Quód si iterum exierit, vsque tertio recipiatur,non amplius. Denique is satis concordat,quod in regula scribit gloriosus Hieronymus: Contumax præsumptuosa ac superba mulier.i.soror seu monialis in vestro sancto cōsortio,quæ dedignatur esse subiecta, suisque litibus ac iurgijs scandalum parit quieti sororum, atque inobedientiæ exemplum eis demonstrat, arduis crebrisque ieiunijs castigetur. Quam si ieiunia non castigant superbia eius edometur verberibus,contu-

meliis & grauibus disciplinis. Quod sic emendata nō fuerit, cū apostatis angelis expellat. A tuero quę sanctus Bene. ait de fratribus, applicāda sunt sororibus. Conformiter q̄ beatus Hiero. scribit de muliere seu sorore puersa, peruersis fratribus sunt apponenda. Amplius in regula Basilij q̄ritur, quales eē debem⁹ erga eū q pro pctō suo nō pœnitet. Ad hoc rñdet Basi. Tales, sicut p̄cipit dñs Mat. 18. dicēs: Sit tibi sicut gētilis & publicanus. Et sicut Apo. p̄cipit. 2. Thessa. 3. Subtrahite uos ab omi fratre ambulante inquiete, & nō scd̄m traditionē nostrā. Rursus in eadē regula quærit. Si quis habet aliquod uitiū quod corrigi nō pt, & frequent notatus in peius pficit, an expedit talē intermitti. Ad qd̄ rñdit magn⁹ Basi. Oportet peccātē corripere scd̄m modū â dño positū i. secūdū formā p̄cepti fraternæ correptiōis. Et si nō sufficit ei ad emēdationē obiurgatio quæ fit à plurib⁹. i. si nō emēdat ex hoc, q corā multis et a multis obiurgat, tūc de cætero habeat gētilis & publicanus: qm̄ nulli tutū ē parcere ei, quē dñs cōdēnauit, maxīe cū dñs dicat, q a expedit vnicuiq; vt vnū oclm, aut vnā manū aut vnū pedū pdat, & ita itrare in regnū dei: q̄ dū pepcerit vni de his mēbris. i. puersis & incorrigibilibus fr̄ibus, totū corp⁹ mittatur in gehennā. Nā & apo. protestatur de talibus. 1. Cor. 15. et Gala. 5. Modicū fermentū totā massam corrūpit. Hæc Basilius. Augustinus quoq; in regula sua. Conuictus, inquit, de culpa, debet secundū arbitriū prępositi emendatoriam subire vindictā. Quam si ferre recusauerit, & si ipse non recesserit

ferit, de vestra societate proijciatur. Nec hoc crudeliter, sed misericorditer agatur, ne contagione pestifera plurimos perdat. Circa quæ verba asserit Hugo. Qui blande correptus non emendatur, necesse est vt acrius arguatur. Cum dolore enim sunt abscondenda, quæ sanari nō ualent. Manifesta quoque peccata non sunt occulta purgatione purganda. Ideo palam sunt increpandi, qui publice peccāt, quatenus cæteri terreantur, & hi qui eos male secuti sunt, corrigantur. Nec est crudele quod incorrigibilis abijcitur, quoniam melius est vt pro multorum saluatione vnus damnetur, quàm per vnius exemplum plures periclitentur. Denique, sicut ait super regulam Augustini Hupertus, tria sunt quæ solent hominem excusare aliqualiter a peccato. Primum est ignorantia, secundū est mala societas, tertium est, exterior occupatio. Qui autem in deuota congregatione sunt, per nullum horum excusare se queunt, quoniā quotidie instruuntur & inter bonos uersantur, nec ita forinsecus occupantur, quin quotidie certis horis possint ac debeant deo uacare. Ex omnibus itaque præinductis satis reor patere, qualiter duri & rebelles atque incorrigibiles sint tractandi, exhortandi, instruendi, corripiendi, & tandem eijciendi.

¶ De litigijs, contentionibus & consimilibus malis vitandis. Articulus 27.

Vitent insuper fratres & sorores litigia inī se iuxta posse. Inī cætera Chr̄s, Mat. 5. cōsuluit in exteriori foro nō cōtendere iudicio. Et Paulus Apostolus scribit, 1. Corintheorum. 6. cap.

Ecclesiastici.28. Homo iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit pacem. Denique lis & contentio non solum sunt enormia uitia coràm deo, sed etiam coram hominibus inhonesta. Propterea qui ea non vitat, eo ꝙ offensiua sint dei, saltem ab eis resiliat propter honestatem humanam, & ne cõtemptui pateat. Hinc Prouer.20. scriptum est. Honor est homini cum separat se á lite. Itaque fratres & sorores vitent litigia illa, si suscitari contigerit, so licite dirimendo, i. cum diligentia protinus extinguendo, & contendentes pacificando, siue ab inuicem veniam postulando. Hinc admonet Augu: Lites nullas habeatis, aut quàm celerrime finiatis, ne ira crescat in odium, & animam faciat homicidam quoniam. 1. Iohan. 3. scriptum est: Omnis qui odit proximum suum, homicida ē. Alioquin de iure coram illo respondeant, apud quem potestas residet iudicādi. i. nisi prætacto modo vitauerint lites aut pro posse mox extinxerint eas, iubeantur corā suo superiori astare & reddere rationem, ac debite corrigantur. Prætetea fratres aut sorores non solum inter se tenentur vitare lites & contentiones, sed etiam cætera uitia linguæ, videlicet detractiones, susurrationes, murmurationes, verba pungitiua, derisoria, & mendosa, testimonia falsa, excusationes propriæ culpæ, accusationes aliorum, ex radice nõ bona, imó & verba ociosa uitanda sunt.

¶Qualiter episcopus loci & visitator possint dispēsare cū personis tertij ordinis in is quę earum respiciunt regulam. Articulus. 28.

Ordina-

ORdinarij autem, id est, episcopi locorum, in quibus demorantur personæ tertiæ regulæ, uel uisitator. i. etiam uisitator earum seu generalis minister, cũ fratribus & sororibus uniuersis tertij ordinis in abstinentijs, ieiunijs & austeritatibus, rigorosis obseruantijs alijs, ex causa legitima cum uiderint expedire, poterunt dispensare: quæ sint legittimæ causæ dispensandi, & qualiter in prædictis sit dispensandum, supra expressum est articulo.

Ministri uero manifestas fratrum & sororum culpas uisitatori denuncient puniendas. i. unusquisque minister euidentes & graues culpas personarum sibi cõmissarum, per se aut per alium, & per uerba aut per scripta significet uisitatori suæ congregationis, quatenus uisitator iuxta mensuram & grauitatem peccati imponat pœnã seu disciplinam eis qui taliter peccauerũt. Qui etiam ultra hæc suo cõfessori tenẽtur eadẽ uitia cõfiteri, atque ab eo in foro cõscientiæ pœnitentiã satisfactoriã accipere. Et si quisquã incorrigilis fuerit post trinæ admonitiõis instantiã, sibi à suo ministro factã, a ministris, præsertim a proprio illius ministro, cui & alii ministri poterũt attestari de cõsilio aliquorum discretorum fratrum, nuncietur eidẽ uisitatori abiiciend9 de cõsortio fraternitatis. Et ita abiiciendus nõ erit sine uisitatoris scitu, iudicio & consensu. Qualiter aũt facienda sit abiectio ista, iã paulo añ oñsum est. Et in cõgregatione postmodũ publicandus. i. in gñrali collectiõe oiũm personarum ordis huius eiusdẽ diocœsis, urbis aut loci, de q̃ cõgregatione iã dictũ ẽ. Ibi publice dicetur cunctis, cur & q̃lr talis corrigibilis sit abiectus. Deniq; ordinatio ista ẽ

similis ordinationi, quã sanctus Franciscus in prima & principali sua regula ponit dicendo: Si quis fratrũ instigãte diabolo mortalit peccauerit in illis peccatis, de quibus ordinatũ fuerit inter fratres, vt recurrat ad suos ministros prouinciales &c. Cõstat aũt q̃ prætacta cõmissio denunciandi culpã fratris aut sororis apertã visitatori, instituta sit in exordio tertiæ regulæ, & pro laicis, intelligendaq; est de grauioribus culpis, & de ministris laicis. Laici autẽ ministri possunt fratribus sibi cõmissis in capitulo disciplinã & satisfactionẽ iniungere. Nã capitulũ est quasi forũ exterius cõtentiosum, ad quod nõ requiritur ptãs ordinis sacerdotalis, sed sufficit ptãs iurisdictiõis exterioris. Sed personæ tertij ordinis, quæ nũc tria uota emittũt, & obedientiã regularẽ suo ꝓmittũt ministro, tenent eidẽ regulariter obedire, & possunt ab eo absolui, pœnitentiãque recipere in foro contentioso, & foro exteriori, demptis casib' certis in quibus ad prouincialem ministrum est recurrendum, iuxta modũ potestatis sibi concesse a summo pontifice. Cæterꝝ in præmissis omnibus, in quibus personæ ordinis nostri non tenentur ea seruare diuinis præceptis uel statutis ecclesiæ, nullũ ipsoꝝ volumus obligari ad culpã mortalẽ, sed imposità sibi pęnitẽtiã, siue in foro interiori, siue ĩ foro exteriori, ꝓ trangressiõis excessu prõpta hũilitate recipiãt, & efficaciter studeãt adimplere. Istud pontifex summus pie ac ꝓuide addidit, ad pcauẽdũ periculũ fratrũ ex multitudie statutoꝝ, in q̃bus cõtingit iterdũ deficere. Itaq; aduertẽdũ q̃ q̃dã a superio
ribus

ribus sic instituuntur & cōmittuntur, vt obligent subditos solum ad pœnam, non ad culpam. Aliq̄ vero sic instituuntur á superioribus vt obligent inferiores ad culpam mortalem, nisi impleuerint ea, sicut ecclesia iussit seruari certa ieiunia, abstinentias speciales certis diebus ab esu carnium, ac aliqua festa. Porro in regula ista contenta sunt aliqua, quæ nec à deo, nec ab ecclesia sunt instituta, regulariter loquendo, uidelicet abstinere ab esu carnium feria secunda & quarta, ieiunare omni feria sexta, nisi impedimentum legitimum superueniens hoc ipsum impediat, & de obseruatione quadragesimæ sancti Martini. Item quod in anno ter confiteantur atq; communicent, & quod arma non ferant, ac toties orationem dominicam pro horis canonicis dicāt, & multa similia. Sicque ad ista non obligantur obligatione culpæ mortalis, ex regula aut institutione summi pontificis, sed obligatiōe pœnæ seu pœnitentiæ adimplendæ: quam nisi implerent, nō effugerent culpam. Postremo ex diuino præcepto tenentur vitare mortalia peccata, virtutibus ad salutem necessarijs directe contraria, & ipsas uirtutes habere. Similiter ex diuino præcepto tenentur solennem promissionem scilicet professionem deo factam implere, ad quod etiam ex statuto ecclesiæ obligantur. Quod enim directe contrariatur professioni, grauius est peccatum quā uiolatio iuramēti, prout supra articulo septimo ex dictis doctorū ostensum est. Ideo dici non potest quod professio ipsa non obliget ad culpam mortalem.

De

¶De authoritate & potestate generalis seu prouincialis ministri personarum de tertia regula, facientium tria vota. Articulus XXIX.

SIcut ex prehabitis patet, in regula tertij ordinis prout primo a sancto Francisco est institu ta, atque a summo pontifice Nicolao quarto in forma redacta ac confirmata, non fit formalis mētio de generali ministro, sed de visitatore, qui alterius ordinis fuerit, sed in apostolicæ sedis indulto ac bulla, in quo concessum est personis tertij ordinis facere tria vota, & generalibus vti religiosorū priuilegijs ac gaudere, inter cætera continetur: Oēs & singuli fratres prædicti vnum presbyterum, vtpote dicti ordinis sui professorem, in eorum generalem ministrum habeant, qui ipsos fratres per se uel per alium aut alios, ad id per eum deputandum aut deputandos, visitare quibuscunque dicti ordinis personis, in omnibus præterquam apostolicæ sedi reseruatis casibus, debitam absolutionem impendere possit, nec non quoscunque dictum ordinem profiteri volentes recipere possit, & ei omnes perpetuo obedire teneantur. Et nullus recipiatur ad habitum & obseruantiam ac ordinis ipsius professionem, nec receptus promoueatur sine expresso consensu generalis ministri. Qui omnes & singuli etiam sub obseruantia non uiuentes habeant obedire, qui inobedientes & delinquentes fratres, iuxta excessuum aut criminum eorum exigētiam possit corrigere, incarcerare ac punire, eosque & eorum domus & loca uisitare & reformare. Qui

genera

generalis minister seu deputatus vel deputati ab eo aut maiori parte ipsorum fratrum, habeant plenariam potestatem quæcunque iusta & honesta, ac religioni suæ conuenientia statuendi ac ordinandi. Et omnis generalis minister possit dispensare in abstinentijs & ieiunijs, austeritatibus cæterisque obseruantijs regulæ ex legitima causa, cum viderit expedire. Hæc & alia quædam habentur in bulla præfata, quæ & consonant his quæ in principali regula sancti Francisci habentur, vbi inter cætera dicitur: Solis prouincialibus ministris conceditur licentia recipiendi fratres. Et iterum: Vniuersi fratres tenentur semper habere generalem ministrum.

¶ Ad quàm virtuosam, exemplarem ac feruidam couuersationem teneatur generalis minister. Artti. XXX

Quemadmodum sanctus Hieronymus & omnes doctores affirmãt, vnusquisque qui præest, præsertim in spirituali regimine, tanto maiori affluentia gratiæ ac virtutum est indigens quanto in altiori prælatione ac digniori officio est constitutus. Hoc vtique vnusquisque penset prælatus ac vere agnoscat, quod prælatio potius dici possit onus quam honor, & pondus quam dignitas. Nam & omnes ecclesiasticæ prælaturæ ac dignitates prælaticæ, sunt quædam seruitutes, quia ad subditorum profectum ac beatitudinem ordinantur. Idcirco & summus prælatus totius ecclesie veraciter vocat se seruum seruorum dei. Cum igitur

præsides

Præsidens debeat tanto virtuosior exemplariorq; consistere, quanto in altiori positus est potestate & loco, constat, quod quo sublimior est eius authoritas, eo periculosior grauiorq; atque nociuior est eiusruina. Idcirco necesse est ei, vt omni stoliditate vanæ gloriæ reprobata ac repulsa, omni quoque insensatissimo elationis tumore excluso, sit tanto timoratior, solicitior & vere humilior, quanto pluribus extat præpositus, altiusq; promotus. Amplius diuinus apostolus uniuersis ait fidelibus ad Phi. 2. cap. Cum metu, timore & tremore vestram salutem operamni. Prælatus ergo indiget tanto maiorem habere metum, & tanto penetrabiliorem tremorem ac uehementiorem timorem, quanto plurium tenetur operari salutem, & quanto ei difficilius est implere hoc ipsum, & quo intolerabilior ei instat damnatio, nisi omne debitum compleuerit sui officij. Non enim videbit faciem dei, nisi & minimum fratrem suum, quantum in se est, adduxerit secum. Præterea si sapienter pensauerit illud Sa. 6. capite: Durissimum iudicium in his qui præsunt fiet, & potentes potenter tormenta patientur, puto quod potius peroptabit subesse ac obedire, quã præesse atque præcipere. Quo etenim vultu metuendissimus ille iudex aspiciet eum, per cuius negligentiam & inexemplaritatem & insufficientiam amiserit animam, pro cuius salute dedit seipsum in precium, & amarissimam & ignominiosissimã pertulit mortem. Hac consideratione motus ac territus S. Bernar, locutus est: Si Christo in cruce pẽdẽte stetissem

ſtetiſſem ſub ipſo patibulo, & ſtillantē ex eius ſacratiſſimo corpore ſanguinē collegiſſem in vaſculo, cū quanta illud diligētia cuſtodirē? q̄ ſolicite circūferrē? Et nūc theſaurus ille cōmiſſus eſt mihi, ut pote animæ, ꝓ quibus ſapientiſſimus ille mercator tā præcioſiſſimū ſanguinē ſuū fudit. Nōne ergo cū extrema diligentia & ſolicitudine ſumma oportet animas Chriſti morte & ſanguine liberatas, paſcere, gubernare & cuſtodire? Inſuper cū p̄latus teneat ad tā præclaros & ac multos virtutū actus, v cȝ oues ſibi commiſſas inſpicere, iudicare, inſtruere, gubernare, purgare, illuminare, perficere, & ſeipſum in omnibus irreprehenſibilem & exemplarem præbere, ut doceat factis magis quam verbis, certum eſt, quod debitum ſui officij nequeat adimplere, niſi ſit multum virtuoſus prudens ac ſtabilis, in tantum quod per exteriorem occupationem, inquietudinem ac diſcurſum non reſoluatur ab interiori cordis ſui cuſtodia, à charitatis feruore & ſolicitudine ſpiritali. Hinc Symmachus papa. Viliſſimus, inquit, eſt computandus, qui præſtantior eſt honore & altior authoritate, niſi præcellat ſcientia, id eſt illuminatione diuina, & ætate i. probitate. morū ac merito uitæ. Gratianus quoq; teſtatur: Reuera qui ad hoc eliguntur ut præſint cæteris, ſicut prę ordinantur dignitate, ita præminere debent & ſanctitate. Alioquin cur cæteris præferuntur, qui meritis non præfulgent. Adhoc autē feruētiſſimus & illuminatiſſimus ille Dionyſius ait, In omni diuino officio non eſt audiendū alijs fieri ducem, niſi quis

ſecundum

secūdum omnem habitum suum dei formissimus extet. i. per omnem virtutē existat similimus deo. Prælatus ergo qui ad hoc in officio collocatur, vt sibi cōmissis ac creditis ostēdat iter salutis,& ipsos præcedat in via virtutis,ad hoc debet infatigabiliter conari,vt sit vtiq; omni virtute præclare ornatus. Præcipue tamen necessaria sibi est profunda, insuperabilisq; humilitas,cum illa sit omnium basis virtutum,per quam homo meretur à spiritu sancto inhabitari,et gloriose dirigi ab eodem,atque in bonis cōseruari ac perfici. Quod totum vnicuique præsidenti tanto plus necessarium esse cognoscitur quanto pluribus prodesse tenetur. Hinc Hieronymus super Leuiticum scribit:Sciant omnes,& certi sunt,quoniam qui præstantior est ex omni populo,q doctior,qui sanctior,q in oīni virtute pfectior ille eligat̄ &,pmoueat̄. Et hoc ipm̄,multaque desup. alia scribit ibidē Origenes in homelia. Ideo asserit Gratian⁹: Pro gradu sui officij oportet vnūquēq; esse meliorē. Nam vt sanct⁹ fatetur Bernardus,mōstruosa res est gradus sublimis,& vita vilis, lingua magniloqua & couuersatio vacua, Hinc quoque beatissimus princeps Apostolorum ad suum dilectissimum Clementem loquutus est:Eum qui præest & instruit animas rudes, talem oportet esse, vt iuxta ingenium discentium.i,iuxta capacitatem subditorum se ipsum valeat eis aptare,verbi ordinem iuxta audientium mensuram dirigere. Ideo debet esse apprime eruditus,discretus, irrepræhensibilis, & maturus. Hęc oīa sapiēter, frequēter et profun

s de aduerte

sorores&filias hāc eleues,hāc deprimas sicut velis, sed solicitudo tibi iniūgit vniuersam sororum, vt oēs iuste regas,castiges,informes, nec vnā prę alia,pal pes. Præterea sctūs Bern. libro de cōsideratione ad Eugeniū papā ait: Acceptio psonarū psidētib9 & iu dicantibus insidiari non parum solet . Non par- ui pctī te reū existimes si facies pctōrum sumis, & non poti' causas iudicas meritorum. Ampli9 sicut in secū- da secūde quęstiōe.63.sctūs Tho.declarat,psonarum acceptio directe cōtrariaī iustitiæ distributiuę; q̄ di uersis psonis tribuit scdm dignitatē ip̄arum ac merita. Quicqd aūt directe cōtrariaī iustitiæ ex suo gñe ē pctm̄ mortale,sicut&illud q charitati opponit.Ideo ait sctūs Ambro.inter oīa pctā sacerdotū,maximū psonarum acceptio.Ita & credēdi facilitas est valde vitāda.Propter q sctūs. Hie,loqī psidēti,nō sis faci- lis ad credēdū oīb9 q loquūt. Leuitas ī credēdo le- uē denotat mētē,Ber.qq,facilitas,inqt,credulitatis est callidissima vulpecula,cuius versutias nullū ma gnorum cōperi satis cauisse. Imo & beatus Iohannes apl'us ait· Nolite oī spū credere sed ,pbate spūs an ex deo sint.Pręsidēs igiī audiat alterā partē. Multi nāq simulatores&callidi,q sub colore iustitię suas palliāt passiōes,& veris falsa ,pmiscēt,aut simpliciē dicta peruertūt,vl'alio repetūt sermōe q̄ audierūt,ac alios falsē accusāt, Qd Assuer9 rex expt9 ,pvt in lib. Ester.cap.16. habeī,dixit.Multi aures prīcipū sim- plices & ex sua natura alios ęstimātes, callida frau de decipiūt. ¶Quā reuerēt charitatiuę&obediēt se habere debeāt frēs&sorēs ad suos supiores. Ar.33.

mulet delinquentium culpas,sed mox vt cœperint oriri,radicitus amputet ea pro posse .Itaq; honesti ores fratres prima aut secunda admonitione verbis corripiat,improbos aũt & duros corde atq; superbos vel inobedientes, verberibus vel corporis castigatiõe in ipso peccati initio coerceat, sciẽs scriptũ Eccl.1. cap:Stultus verbis non corrigitur·Et iterũ.Prou.23.cap.Percute filium tuũ virga,& libera bis animã eius à morte.Cõsideret ergo qui præest, quod cui plus cõmittitur, plus ab eo vtiq; exiget: & penset quam difficilem rem suscepit, videlicet regere animas,& multorum moribus deseruire.Sicq; vnũquenq; admoneat,increpet aut informet,secũdum capacitatem illius. Hęc Benedictus .Ex his ministri perpandant quam discreti,pij & iusti,quã charitatiui,seriosi & exemplares existere teneantur, & coram deo seipsos cotidie prudenter discutiant,ꝓpriosq; ac fratrũ suorum defectus considerent,defleant & emendent :& primo seipsos & totũ gregẽ eis cõmissam deo assidue recommendent & cõmittãt cũ orationibus lachrymosis ac feruidis .

¶ Quod acceptio ꝑsonarũ sit valde vitanda cũctis qui p̃sunt,& quam graue peccatum sit. Art.xxxij.

PRælatus est spiritalis pater gregis sibi cõmissi,& medicus animarũ ac custos . Est etiã dispensator seu erogator rerum monasterij, nõ dominus. Iccirco omnes sibi commissos debet cõmuni charitate diligere & vnicuiq; sicut indiget subuenire . Neminẽ debet pa̋lpare, imo quos plus amat plus debet arguere,& disciplinare,imitãdo eũ

de aduerte o gñalis minister: & quanto psonis ordinis tu es altior, tãto sis cũctis humilior, timoratior, custoditior, atqꝫ feruẽtior, quãto plus in exteriorib' & circa alios occuparis, tanto frequentius ac diligentius ad interiora recurras, & in loco secreto teipsum discutias, conscientiam purges, mentem deuote exerceas, meditationibus sanctis insistas. Et qualit hi qui tibi cõmissi sunt, conuersent perpẽde, qualit omne debitum tui officij impleas, intuere. Sicqꝫ in secreto studeas obtinere à domino, quod tibi commissis salubriter erudites in publico. Non cesses aspirare ad dñm, et corã eo assidue ingemisce, oẽm infructuosã tpis deductionẽ abhorre, atqꝫ in omi cõpũctiõe, diligẽtia & feruore cresce q̃tidie.

¶Exhortatio ad ministros, & qualiter cuncti se habere debeant. Articulus. 51:

BOnitas vitę subditorũ et eorũ ꝑfectus in gratia atqꝫ virtutibus, ex virtuosa et exẽplari cõuersatiõe sapiẽtiqꝫ īformatiõe ṗlatorũ nõ mediocrit ꝓcedunt ac pendent, Imò in tantũ vt Ieremias ꝓpheta, 10. ca. libri sui testet: Quia stulte egerunt pastores, & dñm nõ exq̃sierunt, Ideo oĩs grex eorũ dissipatus est. Hinc quoqꝫ in Ecclesiastico, 10. ca, scriptũ est. Qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Et Salomõ Prou. 28. ait. Regnãtib' impijs, ruine hoĩm. Sed & in libro sapiẽtię ca, 6, legitur. Rex sapiens stabilimentum est populi. Cum itaque personę tertij ordinis communiter sint illiteratæ & simplices, maxime indigent à ministris suis verbo & opere ædificari. Quod si viderint superiores suos, sacerdotes & clericos, leues in moribus

pronos ad iram, impatientiam, vanitatem loquaciatē, ocioſq; intentos, ad exeundum & epulandum procliues, negligentes in obſeruātijs ordinis, mox valde ſcandalizantur & reſoluuntur a dei timore, à conpunctione & profectu interno, & vitia ſuperiorum ſuorum ſectantur. Idcirco miniſtri cum infatigabili diligentia ſpiritali profectui ſint intenti, & quicquid ſcandalizatiuum eſt fratrum, deuitent quibus præſīt et exempla vincendi impetus paſſionum & ſuperandi ſeipſos, & ipſos in omni humilitate, pietate, diligentia ac mortificatione ſalubrī præcedant. Denique diligentiſſime penſet miniſter imo & omnis qui præeſt, quod ſanctus ait Hiero. vnicuiq; præſidenti: Attēde vigilāt. q̄ grauis ſarcina impoſita ſit humeris tuis, qui de ſubditorū aīabus atq; corpibus, de verbis eorum ac moribus obligaris apud diuinum examen. Caue quæſo ne de te etiam leuis ſuſpicio in malo poſſit oriri, ne diſpergas quos ſaluare teneris. Tam dulcis & miris ſit ſermō tuus, vt ſubditos ad furorem atque duritiam non inducat, ſed paſſionata corda reformet. Circa inobediētes virilis & conſtans ſit animus. Nihil quippe periculoſius in rectore, quam vana humilitas, & negligentia corrigendi proteruos ſuperboſque ſubditos. Caue ne ex officio regendi eleueris ad alta, vt agas illicita, & quæ ſunt importuna ac moleſta ſubditis. Non enim ambulant in via domini, qui in adminiſtratione regiminis honorem & propriā vtilitatē ac libertatē depoſcūt. Attende q̄d ait ſaluator Luc. 22: Reges gētiū dominā̄tur eorū, & q poteſtatē habēt ſup eos bñfici vocant, vos aūt non ſic

ipse monialibus loquitur, certum est ad viros religiosos quoq; spectare. Itaq; dicit: Hortor, moneo & exoro vos dilectissimę filiæ, vt subijciatis vos in omni obedientia & timore ac reuerentia pposita matri vestræ vt iam omnino nil aliud velle aut nolle liceat vobis, quam quæ mater vestra mandauerit facienda. Nil graue, nil importabile videatur qđ iusserit ipsa, quamuis illud non concordat proprię voluntati, Vere obediens & qui propter Christum relinquit & abijcit omne propriæ voluntatis arbitrium, nihil nouit aut putat difficile vel iniustum. Mementote charissimæ, quod in religionis ingressu omnem volendi & nolendi licentiā Christo dimisistis, ita vt iam nihil agatis, nisi quę ipse ordinat de vobis per suos vicarios. Obeditis certissime Christo cum matri vestræ obtemperatis. Insuper ait Hieronymus idem. Nondum viuit deo, nondum vias Christi religionisque attigit religiosa persona quæ non efficitur ita pura & simplex, vt quicquid mandatum sibi fuerit per suum superiorem, angelico putet ore transmissum. Nihil honorabilius nihil gloriosius, quam seruitus obedientiæ propter deum quæ præferenda est imperatorum fastigio dignitatique regiæ & omni gloriæ seculi huius. Iterum ait, Idē sanctissimus doctor Hieronymus. Nō ciuitas, non regnū, neque domūcula diu maneret in rure, si deesset cui obediretur. Ideo princeps apostorum. 1, Petri. 2. cap. Regem, inquit, honorificate. Et ne quis arripiat scutum excusationis, generaliter addit. Serui, subditi estote in omni timore dominus, Et

Est enim contra diuinū præceptum, quoniā Christus iussit suis obedire vicarijs. Est quoque contra votum solenne, & ita excedit periurium in grauitate. Denique si quis obtulisset ecclesiæ calicem & deinde calicem illum ecclesiæ datum retraheret sibi & applicaret proprio vsui, nonne enorme facinus esset, & furtum ac sacrilegium seu rapina sacrilega? Quanto magis grauissimum scelus est, dum religiosus voluntatem suam, quam deo & eius vicario dedit ac obtulit per votum solenne, retrahit sibi, & vtitur ea ad libitum per inobedientiam maledictam? Hoc plane est sceleratissimum furtum, abominabile sacrilegium, rapina æterno supplicio vlciscenda. Atuero in obedientia solet nasci ex superbia. Et sunt nonnulli spiritaliter & occulte superbi, qui quamuis vix trahi queant ad ea quæ præsidens præcipit eis, tamen ad alia quædam exercitia, ex suo genere alta & ardua, sunt fortes & proni, præsertim ad faciendum ea iuxta propriam voluntatem, videlicet, ad orationes meditationes, disciplinas, psalmodias, vigilias. Hi prohdolor fallunt seipsos. Ideo audiant & formident quod sanctus ait Bernardus: Nec studium bonæ actionis, Nec ocium sanctæ contemplationis, nec lachrimę pœnitentis extra obedientiam deo placent: imó ingratum est spiritui sancto, quicquid ei obtuleris neglecto eo ad quod teneris. Verus obediēs mandati excusationē non ꝓcrastinat, sed statim parat

aures

est. Postremo quæritur ibi, si obediat quis & murmuret, quid fiet. Ad quod Basilius. Cum dicat Apostolus ad Phil 2.ca. omnia facite sine murmuratio nibus & hæsitationibus, alienus sit à fratrum vnitate qui murmurat, & opus eius abijciatur, quoniam infidelitate egrotat, & certam futuræ retributionis non gerit fiduciam. Ecce ex ijs sanctorum & illuminatissimorum patrum verbis docemur, quanta ad veram obedientiam requirantur atque pertineãt. Iccirco religiosus studeat ex intimo ac integro cordis affectu obedire, & seipsum in cunctis abnegare vincere, mortificare atque relinquere, sicque specialissimam gratiã obtinebit à dño: & cõsolationes secretas à spũ sancto, & fiet celeriter virtuosus.

¶De eadem materia ex verbis sancti Bernardi, & aliorum, Articulus. 54.

DOctor religiosorum præcipuus, sanctus pater Bernardus ait: Disce o homo obedire, disce tu qui terra & puluis es, obtẽperare ac subdi, quoniã de deo ac dño tuo Iesu Christo ait euangelista Lu. 2. ca. q̃d erat subditus illis, videlicet Mariæ & Ioseph. Denique perfectæ obedientiæ exemplum & formam præbuit Paulus Acto. 9. ca. dicẽs Domine, quid me vis facere? O quam pauci inueniuntur in hac perfectæ obedientiæ forma, qui scilicet suam voluntatem sic abiecerunt, vt omni hora requirant, non quod ipsi, sed quod dominus velit. Multorum pusillanimitas & peruersitas profecto exigit hodie, vt ab eis quæri oporteat, quid vis faciã tibi & non ipsi quærant, dñe quid me vis facere

Con

iubentit imperiũ cũ oi obedientis& mãsuetudine.
Quod si pondus iniuncti opis oĩno excedit vires
suas, suggerat hoc suo superiori patienter&oppor
tune, nõ superbiendo aut resistendo vl cõtradicen
do. Et si post talẽ suggestionẽ superior in sua man
serit iussione, sciat inferior sibi sic expedire, & confi-
dens in dei adiutorio, obediat faciendo q potest.
Nec solũ superiori, sed etiã sibiinuicẽ obediant fra
tres, pſertim iuniores senioribus. Amplius in regu
la S. Basilij quęritur, quousq; seu vsq; ad quẽ modũ
obedire oportet? Ad q respondet S. Basilius: Apo-
stolus docet hoc, ad Phil 2. cap: proponens nobis
formã obediẽtię Chri, q factus est obediẽs vsq; ad
mortẽ. Rursus in eadẽ quęritẽ regula, si aliquis non
est cõtentus de eo opere q sibi iniũgitur, sed vult ar
tificiũ aliquod discere, aut aliud facere, quali vitio e
grotat? & an oportet acquiescere ei? Ad hoc respon
det Basilius: Iste talis presumptor est, ac sibi placẽs
ac infidelis, qui non timet sententiam Christi, dicen
tis apud Mat, 25. cap: Estote parati quia qua hora
non putatis, filius hominis veniet. Si enim quoti-
die quis expectat dominũ, solicitus ẽ ac trepidus,
quomõ præsentem diem non transeat otiosus. Si
autem imperatur ei artificium discere, habeat lu-
crũ obedientiæ suę, & in hoc placeat deo, & non as-
sumat iudicium in eo quod placet sibi. Denuo
quæritur in regula illa, si quis industrior fuerit,
& promptus ad implenda mandata, agat autem
non quod ei iniungitur, sed quod ipse vult, quam
mercedem habet? Respondet Sanctus Basilius:
Mer

regula sua. Præcipue hoc vitium proprietatis amputetur radicitus de monasterio, ne quis præsumat aliquid dare aut accipere sine patris iussione, neque habere propriam vllā omnino rem, nec codicem, nec tabulas, nec graphium cum religiosis non liceat ꝓpria corpora aut volūtates habere in propria potestate. Ideo oīa necessaria petēda a patre habere. Ne quicquā liceat habere, quod ipse nō dederit aut licentiauerit Quod si quisquam deprehensus fuerit huic nequissimo vitio subiacere, admonetur semel & iterum. Et si non emendauerit se, debitæ pœnę subiaceat. Iterum ait. Tecta fratrum a patre spirituali frequenter scrutanda sunt, ne quis habeat aliquid peculiare aut proprium. Et si apud aliquem inuentum fuerit, quod a patre non acceperit, grauissime disciplinę subiaceat. Et vt omis excusatio necessitatis auferatur, omnia necessaria dentur a patre. Hinc quoque sanctus Hieronimus scribit in regula sua. Tanquam fatuus in sabulo ædificat, qui in apostolica vita & religionis proposito appetit temporales diuitias. Hinc attendite o filij diligenter, hic omne periculum est, hic interitus animę, hic mors æterna. Qui iam renunciauerunt omnibus quæ possident & ex voto promiserunt propria nō habere, & nihil terrenum, nihil temporale tanquam proprium debent habere neque appeterte. Certe non tunicam non caligam neque quodcunque aliud minimū. Idcirco obtestor vos omnes & singulos corā deo & Iesu Christo, q iudicaturꝰ est oēs, vt aurū & argētū sito & trāsiēs pecunia nulla ratiōe cor

vestrū seducat, vt aliqs vestrū cū Anania & Saphyra mentiri nitat spūi sctō, quē nihil latet, retinendo apud se occulte q̄tumcūq3 minimū tēporlae: Hinc Mat. 5. ca. dicunt beati pauperes spū, vt sciat q̄ nō sufficit cuncta tēporalia relinq̄ndo ad Monasteriū pauperē accedere, si mens miserrima appetit quæ reliqt. Q̄m oculi dei magis contēplant affectū, quā nūmū aut censum. Melius em̄ est in seculo cum diuitibus, tēporalibus rebus insistere, quā in monasterio pauper ipsas appetere. Propter q̄d volo & hortor, vt in monasterio vestro hæc perpetua obseruatio maneat, q̄ nulla soror audeat tangere aut retinere per horā censum vel obolū, aut aliquod quantūcunq3 minimū, quanquā a matre aut sorore mittatur. Sic sic dei sponsæ spōsum Iesum astringite mentibus mundis a terrenorū contagiōe, q̄m secum in habitatione nihil permittit esse terrenum Sic sic apostolicæ fœminæ, pijcite peras & sacculos vt neq3 marsupia ex latere pendeant, nec opus sit clauib⁹, vt mōstret ex ipsis interioꝝ indicijs, q̄ nihil habet extrinsecum, nisi Iesus. Nunquā in Christi et apostolorum consortio. i. in claustro quærat filia regis præiminere. Pōpis terrenis, dignitatibus carnis, spiritualis vita non eget, & carnis arras Christus non q̄rit in suo cōiugio. Quæ nobilior est, ipa quoq3 existat humilior, & ad cuncta obsęqaietiam vilia, prōptior. Hęc Hie. Oia ista ppēdāt solicite ministri & matres psonarū tertiæ regulæ, quæ ad tria

vota

vota se obligant, vt vitium ꝓprietatis inter eos nullo colore, nulla occasiõe subintret. Nec permittant vt in eorum congregationibus vnus abundet in aliqua re, & alter indigeat. Iccirco si alicui fratri aut sorori vestes aut aliqrid tale apportetur & detur a parentibus vel cognatis, nequaquã recipiat ea sine ministri aut matris licentia, nec detur ei nisi indigeat eo. Vel si ei donantur, mox auferantur ab eo vel ab ea vestimenta, camisia, seu consimilia, q̃bus non indiget, quæ tñ indigentibus tribuantur Hinc in regula sancti Benedicti habetur: Nullatenus liceat monacho sine licentia dare aut recipere munuscula, literas aut eulogias a parentibus, neque ab inuicem, nec ab aliquo hoĩm. Et si a parentibus alicui aliquid directum fuerit, non præsumat illud accipere, nisi indicauerit prius patri, in cuius sit potestate, cui illud detur, Nec contristetur frater, si ei datum non fuerit, ne diabolo detur occasio, Hinc ait & Hugo: In communi vita nihil licet occulte recipi, nec proprium retineri: sed si quid alicui detur, præsentandum est præsidenti, vt cui necesse fuerit præbeatur. Sic nãque auaritia extinguitur, superfluitas resecatur, sic nutritur & charitas, & sancta custoditur paupertas: quia dum animus non habet terrena retinere, cogitur cælestia cogitare. Sed sunt aliqui, qui grauiter conturbantur dũ ea quę eis data aut missa sunt, retinere nõ ꝑmittũt, Amãt munuscula, delectãt in ꝓprijs, et sępe

ex paruis & vilibus rebus tanto inardescũt desiderio, vt earum occasione concordiam fratrum soleant perturbare, quod diabolica persuasiõe certum est fieri. Debemus ergo dæmonũ laqueos in omni materia præcauere, & cũcta terrena virtute mentis calcare. Præterea beatus Augustinus ait in regula sua: Quicunq; ad tantum progressus fuerit malum, vt occulte literas aut munus accipiat, si sponte hoc ꝓfitetur & prodit, parcatur ei & oretur pro eo. Si autem deprehenditur aut conuincitur, grauius emendetur. Quod si aliquis rem sibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur. Circa quod ait Hugo: Frater qui rem sibi collatam celare appetit, Iudæ traditoris locum tenet. Itaq; omnis religiosa ꝑsona diligentissime studeat mentem suam reformare, funditusq; purgare ab omni inordinata affectione circa terrena, quia vt sancti anachoretæ Abbas Pafuntius Abbasq; Daniel docuerunt, nisi religiosus sic fecerit, paulatim circa minima quæque inordinatis afficietur.

¶De informatione fratrum & sororum circa votum castitatis, & de remedijs contra tentationes & contra concupiscentias carnis. Articulus. XXXVI.

NOn solum ab actu exteriori obscœno. s. fornicatione, sed etiam ab interiori concupiscẽtia viciosa religiosus promittit se abstinere ꝑ votum castitatis. Cum igitur mens humana diu esse non possit sine amore & delectatione, id eo os religiosa persona debet se tota diligentia & conatu assiduo dare ad veram & spiritalem dilectiõem ac

dilectas

ac delectatiõem in actibus virtuosis, atq; ab omni carnali amore & delectatione sensuela cauere. Et si quæratur qualiter istud fieri valeat, respondendum quod ita. Ad hoc dnim quod crescamus & accendamur in dei amore, primo valet, quod consideremus quam bonus, amabilis & superdesiderabilis sit dñs deus noster, quia reuera vniuersis & singulis creaturis est in infinitũ desiderabilior, melior, pulchrior, atq; in omni nobilitate & perfectione eminentior. Et qui non epotest sic deum pure ac intellectualiter cõtemplari, saltem credat sic esse, & ex rebus creatis hoc ipsum pro posse perpendat. Secundo valet ad idem, considerare quod dominus & creator noster ita prior dilexit nos. Durissimus nanque ingratissimus'q; existit, qui non rediligit eũ, à quo scit se diligi, & qui prior dilexit se. Tertiò valet ad hoc, considerare vniuersa beneficia dei pro posse, & præsertim, quod vnigenitus dei filius propter nos factus est homo, & tanta pro nostra salute fecit ac sustinuit. Quarto, quod tam ineffabilem beatitudinẽ nobis præparauit in cœlis. Quinto valet ad hoc, omni hora inuocare dominum, quatenus sua sancta charitete & spiritali proximorum dilectione dignetur nos inflammare. Sexto valet ad hoc, facere sibi consuetudinem eleuandi cor suum ad deum, in omni loco, actu & tempore eum laudando, orando ac meditando. Septimo diuina præcepta viriliter exequi. Religiosus ergo non afficiatur ad aliquam personam humanam, nisi puro & spiritali affectu, in quantum videlicet est dei creatura, sum-

me trinitatis imagine infinita, ad æternam beatitudinem à deo ordinata&cognita& condita,&Christi sanguine liberata, atq; in quantũ ornata est charitate&gratia dei cæterisq; virtutibus&actibus bonis, vel eis ornari potest,&vt ea obtinear. Porrò amor naturalis,familiaris ac socialis ad spiritalem amorem est referendus. Ad hoc aũt omnis religiosus vitet omnem carnalem&turpẽ amorem&concupiscentiam sensualem, requiritur quod vitet causas & occasiones cõcupiscentiæ& carnalis amoris, videlicet incautũ aspectum,tactus,amplexus,&oscula, colloqa quoq; superflua&lasciua,imò & imaginationes ac cogitationes carnales&fœdas, societates periculosas,loca& tempora importuna. Nec solum vitanda sunt ista circa personas fœminei sexus,sed etiam circa adolescentes&iuuenes sexus virilis. Deniq; concupiscentiæ &stimuli carnis quandoq; oriuntur ex causa naturali seu interiori atq; spontanea, quia &si dæmones non essent neq; tentarent, adhuc homines sustinerent huiusmodi motus. Aliqñ vero oriuntur ex causa extrinseca,hoc ẽ, ex dæmonum suggestione, siue ex humana instigatione, vel exteriorum obiectorum impressiõe. Et qualitercunq; oriantur concupiscentiæ& stimulationes istę in homine, debet eis vnusquisq;,potissime religiosus,prudenter resistere,dissentire,imo&ne oriantur in se prouide præuenire, quantum sibi extat possibile,vitando,vt dictum est,causas&occasiones earum. Præterea multis modis resistendum ẽ eis. Primo per orationes assiduas atque feruentes.

Secun-

Secundo per frequentem præcordialem & compassiuam meditationem passionis dominicæ. Tertio per sapientialem considerationem quatuor nouissimorum, quæ qui quotidie diligenter attendit, varia euadit peccata. Qui enim quotidie pensat se moriturum in breui, atque perpendit districtionem diuini iudicij, acerbitatem quoque omnis infernalis supplicii, & inenarrabilia gaudia Paradisi cœlestis, faciliter potest abhorrere peccata & oblectamenta carnalia. Quarto omnem ociositatem & loquacitatem vitando, seque viriliter occupando in actibus bonis. Quinto omnem gulam atque conuiuia fugiendo. Sexto vtractum est vitando ea ex quibus nascuntur concupiscentiæ & stimuli carnis, videlicet incautum & libidinosum aspectum, turpem imaginationem, cogitationes immundas, tactus, amplexus & oscula, atque similia libidinis incitamenta. Estque tentationibus & concupiscentiis carnis statim in principio cum cœperint surgere, resistendum. Et debet se homo auertere ab intuitu, imaginatione & consideratione obiectorum & incitamentorum actuamque carnaliū, Affectiones nanque & concupiscentiæ ex aliqua præuia cognitione nascuntur, cum obiectum appetitus sit, bonum cognitum. Cum igitur cœperit quis sentire in se ortum alicuius concupiscentiæ aut sensualis amoris vel stimuli carnis, protinus se conuertat ad orationes, ad meditationem dominicæ passionis, ad memoriam nouissimorum, & ad cætera remedia, cōtra concupiscentiā & vitia carnis valētia,

Hoc quoque sciendum, quod non solum consensus in opus obscœnum, sed etiam consensus in delectationem, est mortale peccatum. Similiter delectatio morosa in cogitatione seu apprehensione consistens. Hinc Augu. valde admonet religiosos, vt oculos suos non figant in aliquam fœminam. Et dominus ac saluator, Matt. 5. cap. contestatur: Qui viderit mulierē ad concupiscendum eam iam mœchatus est eam in corde suo. Subijciendus est ergo sensitiuus appetitus ratione, vt nil appetat nisi secundum rectæ rationis imperiū ac dictamē:

¶Quam charitatiue patienter & gratanter suscipienda sit paterna ac fraterna correptio atque correctio. Articulus. XXXVII.

AD proficiendum in vita religiosa valde salubre & vtile, imo & necessarium est, paternas & fraternas increpationes ac admonitiones libenter accipere, debitam quoque correctionem cum contritione & humilitate amplecti, quia in multis, offendimus omnes, cum & iustus septies in die cadat. & vniuersæ iustitiæ nostræ sint quasi pannus menstruatæ, nec numerare valeamus peccata, quæ omni die incidimus, non solum peccata commissionis, sed etiam omissiōis. Quæ tot & tanta sunt, q̊d ea pro maxime parte nescimus, neque aduertimus. Propter quod vir sanctus. Psal. 18. clamauit: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me domine. Cum ergo peccata sint vulnera animæ & læsiones ac maculæ eius, imo & spiritalis mors vel dispositio ad eandem, quid tam insensatum ac fatuū

quid,

quid tam iniustum ac improbum, sicut corripi ac corrigi nolle? Cum paterna seu fraterna correptio non sit nisi saluberrima medicina ad curandum peccata praeterita, ad pessundandum praesentia vitia, atque ad praecauendum futura. Ideo cum omni gratiarum actione est correptio illa suscipienda, praesertim a praesidente, deinde a cófratribus & consororibus vniuersis, & non solum verbalis correptio, sed etiam realis correctio à praesidente. Et certe qui prosuis peccatis veram habet contritionem & propriã agnoscit, miseriam, defectuo sitatem & culparum suarum congeriem, non aliud optat in pręsenti vita, nisi reprehendi, & castigari, Ideo istud est signum verae humilitatis & saluberrimae contritionis. Porro qui reprahendi & corrigi dedignaẽ, qui metuit increpari uituperari accusari, hũiliari q refugit, superbiã, insipiam & vanitatẽ suã demõstrat. Qui vero increpantem & corrigentem contemnit, diiudicat aut dure alloquitur aut ei irascitur, detrahit, indignatur, vel contra ipsum amaricatur, similis est phrenetico. Nec oui, quae transit sub baculo sui pastoris, sed cani & lupo remordendi reste assimilaẽ. Praeterea dato q̃d qs imun⁹ sit à pctõ quod ei obijciẽ, tñ ꝑpter alia pccã sua innumerabilia & occulta, debet increpationẽ & disciplinam, gratanter suscipere, imo & si nulli subesset peccato. Quia correptio ista non solum est peccati medela, sed etiam cautela contra peccata futura, & via promerendi gratiam ampliorem, saluberrima quoque exercitatio ad patientiam obtinendam & ad frangendum

dum ac superandũ seipsum, ideo eam diligere & amplecti, signum est veræ sapientiæ, humilitatis & contritionis. Hinc diuina scriptura, præsertim in libris sapientialibus, copiosissime ac specialissime admonet non solum religiosos, sed etiam vniuersos fideles ad exhibendum aliis & ad suscipiendum ab eis correptionẽ, Nẽpe in primis virtus & sapientia dei patris Christus domius in Matt. 18. ca. iubet, Si peccauerit in te (id est te sciente) frater (id est, proximus) tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. Hinc & Salomon in. Prou. ca. 12 ait: Qui diligit disciplinam, diligit & sciãm. Qui autẽ odit increpatiões insipiens est. Et rursus Prou. 15: Qui abiicit disciplinam, despicit animam suam. Qui aũt acquiescit increpatõibus, possessor est cordis. Qui aũt illusor est, non audit cũ corripitur. Iterũq; in Prou. 9. cap. protestatur. Argue sapientẽ, & diliget te: doce iustũ, & festinabit accipe. Vero qui corripientẽ dura ceruice contẽnit repentinus superueniet ei interitus, Præterea, Ecci. 19. cap. scriptũ est: Corripe amicũ, neforte non intellexerit & dicat, non feci: aut si fecerit, ne iterum addat facere. Quam bonũ est arguere q̃ irasci? q̃ bonũ est, correptũ ostendere pœnitentiã? Sic em̃ effugiet peccatũ Qui odit correptionẽ, vestigiũ est peccatoris, qui aũt timet deũ, cõuertetur ad cor suũ. Hoc demũ sciendũ, q; correptio delinquentis vno modo est actus charitatis, & ita pertinet ad superiores & æquales ac inferiores. Alio modo est actus iusticie & ita pertinet ad superiores ac præsidentes ad quos etiam spectat correptioni correctionẽ adiicere, dũ

ijcere, dum ratio id requirit. Corripiendus est aūt peccans, non ex pturbatione, crudelitate, odio aut impatientia, neque aliqua vehementia passionis, sed ex charitate, iustitia, discretione, pietate & cōpassione, ita vt ipse corripiens propriæ infirmitatis sit memor, & ita conetur delinquentē curare, vt nec se ipsum per irā, impatientiā aut passionem aliam lædat, nec correptum ad grauiorem inducat ruinam. Hinc ait Isidorus: Qui delinquentem superbo aut odioso animo corripit, non emendat, sed percutit: Quicquid indignans aut proteruus protulerit animus, furor est obiurgantis, non dilectio corrigētis. Quicquid lacerato animo dixeris, punientis est impetus, non charitas emendantis. Veruntamen eodem protestante Isidoro, qui blando verbo castigatus non emendatur necesse est vt acrius arguatur. Et qui secrete admonitus se corrigere negligit, publice arguendns est. Et vulnus quod occulte sanari non potest, debet manifeste emendari. Manifesta quoque peccata non sunt occulta correctione purganda. Hinc apostolus .1. Timoth. 5, ca. iubet, Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant: Sed vt Antisiodorensis scribit in summa sua, paucissimi præceptum istud fraternæ correptiōis adimplent. Et in hoc. Hi qui præsunt damnabilius negligentes existūt. Verum quoniam sanctis doctoribus. Ambrosio. Crhrisostimoque testantibus, indigni sunt alios iudicare atque

corri

corripere,qui in eisdem aut maioribus sunt peccatis,ideo qui præsunt,debent seipsos in primis corrigere,& irripræhēsibiles exhibere, ne eis valeat dici illud Lu.4.cap,Medice,cura tiipsum non doces. Et illud Apostoli:ad Roma.2. Qui alium doces, teipsum non doces: Debent quoq; qui præsunt,in correptionibus & correctionibus suis circa subditos,vti grandi discretione, & misericordiam iustitia contemperare.

¶De taciturnitate seruanda, & loquacitate vitanda. Articulus.38.

Q Vemadmodum libri sapientiales specialiter exhortantur omnem hominem ad suscipiendum æquinanimiter correptionem & correctionem pro suis peccatis, ita specialiter ac diligētissime,imo et frepueutissime admonēt oēm fidelem ad refrenandum propriam linguam,& ad indesinentem custodiam oris sui,ita vt non nisi fructuosa & ædificatoria verbe loquatur,seq; à multiloquio reprimat.Deniq; quantum vitanda sint verba ,vitiosa,vtpote mendosa, detractoria, pungitiua irrisoria, contentiosa & seminatiua discordiæ, Christus breui sententia sipud Mat.12.cap,pandit inquiens:De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines,reddēt retionem in die iudicij. Hinc Salomon loquitur:in Prou.21.cap,Qui custodit os suum,custodit animam suam,qui autem inconsideratus est ad loquendum,sentiet malū. Qui moderatur sermones suos,doctus et prudens est,Stultus quoque si tacuerit,sapiens reputabitur.Qui cu

stodi

stodit os suum & linguã suã, custodit ab angustijs animã suam. Stultus aũt verba multiplicat. Quia in multiloquio peccatum non deest. Sicut vrbs patens & absq; muroꝝ ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spũm suum. Vidisti hominẽ velocem ad loquendũ, stultitia magis speranda est quã illius correctio. Hæc omnia Salomonis sunt verba. Ex quibus docemur, quanta sit insipientia loquacium, & quanta dãna animæ suę incurrat hõ ex incustodia linguæ suæ. Hinc quoq; in Ecclesiastico scripta sunt multa per diuersa capita videlicet. Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam, & est odibilis, qui procax est ad loquendũ. Qui multis vtit verbis, lædit animã suam. Vbi non est auditus, nõ effundas sermonẽ. Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Cũ igitur refrenatio linguæ sit tam necessaria ad salutem, tanq̃ fructuosa & cõmendabilis, & incustodia eius tam periculosa nociua atq; dãnabilis, hinc sancti p̃res inter obseruantias regulares pręcipuas cõstituerũt obseruationẽ silentij, vt religiosi nõ nisi certis horis, & de licentia sui superioris loquãtur. Hinc beatus Hieronymus in regula sua ait, Illud ap̃li Iacobi cap. 1. in corde vestro millies repetat̃ in die. Si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam, suam sed seducẽs cor suũ, huius vana est religio. Religio igit̃ sancta non p̃ot inesse loquacibus, qui ab inutilibus verbis abstinere nõ p̃nt. Et hoc sancti patres edocti, in heremo cũ summa diligẽtia obseruãt sancta silentia, tanq̃ sanctę cõtẽplationis subsidia. Plures

vidi

qui cum viro, velum in fenestula tractum,mutuum aspectum impediat. Hæc Hieronymus. Sanctus quoque Augustinus inquit, Silentium ô fratres charissimi vobis summe necessariũ est, Qmoe verbum quod non ædificat, in periculum vertitur dicentium atque audientium,Lingua vestra rationem sequatur,non voluntatem .Non enim solum debemns oculos clausos tenere,sed & linguas infrà dentes seruare illæses. Vanus sermo, vanæ conscientiæ iudex est.

¶ Quam fideliter debeant fratres & sorores laborare,& laborando orare, & de loquacitate in laboribus vitanda. Artucilus.XXXIX.

HOc plurimũ cõsolať religiosas personas de laborib⁹ suis viuentes quod ait propheta: Labores manuũ tuarꝝ mãducabis,beat⁹es& beue tibi erit. Verum sunt multi, qui pro proprio cucro & commodo sortius instantuisque laborãt, puam pro bono & emolumento communi:quia in eis plus regnat caualis affectip, quam spiritalis dilectis,& improbus amor sui,quam charitas com munitatis & dei. Quocontra sanctus Augustinus ait in regula sua. Nullus fiibialiquid operetnr ,sed omnia opera vestra invnum fiant maiori studio& & frequentiori alacritate, quam si vobis singula fa ceretis proprio.Charitas nanque, quæ sua sunt, sic intelligiť,si cõmunia ꝓpriis,nõ propria cõmunib⁹ anteponãť.Ideo q̃nto ãpli⁹ rem cõem q̃ vestrã ꝓprie curaueritis tãto plus vos proficere noueritis

Hæc

rantium dicat deuote orationem dominicam cum salutatiōe angelica. Et deinde teneatur adaliquan tulum tempus silentium, quousque præsidens aut senior dicat, Bñdicite. Et infra tempus illius silentij mens dirigatur ad deum. Hinc Cassianus ait in libro deinstitutis patrum, quod fratres egressi ad necessaria opera, talit̃ ea expleuerunt, quod nulla penitus inter eos collocutio tenebatur. Sed sic compleuit vnusquisque opus suum iniunctum, quod interim de scripturis sacris aliqd meditabatur, aut orationibus insistebat, & nullam temporis partem infructuose expendit. Nec licuit vni alium tenere cum manu, seu manus inuicem sibi inferre· Quod etiam in regula sancti Pachonij diuinit' iussum fuit

¶Qualiter personæ religiosæ debeant exercitia sua sapientialiter ordinare ad perfectionē. Art. 40.

SIcut beatissimus pater Anthonius docuit, nulla virtus tam compēdiose ducit hominem ad veram perfectionem sicut discretio. Exercitia aūt religiosorum sunt triplicia. Nam quædam sunt omnino exteriora & corporalia, vt ieiunia, vigiliæ abstinentiæ disciplinæ, & manuales labores. Alia vero eorum exercitia sunt penitus interiora & intellectualia, vt meditari contēplari, mentalit̃q; orare, & deū laudare atq; diligere, credere et sperare ī eū. Sūt quoq; alia eorum exercitia, quę inter p̄fata se hn̄t medio mō. Sunt em̄ interiora, & tn̄ ad reformationem passionū animæ pertinent, quæ passiōes in appetitu sunt sensitiuo. Exigit ergo vera discretio, vt exercitia illa exteriora & corporalia, cū sint infima or

u dine suis

dinent ad reformationē passionum appetitus sensitiui: Quia ad hoc debemus ieiunare, abstinere, vigilare, & corpa nostra per disciplinas atq; labores affligere, vt sensualitas & sensitiua pars animę cum motibus & affectiōibus suis plene subijciant imperio recte rationis ac pceptis legis diuinæ & ordini charitatis. Hoc est, vt cōcupiscētiæ & delectatiões sensuales, carnales amores, timores, ac cæteræ passiones, vt; ira, tristitia, cupiditas, per rationē & p virtutes morales refrenent ac rectificent, ita vt nō afficiamur nec moueamur ad aliq̄ rem tēporalē, sensibilē aut carnalem, nisi secundū q̄d dictat ratio recta, & docet lex diuina, & charitas dei reqrit: nec alit delectemur, cōtristemur, irascamur, aut timeamus de q̄cunq; re terrena carnali aut sensitiua. Insuper ista passionū reformatio, est ordinanda ad perfectā reformationē ac veram perfectionē ratiōis seu intellectus ac voluntatis, puta ad hoc, q; deum altissimū & æternum pura ac stabili mente cōtemplemur eūq; feruide diligamus, diuinā scripturam intelligamus, sicq; æterna, cælestia ac diuina syncerit meditemur, & ea feruent amemus, In cōtēplatiōe em̄ et dilectione dei consistit, tota perfectio nostra. Ideo omnia alia debemus ordinare ad cōtemplationem dilectionemq; dei omnipotentis, q est summa & inuariabilis veritas, æterna quoq;, pura, infinitaq; bonitas, à cuius contēplatione & dilectione impediunt mentē passiones animæ, nisi refrenatæ sint ac reformatæ. Qui em̄ impatiens est, iracundus, libidinosus, cupidus, voluptuosus seculariter

riter triftis,carnalit timidus, aut fimilibus paffioni bus aut vitijsfubditus,nõ eft aptusad cōtēplationē & dilectionem fupermūdiffimi dei. Itaq; q corporalit fe exercet& affligit ieiunijs,abftinentijs,vigilijs,difciplinis,laboribus,& intus nō ꝓficit in reformationibus paffionū,in expurgatiōibus vitiorū in humilitate,patientia,māfuetudine,fobrietate,caftimonia,puritate,ftulte inaniterque laborat, et fimilis eft ei,q terrā laboriofe arat ac feminat, & tñ nūq̄ colligit fructū.De hoc Eufebius Emiffenus in fuis homelijs pulcherrime ac fapiētiffime loquitur: Non nobis fufficere credamus, q; in hac virtutum fchola nos credimus & cernimus cōgregatos, nifi in ipfis virtutibus q̄tidie ꝓficiamus. Quid enim prodeft nobis fecretum huius habitationis, quando tyrannico dominatu malitia in nobis regnat, qñ ira fupereqtat aut impatiētia exagitat, qñ maiorē metū incutit nobis humanus oculus q̄ diuin⁹, quando nos extra mundū effe nō credim⁹ aut tenemus?Ideo fratres videte vocationem veftrā. Venire ad clauftra feu cōgregationē fummę perfectionis initiū eft:fed in clauftro aut cōgregatiōe nō pfecte viuere,fūma dānatio eft.Quid ꝓdeft fi locus quietus tantum corporaliter teneat, & inqetudo in corde verfetur? Quid inquam prodeft, fi in habitaculo filentium fit, & in habitatoribus vitiorū tumultus & colluctatio paffionum? Non ad carnalem requiem,non ad vanam fecuritatem,fed ad præliandum contra paffiones & vitia, ad iftum conuenimus locum,vt peccata linguæ vincamus,

re temporali danda, quæ mētis puritatē perturbet ꝓueniat. i. receptionē personę præcedat. Apud Isa. cap. 33. Beatum sapientia clamat qui excutit manus suas ab omni munere. Et in. Ecc̄o. 15. ca. Qui post aurum non abijt, nec sperauit in thesauris pecuniæ, quæ subuertit verum iudicium animæ. Hæc Hiero. Insuper papa Vrbanus quintus, tam districte & omnifarie prohibuit aliquid temporale peti à persona ingressum religionis petente, quod eius prohibitio palliari non potest, nec excusare se potest aliquis ab obseruantia eius. Iussit nanque vt nec ante receptiōem, nec in receptione, neque post receptionem aliquid exigatur, & vt nullo colore nulloq; modo sub paupertatis prætextu fiat exactio aut pactio de aliquo temporali dando. Constitutionem aūt hanc Vrbani papę successor eius. Gre. vndecimus confirmauit. Hinc quoque in statutis Carthusiensis ordinis dicitur, A nouitio, id est, ab eo qui recipi petit, aut ad nouitiatum seu probationem receptus est, nec vestis nec aliud exigatur Si prior exegerit, sit extra sedem suam quadraginta diebus & noctibus, & totidē sine misericordia faciat abstinentias. Si procurator vel alius exegerit, sit nouitius per quadraginta dies, & totidē in cap. recipiat disciplinā. Prioratum quoque prior, & ꝓcurationem procurator amittat, si eis scientibus exactio iam venit ad effectum. De hac materia alibi scripsi plenius. Denique quantæ detractiones & temeraria iudicia diuersaque scandala oriantur quotidie ex practica illa quorundā religiosorum peri-

 culosa

culosa, qua vel directe ł indirecte, vel per se vel per alios aliquid petunt à persona recipi postulante, experientia docet, & ex ea sanctę religioni detrahetur pusilli scandalizantur, pauperes quocꝫ à religionis ingressu impediunť, nec species mali vitať propter quā vitandā asserit sanct⁹ Tho. in quotlibetis suis quod saltem ante receptionē personæ nihil sit exigendū Insuper non sufficit ad salutē nihil exigere, sed corā deo requiriť etiam nil temporale pro receptione personę intēdere: hoc est, nō accipere personā intuitu aut spe alicuius rei tēporalis dandæ ab ea, quia hoc esset Simonia intentionalis. Quā solēt incurrere illi, qui personā accipiunt absꝗ prçuia pactione, tamē si infra annū ꝓbationis viderint se nihil tēporale, prout sperabant, adepturos ab ipsa, expediūt se ab ea & quærūt occasionē qua eā egredi faciāt, nec ad professionē admittāt: quod impiū est corā altissimo, quē nullus irridere potest aut fallere. Religiosæ ergo ꝑsonę, q̄ seme ꝓpter deū oīa tēporalia relinquerunt, nequaquam rursus tantis se inuoluant periculis propter temporalia semel amore dei contēpta, præsertim cū non solū ad meliorē, sed itē ad tutiorē viā sint obligati, prout in summa sua Antisiodorensis fatetur.

¶De temerarijs iudicijs, suspitionibus, detractionibus, contumelijs, seminationibusque discordię penitus euitandis. Articulus XLII.

CHrūs ī Euā. Ma, 7. Nolite, ī q̄ iudicare, i. īcaute iudicādo aliquē re ꝓbare aut malede eo sentire, & nō iudicabimini iudicio re ꝓbatōis

Cum

Cum igitur proximus, etiã qui peccauit, omni possit momento tangi à spiritu sancto & pœnitere, stultũ est eum absolnere seu penitus reprobare aut condemnare. Sũt tñ aliqua facta q̃ bono nequeunt animo fieri, nec valent à mortali vitio excusari. Et de talibus possimus iudicare qđ praua sint, & quod faciens ea sit impius quam diu ea exercet aut exercere intendit Sed quia aliorũ intentio nobis incognita est, de ea iudicare non possimus, nisi inquantum ostendit nobis per verba & facta. Aliũ ergo iudicare non possimus certitudinaliter esse iniquum, nisi dum eũ in actu vitioso vel in omissiõe debiti actus conspicimus. Qualis vero sit postea, non scimus ꝓ certo, Ideo de absentibus & de is quos non scimus esse in actu peccandi, vel realiter in omissione debiti actus, non præsumamus certitudinaliter iudicare ꝙ mali sint. Nec de is quos ꝓ nũc scimus eẽ iniq̃s, audeamus iudicare ꝙ iniq manebũt, qa nescimus quales futuri sint. Cũ itaq; possit hõ tã multipliciter errare, deuiare, peccare & pclitari iudicãdo de mortuis, ideo Chrũs saluberrime docuit nos vt non iudicem⁹, qa p hoc varia pcula & pctã euadim⁹. Hinc & S. patres in eremo & oẽs veri religiosi ac timorati & sapiẽtes, maxime horruerũt iudicare de alijs. Vñ mõstraťq̃ insipiẽtes inimorateq; ac stolidę sint religiosę psonę, q̃ tã pcliues & ꝓnę sunt alios iudicare, nõ solũ cõfratres & cõsorores, sed & supiores suos ac iudices, qđ ẽ valde ꝑ uersũ & ieffabiliť piculosũ, imo qdã sũt ita puersi & malitiosi, ꝙ discussiõe ꝓpriç cõsciẽtię derelicta, ex proppsito obseruãt defectus & opera

 aliorum

aliorum:& ea quę possunt interpretari in melius, in terpretantur in peius, imo & ea de quibus certi nō sunt quo animo facta sunt, iudicant quasi sciāt quo animo facta sint, cum tamen religiosa persona nō debeat nisi seipsam indesinenter obseruare. diiudicare & castigare. Tales ergo curiosi, vani ac fatui homines, in periculo atq; damnabili statu sunt, Ideo resipiscant, & patrocinentur in propria causa, & quæ deus requirit ab eis, cogitent semper. Præterea sępe contingit quod quanto religiosi minus indigent se occupare circa prouisionem domesticam & circa exteriora negotia ardua, tanto facilius occupent se cū temerarijs iudicijs, vanis suspicionibus, illicitisq; fabulationibus de proximis suis. Quod faciunt hi, qui nō aduertūt quotidie ad quāta se obligauerunt in sua professione, & quantū deficiunt à suę professionis impletione, quā grauiter ac multipliciter peccent quotidie, quā metuendū iudicium immineat eis, nec curant quotidie debite proficisci in via monasticæ conuersationis, atq; cū reuerentia condigna & puritate interna in diuinæ maiestatis pręsentia ambulare: sed superficiales, intimorati, remissi ac leues sunt, cancrisantes magis quam progredientes, cum tamē religiosus teneatur in via virtutum quotidie crescere, & vere perfectioni appropinquare. Insuper aduertendū, quod suspitio ē æstimatio seu opinio mali de alio, ex leuibus causis & signis pcedens. Et suspicio ista interdū pcedit ex malitia suspicantis, qui propriæ malitię cōscius sibi, omnes æstimat tales qualis est ipse. Secundo, p cedit-

cedit ex experientia quadã, Iccirco secundũ Aristotelẽ, 2. Rethoricæ: Senes quidã sunt magis suspiciosi, quoniã plura experti sunt. Et ista suspicio ex experientia nascens, est minus culpabilis, in quantũ certitudini magis ꝓpinquat. Est aũt triplex gradus suspitionis. Primus, dũ quis ex leuibus signis & causis incipit dubitare de virtute & bonitate alterius, & hoc est veniale peccatum.. Secũdus gradus est, dũ quis ex leuibus causis & signis pre certo reputat alium eẽ malũ, & hoc est mortale pctm̃, qñ malũ ꝙ imputat alteri, est mortale. Tertius gradus est, dũ qs ex tali suspitione ꝓcedit ad punitionẽ alteri⁹: & hoc est grauius, q̃ solũ sentire malũ de ipso. Ex his valpe timendũ videtur, quod qdã religiosi frequenẽ mortaliter peccant in suspicionibus suis, qui ex leui occasione suspicantur mala de proximis, quod est valde vitandũ. Et ista vitia eis contingunt, qui ꝓpria peccata non pensant nec ponderant, sicut deberent, ideo quanto immoderatius occupant se circa alioꝝ obseruationem, dijudicationem & discussionem, tanto negligentiores & excæcatiores sunt circa proprij cordis custodiam ac propriæ vitę examinationẽ. Sicq; inaniter cõplacẽt sibi, & stulte audaces sunt atq; ꝑcipites ad fabulandũ ac iudicãdũ de alijs, ꝙ totũ est cõtra rationẽ ac proprietatẽ, veri religiosi. Iccirco paulatĩ ad grauior a labunturq; frequẽter ad verba detractiõis prosil ũt, & ita spiritaliter interimũt semetipsos, & eos q verba conlibenter audiũt, aut nõ resistũt, neq; dissentiũt. Aliq̃ñ etiã in ꝑsentia ꝓximi proferũt verba iniuriosa de ipso

quod

quod vocatur contumelia. Sed ex istis sequitur seminatio discordiæ, suntque vitia ista valde enormia & plus quam mortalia. Detractio namque est grauius vitium quam furtum & rapina. Et sicut rapina est grauior culpa quam furtum, in qua tamen raptor maiorem irreuerentiam & contemptum irrogat ei cui violenter ac publice rapit sua, sic contumelia est enormius vitium quam ipsa detractio. Quoniam contumeliosus qui alteri in faciem iniuriatur per verba, maiorem irreuerentiam & aspernationem infert eidem, quam detractor qui nocet occulte. Porró seminatio discordiæ omnibus vitijs iam præfatis est grauior, quoniam maximum aufert bonum, videlicet charitatem, pacem concordiam. De his modo pertranseo, quia in alijs opusculis, prefertim in sermonibus pro religiosis, plenius inde conscripsi. Ex his igitur innotescit, quam necessaria sit religiosis refrenatio linguæ, custodia cordis, modestia quoque in actibus exterioribus & morum honestas. De præinductis materijs multa in regula sancti Basilij continentur, vbi sic quæritur; Qui detrahit fratri aut audit detrahentem, & sustinet, qua dignus est pœna? Respondet Basilius: Et in hoc manifestum est iudicium iracundiæ dei, quæ facta est super Mariam quæ detraxit Moysi, cuius peccatum, nec ipso Moyse, pro ea rogante, deus inultum esse permisit. In eadem regula ait sanctus Basilius ad interrogationem, qua quæritur, vsque ad quam mensuram sermo iudicatur ociosus: Generaliter omnis sermo, qui non proficit ad aliquam gratiam aut profectum fidei Christi,

sti, ociosus est. Et tantũ est talis sermonis periculũ, vt etiam si bonũ esse videatur quod dicitur, ad ædificationem tamen nõ pertineat fidei, non effugiat periculũ culpę q protulit illud, sed in eo q sermo ꝓlatus nõ proficit ad ædificationem, contristet spm̃ sanctũ. Hoc em̃ manifestat apostolus ad Col 4. ca. dicens: Omnis sermo malus de ore vestro nõ ꝓcedat, sed q bonus est ad ædificationẽ fidei, vt det gratiã audientibus. Super qđ addidit: Nolite cõtristare spm̃ sanctũ dei. Amplius in pręfata regula quęritur, an ex corde licet ridere? Respõdet Basilius: Cũ dñs condẽnet eos q nunc rident, dicẽdo apud Lucã. 6. ca.: Væ vobis q nunc ridetis, manifestũ est q nunq̃ sit tẽpus ridendi fideli aĩæ, maxime cũ tã multi sint q deũ q̃tidie tã grauit̃ inhonorent, & mandata eius transgrediant̃ peribũt atq; dãnabũtur, pro qbus vtiq; contristari indesinenter cõuenit & lugere. Hinc ẽ q; S. Hieronimus in regula sua ait: Dũ charitas vos cõuenire facit, nõ sit inter vos fęminalis abusio, vt vndiq; cachinnis & vocibus aera sonent, & audientiũ aures terreant præ strepitu, sed cũ omni modestia state: & vna loquentæ, taceant cæteræ, nec vna vocẽ alterius ex auiditate loquẽdi interrũpat. Ipsa demũ q̃ loq̃tur, non ꝑsumat modũ excegere. Hinc denuo ait gloriosus Hieronimus: Inter vos nunq̃ disputet̃ de vita alteri⁹, maneat diuino examini oẽ iudiciũ, pctã vr̃a cognoscite, ꝓprias culpas deflete, vosipsas existimate oĩb⁹ eẽ peiores, si quẽ alicui detrahentẽ audieritis, ꝓcul fugite, & dimittete eũ tanquã serpentem. Nolite instar muliercularum quarundã

rundam esse garrulæ, nec secreta pandatis: sed cum sponso cęlesti mentem vestram iugiter occupare.

¶De quibusdam generalibus saluberrimis documentis Articulus, 45.

MVlta sunt præclarissima apostolorum sanctissimorum documenta, potissime Pauli Quæ q̃uis ad vniuersos pertineant Christifideles, maxime tñ ad religiosas p̃sonas, ideo seruide ac frequẽter proponenda sunt eis à superioribus suis, vt est illud, quod Rom. 12 cap. scribit Apostolus: Obsecro vos per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequiũ vestrũ Nolite conformari huic seculo, sed renouamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit volun- dei. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem p̃uenientes spũ feruentes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, Benedicite persequentibus vos, benedicite, & nolite maledicere. Idĩ psum inuicem sentientes, non alta sapiẽtes, sed humilibus consentientes, Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona nõ tñ coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, q̃d in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habere. Non vosmetipsos defendentes charissimi. Noli vinci à malo, sed vince in bono malũ. Tale est quoque q̃d ad Ephesios 4. cap. scribit Apostolus: Obsecro vos in dño, vt digne ambuletis vocatione quã vocati estis, cum omni humilitate et mãsuetudiue,

cum

cum patientia supportrantes inuicẽ in charitate,so
liciti seruare vnitatẽ spũs in vinculo pacis. Estote
inuicẽ benigni, misericordes, donantes inuicẽ, sicut
deus in Chr̃o donauit vobis, Estote imitatores dei
sicut filij charissimi, & ambulate in dilectiõe, sicut
& Christus dilexit vos. His & consimilibus docu-
mentis & exhortationib⁹ plenæ sunt epistolæ Pau
li, epistolæ quoq; beatissimi Petri, Iohannis, Iacobi,
& Iudæ apostolorũ, quas hi qui p̃sunt religiosis aut
alijs, p̃nt sibi colligere atq; memoriæ cõmendare,
ac sibi cõmissis vberrime inculcare Insup instruen
dæ sunt religiosæ p̃sonæ, vt deo adhæreant ac mi-
nistrent, non ex seruili timore, neq; principalit̃ intu
itu præmij seu amore mercedis, sed ex pura ac fer-
uida charitate intantũ vt fateant̃ & sciant omnem
honorẽ, cultũ & seruiturẽ, quos offerunt deo, nul-
lius esse momenti respectu seu cõparatiõe infinitæ
honorabilitatis & excellenciæ dei: qui in ĩfinitũ ma
iori est dignus honore, q̃ ei à cunctis pariter creatis
possit impendi. Hinc ad q̃stionẽ qua q̃ritur, quali
affectu debet quis deo seruire, respondet Basilius:
Affectũ seu animum bonũ esse arbitror, dum vehe
mens inexplicabile atq; immobile desideriũ placen
di deo inest nobis, ita vt dicere valeamus illud Psal,
41. cap. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum,
ita desiderat anima mea ad te deus. Et cum tali af
fectu oportet nos deo seruire, implẽtes illud Apo
stoli ad Roma. 8. capite. Quis nos separabit a cha-
ritate Christi, admonendæ sunt quoque, vt ea quæ
in generali capitulo atque in actu visitationis ord
nantur

nantur & instituuntur, diligentissime seruent. Ministri quoque in hoc seipsos exhibeãt exemplares, ea omnia plenarie adimplendo, quæ ipsorum officia aut personas concernunt. Amplius exhortandę & inflammandæ sunt personæ tertij ordinis vt ad opera manualia proni & alacres sint iuxta prælibita, & ne hi qui fortius operantur ac plura lucrantur, de hoc vnquam extollantur aut inaniter glorientur, nec eos qui minus lucrantur & parum aut nihil laborant despiciant, nec aliquid plus requirant sibi dari, nisi aliũde ex rationabili indigerent causa. De hoc sancti patres. Augustinus. Basilius. Bene, ac alij personas ordinum suorum diligenter edocuerunt, Denique quam libenter & fortiter personæ de tertia regula debeãt laborare, ipsęmet merito debẽt ppẽdere ex hoc, quod specialis institutor & promus eorũ ardentissimus seraphicusq; Franciscus, ait In regula sua. Fratres, quibus dominus dederit gratiam laborandi, laborẽt fideliter & deuote, ita quod excluso ocio inimico animæ, sanctæ deuotionis & orationis spiritum non extinguant, cui deuotioni debent omnia temporalia deseruire. Deinde in testamento suo fatetur, Et ego meis manibus laborabã, & volo laborare, & firmiter volo quod omnes alij fratres laborent de laboritio quod pertinet ad honestatẽ: & qui nesciunt, discant, non propter cupiditatem recipiendi prætium laboris, sed propter exemplũ & expellendam ociositatẽ. Insuper quęstioni qua quæritur, an licet alicui vitare opus quod grauius esse videtur, respondet Basilius. Qui pure ac fideli-

ac fideliter diligit deũ & cert⁹ est de remuneratione eius futura, neq̃q̃ sibi sufficere putat iplere ea q̃ sibi iniũgent, sed maiora opera q̃rit nec vnq̃ securus est quasi satis laborauerit, sed solicit⁹ anxiusq; cõsistit, memor verbi Chr̃i d cẽtis, Lu. 17. Cũ feceritis omnia quæ p̃cepta sunt vobis dicite. Serui inutiles sum⁹, q; debuim⁹ facere, fecim⁹ Verũtamẽ facto signo aut pulsu ad obsequũ diuinũ, ab exteriori ope est cessandũ. Postremo vniuersis q p̃sunt, vigilanter pẽsanda est respõsio magni Basilij, q ad questionẽ, qua quærit, qd sentire debet de se is q p̃est dũ p̃cipit aliqd, ita respondet: Apud deũ sit sicut minister Chr̃i, & dispẽsator mysterioꝝ dei, timẽs ne p̃ter voluntatẽ dei vel p̃ter id q; in sctĩs scripturis euidẽter p̃cipit, aliqd dicat vel ip̃eret & inueniat tãq̃ falsus testis dei, aut sacrileg⁹, vel inducens alienũ a doctrĩa dei, vel certe tãq̃ omittẽs aliqd siue p̃teriẽs eorũ q̃ deo sunt placita. Porro ad fratres debet esse tanquã nutrix fouens paruulos, parat⁹ eis cõmunicare nõ solũ Euangeliũ dei, sed etiã animã suã, memor præcepti dei ac domini nostri, dicentis in. Ioan. 13. cap. Mandatũ nouũ do vobis vt diligatis inuicẽ, sicut dilexi vos. & Ioan. 15. cap. Maiorẽ dilectionẽ nemo habet, quã vt animã suã ponat quis pro amicis suis. Sic itaq; in schola virtutũ, hoc ẽ, i claustro seu cõgregatiõe, q; est schola cęlestis magisterii, oẽs parit̃ p̃ficere, atq; ad sctãm p̃fectionẽ p̃tingere innitamur, vt p⁹ incertissimę vitę hui⁹ curriculũ ĩgredi valeam⁹ cęlestis paradisi palatiũ. Ad laudẽ & gl̃iã oĩpotẽtis q est super oĩa deus sublimis & benedictus. Amen.

Questio de colo. vestiũ fratrũ & sororũ Ter re. S. F.

IN tertia regula beati Francisci legitur Fratres in super ipsius fraternitatis de humili panno in precio, & colore non prorsus albo vel nigro communiter vestiantur, nisi fuerit ad tempus in prę cio per visitatores de consilio ministrorum ob causam legitimã & apertam cum aliquo dispensatum. Clamydes quoque & pelles habeant absque scollatura &c. vt habetur supra in textu de fratrum & sororum vestimentis. Quæritur circa istũ texũ, vtrũ capitia fratrũ & sororum istius tertij ordinis indifferenter debeant esse etiam de humili panno, non prorsus albo vel nigro. Quidam arguunt quod nõ, quia capicium nõ exprimitur nominatim in textu regulæ. Etiam arguunt hoc de fratribus tantum intelligi, ꝑpter hoc ꝙ dicit in principio cap. Insup &c. Quædam nanq; congregationes sororũ istius tertij ordinis, q̃ multis annis portauerunt grisea capitia, miserunt illa ad tinctores, & fecerunt ea prorsus nigra quamuis tamen multæ congregationes & quasi maior pars illarum, cõnumerandi sorores Traiectensis diœcesis cũ Coloniensis, adhuc deuote grisea capicia portant vt honestatẽ decet, & humilitatẽ. Ad ista sic rñdet venerabilis & deuotus doctor religiosus frater obseruãtiæ primæ regulæ sancti cõfessoris Francisci. Viscerosissimi fratres, lectis ꝑsentibus necnon discussis videtur difficultas quedã de colore capitiam determinare ꝙ possint esse coloris alterius quam grisei. Nam deuotus frater & religiosus doctor Dionysius Chartusiensis, ad prę habita ita respondet, & scribit ad queque & dicit sic:
Inten-

Intentio beatiss. mi Francisci ista fuit, omnes ordinum suorum personas ad præcipuam humilitatē inducere, ideo eadem ratione qua expræssit, & vestes sint de humili panno in prætio, & colore non prorsus albo vel nigro, vtpote griseo, videtur intē disse atque insinuasse, quod capitia sint eiusdem coloris. Denicq; sicut exterioris tunica est vestis corporis, ita capitiū est vestis capitis. Ideo nomine vestis seu tunicæ, satis explicite designatur capitium. Et si intentio sancti Francisci fuisset, quod capitia essent alterius coloris quam tunica corporis, hoc (vt existimo) expressisset. Sed quod aliquæ personę seu sorores tertiæ regulæ faciunt capitia sua nigro colore perfundi, videtur quidam recessus ab ordinis sui simplicitate & humilitate, & ad quandā curiositatem pertinere. Præterea in dubijs elegenda est securior pars: imó secundum Augustinū mortaliter peccat, qui discrimini se committit. Ideo secundum Gulielmum Anthisiodorensem in summa sua, religiosæ personæ non solum tenentur ad partem meliorem, sed etiam securiorem. Securius autem est & magis consonum regulæ, vt capitia q̃ que sint grisea, sicut & reliquæ vestes forinsecus apparentes. Insuper quod de fratribus dicitur in regula de sororibus etiam, quantum ad colorem pāni, satis datur intelligi: imo per hoc q̧ regula ait, sorores etiam clamyde induantur & tunica de huiusmodi humili panno factis, satis euidentur exprimitur istud de ipsis sororibus. Postremo, quod sorores de tertia regula iam pariter commorantur in

x domibus

de hac ordinatissima distinctione, pulchri formiq; ordine & multiplici varietate ecclesiasticarum ptãtũ, authoritatũ aut dignitatũ tã in militanti q̃ in triumphanti ecclesia profundissimè tractat magnus Dionysius in libris suis de angelica & ecclesiastica hierarchijs. Etenĩ tertio de angelica hierarchia capitulo. Hierarchia, inquit, est sancta rationalium personarũ congregatio, per gradus & potestates atq; officia ordinate distincta. Nono quoq; eiusdẽ libri cap. A deo (ait) est institutũ, ut inferiores & superiores suscipiant illuminationes diuinas. Et rursus in eodẽ libro fatetur: Ordo hierarchiæ est, vt inferiores à suis superioribus purgentur, illuminentur, & perficiantur. Superiores uero purgent, illuminẽt atq; perficiant subditos sibi, sicq; om̃ia sub vno dominatore altissimo ordinate reguntur, dũ vnicuique præsidenti secundũ mensurã gradũ, & exigentiã suæ prælationis aut eminentię obeditur, propter quod hortatur Apost. 1. Cor. 14. Omnia honeste & secundũ ordinẽ fiãt in uobis. Hinc super angelicã hierarchiã magister Hugo de sancto Victore disseruit: Diony. Ariopagita ex philosopho Christianus effectus, diuinæ dispositionis ordinẽ in rerum omniũ gubernatione demonstrat, quoniã rationalẽ creaturã fecit deus suæ potestatis ac dominationis participẽ, cõstituens principatus & potestates, ac magistratus sacros in angelis atque & hominibus. Et hæc est rationalis creaturæ, celsitudo, ac dignitas ad miranda, qua dominatur ac præsidet in operibus sui factoris, accepta virtute ab ipso, & tenens potesta-

cum illo. Hinc quoque dominus Petrus de Aliaco in libro de ecclesiastica ptãte effatur: Chrũs ecclesiã suã instituit stantibus officijs, gradibusq; diuersis hierarachię distinctio iuxta illud Apostoli ad Ephe. 4. cap. Vnicuique nostrum data est gratia secũdũ mensuram donationis Christi, Iccirco varietas officiorum graduum statuum ac dignitum in ecclesia, non est principaliter ex institutiõe ecclesiæ, nec ex alicuius puri hominis authoritate processit. Vñ nec eam destituere potest. Præfata autem varietas ad sui decorem, ordinemque requirit quod inter authoritates & potestates ecclesiæ regitiuas, sit hierarchica subordinatio, & quod inter eas sit vna suprema, cui præ cæteris obedire oportet.

¶De materia & motiuo huius tractaculi. Articulus primus.


Ogauit me venerabilis & religiosus pater dominus Bartholomeus sacerdos, generalis minister fratrũ de tertia regula ordinis sancti Francisci in diocœsi leodiensi, vt ei cõscriberem qualiter & in quibus personæ ordinis sui teneantur plus obedire suo generali ministro, aut etiam visitatoribus suis quam proprijs ministris suis, eo quod non nulli ordinis sui ministri ex imperitia magis quam ex malitia putent ac dicant sibi fratres subiectos atque professos, magis sibi quam generali ministro obedire debere. Ad q̃d opinandum forsitan inducuntur ex hoc quod fratres eis commissi, eis directè & immediate obedientiam

tiam promiserunt, & obedientia illa essentialis est religioni eorum, ideo inseparabilis ab eisdem. Iccir co in præiudicium obedientiæ proprio ministro promissæ, non uidentur obligari plus obedire generali ministro quam ministro, prælatoque proprio. Itaque materia ista cæteros religiosos concernit, videlicet qualiter & in quibus fratres ac monachi magis sint obligati visitatoribus suis; aut supremo ordinis sui patri, quam inmediato prælato suo proprioue priori. Ideo intendo, quantum fons sapientiæ, dominus vniuersitatis conferre dignabitur, de hac ipsa materia diffuse qd scribere, vt possit & aliis religiosis de quæstione hac hæsitantibus deseruire. Veruntamen quia materia ista satis difficilis est atque subtilis, necesse est ad claram atq; resolutam eius dicussionem non solum sanctorum patrum, sed scholasticorum quoque doctorum introducere scripta.

¶ An fideles & religiosi pluribus potestatibus coordinatis, subiecti teneantur in omnibus obedire magis potestati seu prælato superioriquã inferiori proprio ac immediato prælato. Art. 2.

SIcut religiosi subduntur tam immediato suo prælato, puta abbati vel priori seu ministro q̃ visitatoribus suis & etiam generali totius ordinis sui prælato religioso, vt Cistercienses abbati Cistertij, & Carthusienses priori maioris carthusiæ, Religiosi quoque non exẽpti subiecti sunt episcopi. Sic sæculares laici, aut laici subditi sunt suo decano aut plebano, atque episcopo aut archiepisco

po. Conformiter fratres de tertia regula subdun- tur proprio suo ministro, & visitatoribus suis, & itẽ generali suo ministro. Porro laici seculares quã tum ad regimen spirituale, subdũtur spiritualibus suis prælatis, vt tactum est. Quantum vero ad regimen ciuile, subduntur secularibus potestatibus diuersis ac subordinatis, quemadmodum idem vir secularis subiectus est rectoribus ciuitatis seu domicello aut domino suæ villæ, & baliuo quoque & principe militiæ, ac duci seu regi aut comiti, & etiam imperatori. Vniuersi autem & singuli fideles tam spirituales quam seculares subiecti sunt summo pontifici, in quo continetur plenitudo vtriusque potestatis. Quæritur primo in generali, vtrum fideles qui pluribus potestatibus sunt subiecti, teneantur in omnibus obedire magis potestati superiori quam inferiori. Et videtur quod imo, primo, quia potestas superior inferiorem includit, & ei aliquid superaddit. Idcirco communiter dicitur, quod quicquid potest potestas inferior, potest & potestas superior. Secundo, quoniam Augustinus ait in libro de natura boni: Si quid iusserit curatus, nunquid faciendum est si sit contra proconsulem? Rursus si proconsul quid iubeat contra imperatorem non est obediendum proconsuli. Ergo oportet in omnibus magis obedire potestati superiori. Hæc quoque verba allegantur circa finem secundi sententiarum, atque in glossa super illud Roman. 13. Qui autem resistunt, damnationem sibi acquirunt. Tertio quoniam dominus Guilielmus antissiodorensis

odorensis affirmat in tertia parte summæ suæ: Regula est, quod dum duo sunt superiores, & præcipiunt contraria, maiori superiori obediendum est. In contrarium arguitur primo sic: Abbates non exempti, episcopis sunt subiecti, tamen monachi obligantur in multis magis obedire suo abbati q̃ præsuli, ergo non semper est magis parendum potestati superiori. Secundo, quoniam subditi episcoporum tenentur in multis casibus magis parere suis episcopis quam archiepiscopis, cum tamen archiepiscopi sint episcopis superiores. Tertio quoniam princeps militiæ est superior simplici patrifamilias, tamen filij in multis tenentur magis suo patri quam principi militiæ obedire, vt etiam 9. Eth. ait Philosophus. Quarto, quia potestas spiritualis est altior potestati seculari, ciuili, & tamen si princeps terræ præcipiat aliqua ad suã iurisdictionem pertinentia subditis suis, spiritualis prælatus nõ potest subditos à tali præcepto absoluere: sicq; in quibusdam magis obtemperandum est potestati seculari quam spirituali. Ad hanc quæstionem respondet sanctus Thomas in vltima distinctione super secundum sententiarum dicendo quod potestas superior & inferior habent se dupliciter, Primo quod potestas inferior in toto oritur à potestate superiori, & tunc tota virtus inferioris potestatis fundatur super potestatem superioris. Iccirco in omnibus magis obediendũ est superiori potesttati q̃ inferiori. & ita se habet ptãs dei ad oẽm ptãtẽ creatã, sic

x 4 quoque

nam habet authoritatē super vtramque. Vnde respectu papę, qui plenam habet potestatem in tota ecclesia generaliter verū est quod magis standum ē & obediendum præcepto superioris q̄ inferioris, Hæc Bonauentura. Pręterea ex his patet argumentorum contra hoc inductorū solutio. Ad primū nāque dicendū est, quod potestas absolute superiora qua omnino fluit inferior inferiorē perfecte includit, & potest quicquam potest inferior, in alijs nō oportet. Ad secundū iam patuit solutio, q̄m Augu. loquitur de potestatibus, quarum vna omnino dependet & fluit ab alia & in talibus magis obeditur in omnibus potestati superiori. Ad tertium respondetur, quod regula illa intelligenda est in casibus illis in quibus superiori præsidens superpositus est præsidens inferiori, vel quando tota authoritas inferioris a superioris fluit aut oritur Postremo q̄uis argumenta ad aliā partē inducta non sint cōtra solutionē prædinductæ quæstionis iam habitę, tamen pro eorū declaratiōe addendū est, quod monachus non exemptus, magis obligatus est obedire abbati q̄ præsuli in his quæ concernunt statū regulæ suæ. In his vero quæ ad ecclesiasticā pertinent disciplinam, magis tenetur obedire episcopo quam abbati: quia in illis abbas episcopo est subiectus. Insuper in his in quibus magis obediendum est episcopo quā archiepiscopo subditis episcopi, archiepiscopus non est episcopo superior, sed solum in casibus a iure determinatis, in quibus subditi ab episcopo ad archiepiscopū habent recursum. Sic & potestas

spiritua

piritualis est super ptātē secularem in pertinentibus ad animarum salutem. Et princeps militiæ est super milite m in bellicis rebus, nihilominus miles ille in rebus familiaribus atq; domesticis subiectus est & obedire tenetur parentibus.

¶De potestate & iurisdictione gñralis ministri fratrū de tertia regula, super fratres ordinis sui. Art. 5.

Q Va muis ex dictis in prçcedēti articulo possit trahi solutio ad quæstionem principalē in primo articulo introductā, tñ pro clariori solutione plenioriq; intellectu huius materiæ, descēdendū est ad particularia magis. Itaq; in bullà plūbea sedis apostolicæ fratres de tertia regula cōcernente, inter cætera continetur: Generalis minister seu deputatus, vel deputati ab eo, aut maiori parte ipsorꝝ, habeant plenariā potestatē quæcunq; iusta & honesta, ac religioni prædictæ conuenientia & vtilia statuendi & ordinandi, etiam inobedientes & delinquentes fratres iuxta criminum & excessuū per eos pro tempore cōmissorꝝ exigētiam, & instituta ac ordinationes á generali capitulo ordinata atque ordinanda, corrigere, incarcerare & punire, & in abstinentijs & ieiunijs & austeritatibus cæterisq; obseruantijs in prædicta regula contentis, ex legitima causa cū expedire viderit dispensare, ac fratres prædictos & eorum domus & loca visitare, corrigere, punire & reformare, nec non oia & singula in præmissis & circa ea necessaria, seu quolibet oportuna facere & exequi. nec alius quisquā possit bñficiū visitationis huiusmodi exhibere, non obstā

obstante quod in eorum regula continetur, quod vi sitatorē habeant sacerdotem, qui alicuius approbatæ religionis existat. Quodq; fratres prędicti ad obseruandū præmissa sub pœna excōmunicatiōis & alijs pœnis cogi ac compelli possint contradictores per cēsurā ecclesiasticā appellatione postposita cō pescēdo, aduocato adhoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, in perpetuū statuere, decernere & ordinare. Itē in eadem bulla continetur. Generalis minister quoties opus fuerit, ipsos fratres per se vel per alium, seu per alios, ad id per eum deputandū seu deputandos, quibuscunq; dicti ordinis fratribus & eorum familiaribus seu seruitoribus, eorum confessionibus diligenter auditis, in omnibus præter quam sedi apostolicæ reseruatis casibus, debitā absolutionē impendere, & iniungere pœnitentiā salutarē At ipsos fratres, familiares & seruitores a votis minoribus absoluere, necnon quoscūq; prædictū ordinem profiteri volentes, ad professionē huiusmodi etiam quædam indulta seu concessiones per felicis recordationis Eugeniū papā quartū prędecessorē nostrū, circa tria vota specialia recipere possint et valeant habere, ac illi obedire perpetuo teneant.

¶Solutio principali q̄stionis ex p̄inductis. Art,

QValis & quāta autoritas seu iurisdictio collata sit ab apostolica sede gn̄rali ministro fratrum de tertia regula, tā in foro interiori conscientioso, quam in foro exteriori contentioso, constat ex præcedenti articulo. In quo per cōsequens patet in quibus & quallib̄ tā ministri spēale

quam

quam fratres eis crediti ac subiecti teneantur, suo generali obedire ministro. Nempe in omnibus illis ei obtemperare sunt obligati, in quibus pōtifex summus contulit ei potestatem & iurisdictionem super ipsos:& quæ sint illa, præcedens expressit articulus. Potest nanq; ex indulto apostolico tā ipse generalis minister quam illi quibus ipse vices suas committit, scilicet visitatores domorum ordinare atque statuere, quæcunque iusta, honesta seu virtuosa, quæ illorum religioni ac subditis prosint & cō gruant, & hos præsertim in actu visitatiouis, & quę cunque tunc taliter iubent ac ordinant, vim sortiū tur, & obligant tam ipsos ministros qui visitantur quam subditos eorundem, vsque ad visitationem sequentem, vel vsque ad tempus præfixum à generali ministro seu visitatoribus. Porró in foro contentioso potest tam generalis minister quam visitatores corripere, corrigere, & incarcerare eos, præsertim rebelles & criminosos, sicut ex bulla in præhabito allegatur articulo. In foro autem conscientioso possunt subditos suos ab vniuersis peccatis, præterq̄ sedi apostolicæ reseruatis, absoluere, atq; pœnitentiam iniūgere salutarem. Insuper in generali ministro non solum in actu visitatiōis, sed per totum iugiter annū manet ac residet potestas sibi collata in his quæ cathedram seu generalis officij sui prę̄sidentiam solicitudinemq; concernunt, per quam semper prospicere, prouidere potest communi sui ordinis vtilitati, atque in occurrentibus arduis casibus ve grauibus causis, in quibus ad ipsum

sum habetur recursus, determinare ac iudicare qd rectum expediens'q; consistit.] Deniq; per istam generalem communem ministri authoritatem, ob quam fratres ordinis sui tenentur ei potius obedire quam proprijs suis ministris in punctis & causis ac casibus iam prętactis, eius magisterium ac cathedram specialiter concernentibus. Per hanc inquā authoritatem quam pontifex summus vocat plenariam potestatem, in nullo derogauit authoritati & obedientiæ propriorum inferiorum'q; ministrorum, quoniam professio obediendi eis impendenda est, saluo debito ordine ac respectu ad potestatem superiorum, tam visitatorum quam generalis ministri, & præsertim generalis eorum capituli, cui & ipse generalis minister subijcitur, & parere tenetur. A quo etiam potest iudicari, atque si iusta exegerit causa, deponi, sicut in bulla cōtinetur Papali. Itaque obedientia exhibenda immediato prælato monastico propriove ministro essentialis ē religioni inseparabilisq; ab ea, quantum ad ea quæ prælationem & cathedram talis præsidentis cōcernunt, seu ad eis spectant officium, & hoc quā diu subditus ac professus manet sub immediato prælato. Imo nec summus pontifex à tali obligatione & voto solenni obediendi potest religiosum absolue re, secundum doctores præcipuos. Hinc super 4. Sentent. dist. 38 Bonauentura testatur: Dum Papa aliquem à religione ad prælationē assumit, vel ad se vocat, religiosus ille non absoluitur ab obedientiæ voto, qm̄ omnem obedientiam quam prius de
bebat

bebat suo superiori, iam debet papæ, nec potest eū papa absoluere ab obedientia sua. Præterea om̄ia ista copiosissime possent probari ex verbis diuini & magni Dionysij, in libris de angelica & ecclesiastica hierarchijs, & ex dictis Hugonis, Alberti, & aliorū doctorū sup libros præfatos. Sed p̄habitas probatiões reor sufficere, & breuitati studendum est.

¶ Quousque, & in quibus subditi teneantur suis obedire prælatis, videlicet an omnibus. Art. 5.

AD Collocenses. 3. scribit Apostolus: Filij obedite parentibus per omnia. Et ad Ephe. 6. Serui obedite per omnia dominis carnalibus. Si ergo filij & ministri iubentur suis carnalib⁹ parentibus ac temporalibus & secularibus dominis per omnia, seu in omnibus obedire, multomagis (ut apparet) tenentur tam ipsi quam cæteri Christi fideles in omnibus obedire spiritalibus suis patrib⁹ ac prælatis. Sed aduertendum quod, sicut egregius doctor Alexander de halis, Petrus de Tharentasia cæterique doctores super sententias cōcorditer scribunt, ista est regula generalis, in fallibilisque doctrina, quod vnicuique prælato seu præsidenti ac iudici uel superiori obediendū est a subditis suis omnibus, quæ ad eius spectant officium, iurisdictionem, seu cathedram. Iccirco uerba præallegata Apostoli, & omnes authoritates consimiles intelligendæ sunt cum distributione accommoda nō absoluta. Hinc in secunda secundæ, quæstione decima ait Thomas. In his quæ pertinent ad dispensationē actionum & rerū humanarū, tenetur subditus suo obedire

bedire superiori, secundum mensuram & rationẽ superioritatis, sicut miles duci exercitus in his quæ pertinent ad bellum, seruus domino in pertinentibus ad exequenda seruilia opera, filius patri in his quæ pertinent ad disciplinam vitæ, & curam domesticam, sicque de aliis. Rursus eodem libro asserit Thomas. Obediens mouetur ad imperium præcipientis debito quodam iustitiæ sicut res naturalis mouetur ex virtute sui motoris, necessitate naturę Quod autem res aliqua naturalis non moueatur a suo motore, dupliciter potest contingere. Primo ex impedimento proueniente ex fortiori virtute alterius mouentis, sicut lignum nõ comburitur ab ab igne si fortior mobilis ad motorẽ, quia & si mobile subiiciatur actioni motoris quantum ad aliqd non tamen quantum ad omnia, quemadmodum humor interdum subiicitur actioni caloris, quo ad hoc vt calefiat, non tamen vt exiccetur aut consumatur. Conformiter ex duobus potest contingere quod subditus non teneatur suo superiori in omnibus obedire. Primo propter pręceptum potestatis sublimioris, sicut ciuis non debet obedire proconsuli, si rex aut imperator contrarium iubeat. Secundo, si superior aliquid pręcipiat inferiori in quo nõ habet potestatem & iurisdictionem super inferiorẽ, vt si parentes pręcipiant soboli suæ ingredi claustrũ, aut non contrahere matrimonium. Postremo super secundũ sententiarum, vltima distinctione sanctus doctor fatetur: Illi qui obediẽtiã nõ profitentur, vt 3 seculares, nõ tenẽtur i plurib' obedire spũalibus

libus prælatis, nisi in his quę pertinent ad regulam quam in baptismo professi sunt, vt scilicet abrenunciantes sathanæ & omnibus pōpis eius, christianā vitam exerceant: et nouum induant hominem qui secundum deum creatus est. Et breuiter vnusquisq; tenetur obedire suo superiori in omnibus in quibus est suus superior, atque in illis quę ad suam spectāt vocationem. Imò sic vnusquisque tenetur obedire deo & ecclesiæ, id est, prælatis ac rectæ rationi seu iudicio cōscientiæ suæ. Nam quicquid fit cōtra cōscientiā, ędificat ad gehennā, vt asserit Augu.

¶ An religiosi teneantur superioribus suis in omnibus obedire. Articulus. VI.

POsset autem aliquis opinari quod religiosi teneātur absolute in omnibus obedire superioribus suis, primo, quoniam vita & status religiosorum in veteri testamento præfigurabantur, per sacrificium illud dignissimum quod vocatum est holocaustum, quod ad diuinæ maiestatis honorem totaliter incendebatur, & comburebatur vsq; ad minutissimos cineres, per quod designabatur quod religiosi in euangelica lege debent seipsos plene & integre deo offerre, vt vnusquisq; eorum sit hostia viua, sancta, ac placita creatori, ergo non debent sibi aliquid reseruare de propria voluntate, sed se ipsos totaliter abnegare, atque simpliciter in omnibus obedire. Præterea sanctus pater Basilius quęrit in regula sua, vsquequo monachus debet obediens esse. Et respondet quod monachus debet sequi Christum de quo ait Apo. ad Philip. 2. cap.

Quod

quod factus est obediens vsque ad mortem, sicque religiosus obedire vsque ad mortem non solum quantum ad obedientię dominationem, sed etiam in omni actione & passione quæ citra vel vsque ad mortem exerceri potest aut sustineri. Vnde beatissimus princeps Apostolorum testatur: Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Insuper beatus Benedictus ait in regula sua. Quod & si prælatus aliqd impossibile iubeat, subditus debet attẽtare tamẽ vt impleat, ergo in omni re possibili debet se ad obediendũ exponere. Amplius sanctus Bernar. fatetur quod illorum obedientia non est syncera & plena, qui iudicant & discernunt in quibus debeant obedire & in quibus non. Rursus ait, quod iudicium ptinet ad superiorem, cuius est discernere de actibus subditorũ, nõ ecõuerso. Et de hac illustrissimi patres nostri. Climachus & Cassianus multa conscribũt. Si autem religiosus non tenetur obedire superiori suo in omnibus, ergo licite potest iudicare in quibus debet obtemperare, & in quibus non. Et si superior suus quędam ad quæ non tenetur præceperit ei, potest præceptũ sui superioris dijudicare, qd indecens esse videtur. Veruntamen quod religiosus non teneatur superiori absolute in omnib⁹ obedire, ex præhabitis innotescit. Non enim tenetur obedire suo superiori, nisi in pertinentibus ad cathedram prędidentis, hoc est in his quę continentur in regula quã est professus: Imó si tenetur subditus obedire in omnibus, vnus ordo non est perfect or

alio, quia perfectio ordinum maxime attenditur penes perfectionem obediētię quam religiosi, promittunt. Vnde cum fratres. Carthusienses promittunt obedientiam absolute, & non secundam regulam debitam ac certam propter quod nec regulam habent, sed statuta. Ideo sanctus, Bernardus scribit ad eos in epistola ad fratres de Monte de qui erant Carthusienses: Altissima est professio vestra, Cœlos penetrat, par angelis est, angelicæ similis puritati. Non enim solum promisistis omnem sanctitatem, sed omnis sanctitatis perfectionem, & omnis consumationis finem. Ad hanc quæstionem S. Thomas. Durandus & alij quædam super. 2. Sentētiarum, Iohannes quoque in summa confessorum & Bartholomeus in summa pisana respondent, dicentes, quod quędam sit obedientia imperfecta & sufficiens ad salutē, & de illa loquendo, non tenetur religiosus obedire, nisi in his quæ exprimūtnr in regula quam profitetur. Alia est obedientia perfecta, quę potest dici super erogationis, per quam subditus sponte obedire conatur, non solum in his ad quæ ex voto astringitur, sed item in omnibus quæ non contrariantur legi diuinæ, aut regulæ suæ professionis. Porro quod hæc ita se habeant probatur ex verbis Bernardi in libro de dispensatione & præcepto dicentis: Nihil prælatus prohibeat nisi eorum quæ promisi. Nil plus requirat à me quam promisi. Et rursus, Hoc non parum præscribitur voluntat prælati quod is qui profitetur spondet obedientiam, non tamen omni modam, sed determinatam

secundū

secundum regulam aliquam. Iccirco prælatus sciat ex regula præfixam sibi mensuram, sicque sua moderetur imperia circa idsolum quod rectum est Nec tamen circa quodlibet rectum, sed circa hoc tantum quod constituit regula, His verbis addit. Bernardus. Ceterum subditus huiusmodi obedientiam quæ voti finibus coartatur esse nouerit imperfectam. De plena vero obedientia loquitur idem sanctus pater Bernardus: Perfecta obedientia legē nescit, Terminis non arctatur nec continetur professionis augustijs, sed largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis, atque in omne quod iniungitur spontaneo liberalis alacrisque animi vigore in infinitum extenditur, nō considerās modū Itaque authoritates Basilij & Benedicti, & consimilium patrum de hac obedientia sunt supra allegata. & per ista patet solutio ad obiecta. Veruntamē cum status religionis sit status perfectionis saltem acquirende, ita quod religiosus tenetur ad spritalē profectū, ad perfectionē quotidie proficisci omnino exhortandi sunt religiosi, vt ad perfectam obedientiam se accingant, deoque seruiant corde perfecto atque verissimo, ita vt semper in omni humilitate concrescant, & vniuersum obsequium quod omnipotenti offerunt quasi pro nihilo reputantes emulētur idesinenter, charismata meliora, pensantes illud Apostoli Phil. tertio capite. Quæ priora sunt obliuiscens, in anteriora extendo meipsum Et ita vnusquisque infatigabiliter quærat, apprehendat & exequatur meliora ac viciniora saluti.

¶Quã graue peccatũ sit inobediẽtia. Artic. VII.

MOrtale peccatũ est omne illud ex suo genere, quod repugnat charitati dei aut ꝓximi, vel quod directe cõtrariatur iustitię: Et ex horũ vtroq; ostenditur quod inobediẽtia sit mortale peccatum. Primo enĩ est contra charitatẽ: quoniam charitas dei requirit vt præceptis eius ac vicariorũ ipsius obediatur, cũ Iohã. in sua Canonica 5. cap. protestatur: Hæc est charitas dei, vt mandata eius custodiamus. Et rursus apud Ioha. cap. 14. ait saluator: Si quis diligit me, sermonem meũ seruabit. Qui & suis vicarijs apud Lucam. 10, capite. protestatur: Qui vos spernit, me spernit. Vnde & apostolus Paulus ad Tessaloni. in prima epistola. 4. ca. effatur. Qui hæc spernit, non hominẽ, sed deũ spernit. Insuper inobedientia contrariatur iustitiæ, præsertim cum secundũ Guilielmum Parisieñ aliosq; doctores, obedientia sit pars iustitiæ, & respicit debitum; quia præceptum ex sua vi rationem debiti facit. Vnde & superioris violare p̃ceptum, ex suo genere mortale est pc̃tm̃. Et istud est verum in omni Christiano. Porro in religioso inobedientia nõ solum est mortale peccatum ex duplici ratione præfata, sed est ineffabilr graue crimẽ, cũ sit cõtra solenne votũ, qd secũdũ Thomã & alios plus obligat q̃ iuramentũ. Ita quod inobedientia religiosi est enormiᵘˢ vitiũ quã fractio iuramẽti, ꝓpter q; Samuel 1. Regũ 15. ca. ait: Melior est obediẽtia quã victima, qm̃ q̃si peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Peccatum aũt ariolã

di

di est ipsa ariolatio q̃ est opus magicæ artis, Et circa hęc verba scribit Antisiodorensis in parte.3.summæ suæ: Inobedientia cõparatur idololatriæ, quoniam inobediens inquantũ talis, respuit cultũ dei, cui proprie debetur obedientia. Itẽ sicut idololatria seruit creaturæ magis quam creatori, sic inobediens magis acquiescit voluntati propriæ quã diuinæ. Obedientia vero est melior quam victima. Primo quia per obedientiam mactatur propria volũtas, per victimã caro aliena. Secundo quia per obedientiam homo offert seipsum deo, per victimam aliquam rem ad extra. Tertio, q̃m interior actus obedientiæ est opus & sacrificium spirituale. Victima autem est opus sacraficium corporale. Quarto, quia obedientia incipit in vita, & æternaliter durat in patria, victima aũt est temporalis duntaxat. Deniq; vt in secunda secundæ quæstiõe.104. asserit Thomas, vna inobedientia est grauior alia dupliciter. Primo ex parte præcipientis, quia quo ipse pręcipiens est maior & altioris p̃lationis eo grauior culpa est ei nõ obedire. Icc irco grauissimũ est non obedire omnium creatori. Deinde nõ obedire summo pontifici, & ita iuxta gradum & ordinem prælaturæ. Deinceps secundo ex parte p̃cepti. Quo eñ præceptũ magis ẽ de intentiõe p̃cipiẽtis, vl' de bono eminẽtiori aut p̃fectiori, eo nõ obedire ẽ magis culpabile, viciosius q̃q; ẽ p̃cipientẽ cõtẽnere quã p̃ceptũ ipsius. Obedientiæ vero contrariatur abundantia proprij sensus atq; mansio propriæ voluntatis. Inobedientia demum ex superbia & vana gloria solet oriri. Postremo inobedientia ingerit homini mul-

ta mala. Primo etem̃ homini deum & omnem gratiam eius aufert. Ideo Nume 15. scriptũ est. Anima q̃ per superbiam aliquid cõmiserit, quoniam aduersus dñm rebellis fuit, peribit de populo. Verbũ em̃ domini cõtempsit, iccirco delebitur. Secundo facit opera bona ex genere inaccepta deo & vacua. Vñ in Isaia ca. 5. Filij inobedientiæ q̃runt à domino, q̃re ieiunauimus & non aspexisti? Dñs eis respondet: Ecce in die ieiunij vestri inuenitur volũtas vestra. Tertio assimulat hominem ariolo atq; idololatriç, sicut iam patuit. Quarto excõmunicat hominẽ cũ ad Tessal. 2. epist. cap 4. scribit apostolus: Si quis nõ obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate & non commisceamini cum illo. Quinto, subijcit hominem multiplici maledictioni. Vñ in Deuteronomio ca. 27. legitur: Si obedire nolueris, venient super te maledictiones omnes, Maledictus eris in ciuitate, & maledictus in agro, & maledictũ horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus fructus ventris tui, & maledictus fructus terræ tuç. Sexto facit hominem spiritualiter furem, imo sacrilegum. Religiosus nanq; voluntatem suam quã obtulit deo in manu vicarij eius, vitiose retrahit & resumit, & rem sacram male contractat ac ea abutitur. Si ergo sacrilegiũ est furari calicẽ quãto magis dño volũtatẽ cõsecratã? Septimo facit hominẽ dignum morte tẽporali ac æternali. Iuxta q; in Deut. ca. 17. fertur: Qui superbierit nolẽs obedire sacerdotis imperio, morietur. Itemq; 21. cap. Si genuerit homo filium contumacem, qui obedire contempserit, lapidibus,

dibus obruetur. Octauo facit hominem confusibilem ac spernentem. Vnde in Osee 10. capi. legitur: Confundetur Israel in voluntate sua. Hinc apud religiosos honorabiles sunt obedientes & humiles, contemptibiles vero sunt inobedientes.

¶ Quod inferiores prælati frequenter & feruide exhortari debēt subditos suos ad diligentem impletionem eorum quæ superiores eorum ordinauerint aut præceperint. Articulus. VIII.

SAnctus doctor Augustinus affirmat, Nihil iniquius quam velle sibi obtemperari à subditis, & nolle obtemperare superiori. Hoc ergo perpendēs minister ac p̄latus inferior suo superiori vigilanter obediat, atq; ad idem subditos suos inculcat, vt scilicet ordinationibus visitatorum & generalis ministri seu præsidentis, atque capituli cum omni reuerentia atque feruore semper obediant, p̄sertim quia nunc dictum est quod quanto potestas est altior, tanto vitiosius est nō obedire eidem. Denique diuinus Dionysius: Ordo inquit est optimum quid in rebus. Saluberrimum ergo est in omni religione, vt omnia fiant in ea ordinate, & vnicuique superiori prompte obtemperetur, iuxta mensuram & dignitatem sui superioritatis.

¶ Quod vnusquisque præsidens debeat tanto esse in omni virtute perfectior, quanto in prælatione est altior. Articulus. IX.

artium regimen animarum. Præterea vero: cũ deus superbis resistat, humilibus vero det gratiã, certum est ꝙ quãto in aliquo est maior prælatio, tanto plus ei necessaria est profũdior immobiliorque humilitas, vt in desinenter suspiret & recurrat ad deum, & eius iugiter feruentissime inuocet opem, atque pro grege sibi commisso instantius oret, nec vnquam inaniter glorietur, nec cornua sibi assumat, nec subditorum quempiã aspernet, imò omnibus eis existat humilior, mitior, patientior, & omni virtute perfectior, vt non tantum verbo & lingua sed opere quoque & veritate sibi cõmissos ædificet, instruat, & præcedat. De hac materia multa in suis libris atq; epistolis scribit diuinus atq; illustrissimus Dionysius: Etenim in omni diuino officio non est audendum alijs fieri ducem, nisi quis secundum omnem virtutem deiformissimus. i. deo simillimus existat: Et denuo docet q̃d aliorũ rectorem oportet tanta sapientia decorari, tanta diuinorum charismatum exuberantia adimpleri, atq; in omni virtute tam perfectum existere, vt de plenitudine sua subditis suis valeat communicare, influere, dispertiri. Deniq; de hac re in Decreto multa habentur. Siquidem Symachus papa testatur: Vilissimus computandus est, nisi præcellat illuminatione & ætate id est probitate vitæ, & maturitate virtutum qui præstantior est honore. Sanctus quoque Bernardus scribit beato papa Eugenio: Absque virtutibus tanto es deformior, quanto in dignitate sublimior. Hinc loquitur Gratianus: Pro gradu sui of

Fe

ficij, oportet qui est, ui esse meliorem. Et denuo. Renera qui ad hoc eliguntur, vt cæteris præsint, sicut præordinantur dignitate ita præminere debent ex sanctitate. Insuper super Leuiticum ait gloriosus Hieronymus, Sciant omnes & certi sint, quoniam qui præstantior est ex omni lege, qui doctior, qui sanctior, qui omni virtute eminentior, ille eligatur ille promoueatur, vt in eo omnes animæ sint congregatæ virtutes, vigilentque in eo & intentæ sint & nihil sapientiæ desit in eis, sed assit omnis collectio spiritualium sensuum, omnis congregatio cogitationum sanctarum. Et quid sit sacerdos, quid officium suum intra cordis sui sacrarium conferat & aduertat. De his copiose scribit in suo Pastorali Gregorius. Ex his omnibus innotescit quātæ præsumptionis ac temeritatis sit ad aliorum regimen aspirare, prælationē appetere. Væ ergo ambitiosis, væ stultis prælatis, qui diuinæ districtionis iudicium non pensantes, de sua præsidentia intumescūt, qui proprium quærunt honorem, qui temporal a cōmoda magis quam animarum salutem sectantur. Ideo recte ait Chrysostomus: Quis est qui cupit præesse, nisi qui non timet iudicium dei?

¶ De discretione seruanda in præcipiendo.
Articulus decimus.

IAm dictum est articulo septimo, quam enorme peccatum sit in religiosis inobediētia. Ideo ad euitandum tantæ impietatis periculum, religiosus prælatus non nisi ex bona deliberatione & rationabili causa debet subditis suis præcipere,

& pfert im

& præsertim multiplicationem præceptorum non necessariorum debet vitare, sicut & Thomas in secunda secundæ, quæstione 102. fatetur. Nam & Seneca loquitur: Generosus est animus hominis facilius ducitur quam trahitur: Vnde & Paulus apostolus in epistola ad Philemonem. Fiduciam inquit, habens imperandi tibi quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro. In epistola quoque ad hebræos capite decimotertio. Rogo ait, vos fratres, vt sufferatis verbum solatij. Denique prout sancti patres testantur, præcipere est quasi gladiũ extrahere, quod non est sine grãdi & legitima causa agendum. Hinc qui ad præcipiendum est pronus ac præceps, laqueos tendit ruinæ subditis suis. Augustinus quoque vituperat eos, qui ordinationes indiscrete multiplicant, et eas subditis portendas ac obseruandas imponunt, dicens, quod tales euangelicæ legis libertatem, quasi in Mosaicæ legis seruitutẽ cõuertũt. Moderamẽ ergo seruãdũ est in præcipiẽdo ac ordinando, ne subditi immoderate grauentur, sed ex charitate & sancta libertate, in puritate atque iustitia creatori suo iugiter famulentur, qui est super omnia deus sublimis & benedictus Amen.



¶De Origine Carthusianę religionis Henrici Clareani Heluetij, Poetę Laur. Centi.

Quæ Carthusiacæ sit religionis origo
Qua fluat historia, Callopea refer.
Parrhisijs, rapidas vbi spumifer aggerit ũdas
Sequana, & occiduas vellet adisse domos,
Atque vbi culta viret doctorum turba sophorũ,
Turba salutifero non male grata Deo.
Quidam erat insignis, doctrina visus honesta,
Quem coluit populus, quem coluere senes.
Huic mors, extremam postquã spirauerat auram,
Non pompam inuidit funeriasq; faces.
Hic aderant magnique viri, doctique magistri,
Præclari iuuenes, decrepitique senes,
Mos etenim est, functum vita deferre sepulchro,
Qui fuit illius Gymnasiarcha scholæ,
Ecce sed erectus, feretro proclamat ab alto
Iudicio iusto sum reus ipse dei,
Obstupuere omnes, nec eñ leue pondus habebant
Verba resurgentis terribilisque viri.
Quid facerent? quis enim, q̃ sint arcana Tonantis
Iudicia explanet? quis penetrare potest.
Non sepelire placet, donec lux altera cœlum
Pulset, & vt videant quid ferat hora sequens.
Vix sol prodierat, quando replet omnia vulgus
Irruerant proceres, turbaq; tota simul,
Dum rursus famuli mœstum mouere cadauer,
Dum stupet attonito gens male lecta foro
Ecce iterum claro tales dat pectore voces,
Iustitia & iusto iudice iustus ego
Rursus in auditus gelidos tremor occupat artus,

Contre-

Contremuere omnes, omnia terror habet.
Expectare placet, quid sors feret vltima monstri
Quippe tonant dubio verba priora sono
Tertia lux aderat, iam tota mugit in vrbe
Fama mali, & miro murmure tecta subit.
In circum stupidi atque arrectis auribus astant,
Quid velit, auscultant, corpus in anæ loqui
Intonat horrendum vocemque in sydera tollit.
Damnatus iusto iudice digna fero
Ecquis nō timeat? quis non tremat? aut quis ab illis
Exemplis vitam non velit esse suam?
Primo erat in cunctis longe venerabilis oris
Et decus ac Vbij gloria rara soli.
Is septem iusti socios facit esse pauoris,
Qui syluas secum, tristia que antra petant.
Postquam illuc venere, simul sedere sub vmbra.
Atque ab Eremita consilia alia rogant
Prodijt in vocem canis pater ille capillis,
Et docuit quo sit vita paranda modo.
Effugite o iuuenes stulti consortia mundi:
Temnite quæ vobis mors inopina rapit
Quicquid id ē q̄d mūdus habet, linquem⁹ oportet.
Nil sane æterni vile cadauer habet.
Temnite fortunas hominum, mala gaudia mētis.
Effugite ad mœsti vulnera quinque dei.
Quærite diuitias cœli, nam summa voluptas
(Ah donum ignotum) dulcis Eremus erit.
Hæc ait, illi inter sese pia verba retractant,
Cordibus accensis incaluere Deo:
Transierant Ararim, deinde Hædua rura reliquūt,
Dextera Lugdunum, læua Geenna fuit.
Iamq;

Iamq; aderat Rhodanus, q gurgite lapsus apto,
Ducit ab Alpinis frigora sæua iugis,
Hic prata Allobrogũ atq; Vocantia rura p̃mebãt
Suspiciunt syluas & nemora alta loci,
Scilicet aereæ quo portenduntur, & Alpes,
Atque vbi perpetuo frigus & algor adest.
Hoc placuit duri mira inclementia cœli,
Hi scopuli digni carceris esse loco.
Hugo erat Allobrogis bñ dignus Episcopus oris
Candidior quo non vnus & alter erat,
Viderat hic septem, dictu mirabile, stellas,
In nemora excelsi verticis ire palam,
Somnium erat, talique viam sibi calle parari
Conijcit, ad cœlum, stelligerasque domos.
Hunc adijt Bruno socijs comitantibus, hisce &
Quid veniant paucis commonere modis
Inclyte forte tuas præsul peruenit ad aures.
Qui modo Parrhisia fertur ab vrbe pauor,
Is nos hinc alio vertit, valediximus orbem,
Vrgemur tacito, tum fine fine, Deo
Non nos huc pepulit ficta mala gaudia famæ,
Non simulatus amor, nõ simulata fides.
Da, petimus, paruum nostris conatibus orbem,
Seu scopulos isto, seu nemora illa loco,
Obstupuit præsul, tacitæ præsagia mentis
Concutiunt totum pectus adusq; virum
Felices animæ dixit, felicia certe
Tempora, quæ nostris vos tenuere locis.
Ite inquam ite, viam vestro disponite fratri.
Quod petitis cautum est, quoq; petisis erit
En seq̃r ipse ego vos, manibusq; opibusq; iuuabo

Imm

Immemorem noſtri non ſinet vlla dies.
Illi abeunt, loca fœda ſitu, ſquallentia muco
Teſqua vident, rabidis vix habitãda feris
Hugo ſubit, dignamque viris inſtruxit Eremum:
Et modico immenſum tempore creuit opus.
Tandemque ipſe ſuos mundo commiſit honores
Rupibus his vixit, montibus hiſce manet.
Hi primi tantæ ſunt Relligionis alumni
Hac fluit hiſtoria, Calliopea Vale.

¶Quæ ſummatim D. Dionyſius in hoc Dialogo de fide catholica pertractauit, in grãdi opere Summæ ſuæ orthodoxæ fidei, quæ ſub manibus eſt, maxima cum laude luculentiſſime abſoluit. Hanc expectans Lector, hoc interim Dialogo vtere & Vale.


D. DIONISIVS DOCTOR EXTATICVS
BENEDIC
TVS DEVS
IN SECVLA



5-2

